


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Slav. 5215.4.7

Bound
JUL

THE SLAVIC COLLECTION



Harvard College Library

GIFT OF

Archibald Cary Coolidge, Ph.D.
(Class of 1887.)

Received 1 July, 1895.

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI ACADEMIAE LITERARUM CRACOVIENSIS. N. 41.

MONUMENTA MEDII AEVI HISTORICA

RES GESTAS POLONIAE ILLUSTRANTIA.

TOMUS XI.

CONTINET:

ACTORUM SAECULI XV AD RES PUBLICAS POLONIAE SPECTANTIUM INDICEM.

WYDAWNICTWA KOMISYI HISTORYCZNEJ AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI W KRAKOWIE. N. 41.

POMNIKI DZIEJOWE WIEKÓW ŚREDNICH

DO OBJAŚNIENIA RZECZY POLSKICH SŁUŻĄCE.

TOM XI.

ZAWIERA:

WYKAZ DOKUMENTÓW XV WIEKU
ODNOSZĄCYCH SIĘ DO SPRAW PUBLICZNYCH POLSKICH.

W KRAKOWIE.
W DRUKARNI UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO,
pod zarządem A. M. Kosterkiewicza.
1888.

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS

N. 41.

MONUMENTA

MEDII AEVI HISTORICA

RES GESTAS POLONIAE ILLUSTRANTIA.

TOMUS XI

CONTINET:

ACTORUM SAECULI XV

AD RES PUBLICAS POLONIAE SPECTANTIUM INDICEM.

CRACOVIAE

SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS

TYPIS UNIVERSITATIS JAGELLONICAE

provisore A. M. Kosterkiewicz

1888.

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS
N. 41.

INDEX
ACTORUM SAECULI XV
AD RES PUBLICAS POLONIAE SPECTANTIUM

QUAE QUIDEM TYPIS EDITA SUNT

EXCEPTIS HIS, QUAE

Dr. A. PROCHASKA IN »CODICE VITOLDI«

ET

Dr. A. SOKOŁOWSKI ATQUE Dr. J. SZUJSKI IN »CODICE EPISTOLARI SAECULI XV«

EDIDERUNT.

COLLEGIT

PROF. DR. ANATOLIUS LEWICKI.


CRACOVIAE
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS.

TYPIS UNIVERSITATIS JAGELLONICAE
provisore A. M. Kosterkiewicz.
1888.

8/2/1
Slav 5215.4.7 (11)

Harvard College Library
Gift of
Archibald Cary Coolidge ,**Ph. D.**
July 1, 1895.





PRAEFATIO.

Collegium historicum Academiae litterarum Cracoviensis, quo studia rerum gestarum saeculi decimi quinti excitaret omnique modo promoveret, non solum epistolas et acta huius saeculi ampliore collectione comprehensa publici iuris facere constituit, sed praeterea indicem actorum et epistolarum illius aevi, quae typis iam excusa per varios multosque libros dispersa latent, conficiendum esse censuit. Qua in re hanc viam et rationem sequi placuit: 1) Enumerabuntur in hoc Indice tantummodo ea acta, quae ad res publicas Poloniae pertinent; 2) Omittentur ea, quae in libris a Collegio editis sunt impressa facileque a quovis pernosci et inveniri possunt: in Codice Epistolari Saeculi XV. ed. Szujski et Sokołowski atque in Codice Epistolari Vitoldi ed. Prochaska; 3) Uniuscuiusque documenti materia summatim et succincte proponetur.

Consilium vero Collegii per se intellegitur: videlicet id egimus, ut acta saeculi decimi quinti uno libello enumerata harum rerum curiosis offerrentur virisque doctis indicarentur fontes, unde illa documenta essent petenda. Index igitur ille non eodem consilio est compositus atque libri, qui Regesta nominantur, utpote quae collectiones omnium actorum ad temporis alicuius spatium pertinentium accurateque recensitorum contineant atque ita sint elaborata, ut viros doctos labore textus ipsos adeundi saepius liberent. Noster catalogus minore sumptu minoreque confectus labore inventarium documentorum quodammodo exhibet: materiae parcius delibantur, omnis potius cura in diligenti enumeratione conficienda posita est.

Cum in Tomo IIdo Codicis Epistolaris saec. XV. parando occupatis omnia acta impressa huius aevi essent inspicienda, non a re alienum visum nobis est huius materiae conspectum quendam conficere indeque Monumentorum volumen, quod hodie lectori proponimus, ortum est et emanavit.

Attamen, si eiusmodi negotium primo obtutu admodum simplex facileque videri possit, necesse est praemoneamus in editione hac paranda cum magnis difficultatibus nos esse colluctatos, saepius in labore continuando incertos dubiosque haesisse.

Etenim iam in ipsis documentis eligendis graves oboriebantur difficultates; alia enim commemorare, alia praeterire necesse erat, de unoquoque documento iudicium ferre, quod quidem secundum hominum studia fluxum est et mutabile. Difficile igitur erat certis innisum rationibus ea documenta, quae mentione digna viderentur, ab eis segregare, quae sine studiorum damno, utpote levidensia, praeteriri poterant. Plenissima tantummodo omnium actorum enumeratio omnibus fortasse satisfecisset, quod tamen fines propositi operis egrederetur. Sit igitur lector materia, quam congessimus, contentus fidatque nobis asseverantibus maluisse nos interdum etiam ea, quae parum memoratu digna viderentur, complecti, quam silentio praeterire.

Difficultates eo augebantur, quod historia Poloniae, imprimis XV. saeculi, cum rebus gestis aliarum nationum, Bohemiae, Hungariae, Austriae, Moscoviae, cum historia ordinis Cruciferorum, artissime cohaeret magnaque ex parte ex iis, quae ibi tum temporis fiebant, suspensa est. Accurate propositum perpendenti et tractanti necesse erat e. g. res gestas Vladislai III. in Hungaria cunctamque historiam Societatis Prussicae historiae Poloniae adiungere actaque ad illas res pertinentia hoc catalogo complecti. Quibus tamen additamentis Index noster nimis dilataretur: tantummodo igitur haec documenta aliarum gentium comprehendimus, quae ad res gestas Poloniae ipsius spectant, nec minus ea, quae ex terris regno Poloniae adiunctis proveniunt, ut e. g. acta Prussiae Polonicae inde ab anno 1454.

Alia difficultas in operibus, quae eiusmodi documenta exhiberent, colligendis exquirendisque posita erat; etenim nulla bibliotheca integram

materiam nobis praebuit. Amplissimam, quod per se intellegitur, editionum Polonicarum messem fecimus, quamvis etiam hac ex parte quaedam lacunae inveniri possent. Ad editiones vero et opera extranea excutienda Vindobonam profecti sumus, ubi tamen nequaquam omnia, quae exquirenda erant, invenimus. Sunt enim opera, acta Polonica continentia, quae Vindobonae quoque desiderantur; ita quidem Jäger'i Codicem ordinis Teutonici, ex quo Caro in Vto volumine historiae Poloniae nonnulla affert, frustra in nostris aliisque bibliothecis quaesivimus. Nonnunquam igitur tantummodo ea, quae alii ex actis accuratius excerpserant, afferri poterant; ubi illa adminicula deficiebant, documenta praeterire coactus sum. Index librorum, quos in manibus habuerim, huic Praefationi adiunctus, demonstrabit, quae opera ipse inspexerim quaeve sint adhuc inspicienda et accuratius excutienda.

Praeterea monendum est nonnulla documenta in variis editionibus aut operibus cum diversis temporum indiciis exhiberi, quae quidem differentia editori officium imponebat illas editiones inter se comparandi, differentias perpendendi. Cui quidem negotio exsequendo propter librorum defectum interdum me fuisse imparem ingenue fateor. Attamen errores inde manantes unusquisque harum rerum studiosus emendare vel removere ipse poterit.

Maioribus difficultatibus et tricis implicaverunt nos ea documenta, quae verbotenus impressa non exstant, sed summatim ab auctoribus excussa exhibentur. Qua in re ante omnia animadvertendum erat discrimen inter acta accurate et minus accurate excerpta. Illa quidem indicium temporis, nomen eius qui scribit et alterius, cui epistola data erat, exhibent; in aliis documentis haec indicia omissa sunt consiliumque et argumentum documenti ex narratione scriptoris distincte erui nequit. Ita quidem Joannes Voigt in Historia Prussiae admodum magnum numerum documentorum excerpit, quo tempore unumquodque perscriptum sit, in adnotationibus addens; attamen argumenta horum actorum non satis accurate designat, dum narrationem suam ex collecta a se materia contexit. Talia igitur excerpta in usum nostrum convertere nequivimus, utpote quae parum accurate de uniuscuiusque documenti materia argumentoque nos edocerent. Ubicunque vero ex perspicuis auctoris indiciis

eruere id contigit, documentum ab eo laudatum nostro catalogo adiungere non neglegimus.

Aliae difficultates oboriebantur ex neglegentia auctorum in argumentis describendis, temporibus designandis, erroribus in antiqui calendarii censura admissis. Ita quidem Inventarium a Rykaczewski editum frequentibus eiusmodi mendis scatere constat. Etiam in editionibus accuratius elaboratis, ut in operibus Napierscii et Daniłowicii, praecipue quidem in primis eorum voluminibus, accidit interdum, ut e. g. feria sexta per sextam diem explicaretur. Qua de causa in nostro quoque Indice novi errores et lapsus oboriri potuerunt, quorum tamen crimine editorem onerari esset iniquum.

Criticum nimis severum agere hic non licuit. Si enim alia, quam antiqui editores rationibus non allatis statuere voluissemus, damnosa exsisteret confusio; notis vero et excursibus prolixis editionem onerare non erat nostri consilii neque officii. Attamen prorsus critices negotia evitare noluimus, quae quidem artis finibus sunt circumscripta; scilicet: Ubicunque indicia temporum suspecta nobis erant, errores corrigere et emendare conati sumus, documenta ipsa, quae inveniri poterant, comparantes. Ubicunque temporis nota prava solutione est explicata aut dubia videri poterat, notam genuinam ex actis excerptam uncis inclusam apponebamus. Quandocunque nota eiusmodi errorem exhibens correcta est in alio quovis opere a nobis adhibito aut documento indicio temporis carenti eiusmodi nota ab editore vel auctore antiquo apposita est, correcturas has et coniecturas in nostrum textum recepimus. Ubicunque in temporis designatione errores manifesti occurrebant, tempus documento collocando magis accommodatum exquirere necesse erat. Si vero cognovimus unum idemque documentum in variis editionibus sub annis diversis exhiberi, hic quidem temporis nota praeditum exstare, alibi hac nota carere: in hac fontium discrepantia accuratius in veram rei condicionem inquirere non omisimus. Quando textus compendiose excerptus obscuritate laborabat dubitationibusque erat obnoxius, ipsum hunc textum verbotenus exscribebamus. Ubicunque vero aliquid immutavimus aut dubitationes oboriebantur, notulis adiectis aut signis appositis *(?! sic,*

cf., cett.) locum distinguebamus, ne lector nimis securus textui nostro adquiesceret.

In Indice hoc componendo temporis rationem servandam esse censuimus. In documentis, in quibus tempus minus accurate denotatur, collocandis, certam quandam inire viam necesse erat. Haec igitur documenta, quae tantummodo annum omissis mense et die exhibent, sub fine huius anni invenientur; in quibus annus tantum et mensis designatur, haec sub fine mensis collocavimus; alia, in quibus excutiendis non contigit nisi terminum quendam, annum, mensem vel diem, eruere, ante quem aut post quem conscripta esse viderentur, hunc terminum proxime praecedere aut consequi voluimus; ubicunque vero duobus eiusmodi terminis temporis spatium circumscriptum est, quo documentum aliquod editum esse videretur, haec documenta termino priori adiunximus; excepta sunt ea, quae tantummodo annorum terminis definire contigit, quaeque inter documenta temporis nota carentia collocare erat necesse. Documenta autem, quibus nulla prorsus temporis nota adiuncta est, in ipso Indicis fine una exhibuimus. Quae collectio ut aliquantuli saltem esset commodi, necesse erat aut quae documenta illa continerent, accurate et fusius enarrare aut prima et ultima uniuscuiusque textus verba exscribere. Nos quidem hanc posteriorem viam secuti sumus, quia hic procedendi modus minus spatii posceret certioraque signa et criteria inquirentibus praeberet; in quo quidem negotio exsequendo ipsum tantummodo textum, titulo, salutatione, corroboratione omissis, afferebamus. Disposuimus vero et ordinavimus haec documenta, quo facilius investigari et inveniri possent, secundum litterarum ordinem temporum ratione prorsus neglecta.

Etiam in fontibus et operibus antiquioribus laudandis certam quandam rationem servare placuit. Unicuique quidem documento adiunximus operum, in quibus invenitur, indicem; si tamen documentum aliquod in Voluminibus Legum impressum exhibetur, aliis collectionibus, Łaskii, Przyłuskii, Januszovii, afferendis supersedere placuit, quia id parum commodi praeberet. Quos librorum indices secundum temporum rationem, quibus opus quidque editum esset, disposuimus, id tamen observantes, ut opera, quae documentorum integrum textum exhiberent, primum tenerent

locum nulloque distinguerentur signo; sequerentur libri, qui documenta in novicias linguas versa continerent (Vers.); denique ponerentur opera, quae aut mera excerpta (Excerpt.) aut fragmenta (Fragm.) aut regesta (Reg.) afferrent.

In ipso huius Praefationis fine liceat mihi profiteri in hoc catalogo edendo meritum editoris tantummodo eo constare, quod laborem durum exquirendi, colligendi non detrectaverit. Per trium quidem annorum spatium operam huic negotio navavi, quod tempus brevius fuit, quam ut omnia invenire, perfectionem quandam assequi possemus. Quae quidem res inter deliberationes Collegii Historici praevisa est et prospecta; utque damna resarciri possent, in Supplementis Voluminis II. Codicis Epistolaris saec. XV. ea, quae hic omissa essent, collocare placuit.

Ad eos igitur, qui historiae huius saeculi extricandae, enarrandae, sunt intenti, nunc me converto eosque invito, ut hunc catalogum tantummodo initium aut potius fundamentum ampliorum laborum accipere, ut cum editore observationes suas et emendationes communicare velint, quo facto, aliorum collaboratione adiutus maiorem perfectionem temptare opusque aggredi possit, quod ad historiam huius aevi illustrandam, ad studia excitanda, magnopere esse collaturum confidit.



Index operum, ab editore excerptorum.



Akta Grodzkie i Ziemskie. Tomi I—X. Leopoli, 1868—1884.

Acta Patriarchatus Constantinopolitani (ed. Miklosich et Müller). Tomus II. (1379—1402). Vindobonae, 1862.

Acta Tomiciana. Tomus I. Kórnik, 1852.

Akty otnosiaszcziesia k' istorii Južnoj i Zapadnoj Rossyi, sobrannyje i izdannyje archeograficzeskoju kommisyjeju. Tomus I. St. Peterburg, 1863.

Akty otnosiaszczijesia k' istorii Zapadnoj Rossii, sobrannyje i izdannyje archeograficzeskoju kommissieju Tomus I. Sankt-Peterburg, 1846.

(Anton). Diplomatische Beiträge zu den Geschichten und zu den teutschen Rechten. Leipzig, 1777.

Archiv Český čili staré písemné Památky české i morawske, ed. František Palacký. Tomi I—VI. Praga, 1840—1873.

Aschbach Dr Joseph. Geschichte Kaiser Sigmund's. Tomi I—IV. Hamburg, 1838—1845.

Bachmann Dr Adolph. Urkunden und Actenstücke zur Oesterreichischen Geschichte im Zeitalter Kaiser Friedrichs III. und König Georgs von Böhmen (1440—1471), in: Fontes rerum Austriacarum. Diplomata et Acta. Tomus XLII. Wien, 1879.

Bachmann Dr A. Die Wiedervereinigung der Lausitz mit Böhmen, in: Archiv für österreichische Geschichte. Tomus LXIV.

Baczko Ludwig. Geschichte Preussens. Tomi II. et III. Königsberg, 1794.

Balbinus Bohuslaus. Epitome rerum Bohemicarum. 1677.

Bandtkie V. S. Jus Polonicum. Varsaviae, 1831.

Baro. Dissertatio de Scopelismo cum mantissa, in: Deliciae Juris Silesiaci. Francofurti et Lipsiae, 1736.

Batthyán. Leges ecclesiasticae regni Hungariae. Tomus I. 1785.

Biblioteka Warszawska ex anno 1853. Tomus III.

Bieloruski Archiv (Hrihorowicz). Pars I.

Bielowski August. Vide: Monumenta Poloniae historica.

Birk. Beiträge etc. in: Quellen und Forschungen zur vaterländischen Geschichte, Literatur und Kunst. Wien, 1849.

Bobrzyński Dr Michał. O Ustawodawstwie Nieszawskiem Kazimierza Jagiellończyka. Kraków, 1873.

Bobrzyński Dr M. Puncta in iudiciis terrestribus et castrensibus observanda a. 1544. conscripta, in: Starodawne Prawa Polskiego Pomniki Tomus VII.

Bobrzyński Dr M. Wiadomość o uchwałach zjazdu Piotrkowskiego z r. 1406, oraz takiegoż zjazdu z r. 1407., in: Rozprawy Wydziału filozoficzno-historycznego Akademii Umiejętności w Krakowie. Tomus I.

Bonnel Ernst. Russisch-Livländische Chronographie, von der Mitte des IX. Jahrhundertes bis zum J. 1410. St. Petersburg, 1862.

Bostel F. Nieznana Konstytucya Sejmowa z r. 1501., in: Kwartalnik Historyczny ex a. 1887. Fasc. III.

Brandis Cl. W. Tirol unter Friedrich von Oesterreich. Wien, 1821.

Brock Julius. De Controversiis, quae post pacem Thorunensem secundam inter Casimirum IV. regem Poloniae et terras Prussiae exortae sunt. Wratislaviae, s. a. (1871).

Bukowski. Dzieje Reformacyi w Polsce. Tomus I.

Bunge Dr Friedrich Georg. Liv-Esth-und Curländisches Urkundenbuch nebst Regesten. Tomi III—VI. Reval, Riga, 1857—1873. (Opus hoc minus accurate excerpsi). Continuationem vide: Hildebrand.

Bzovius Abraham. Annalium ecclesiasticorum post Caesarem Baronium Tomus XV. Coloniae Agrippinae, 1622.

Caro Dr Jacob. Aus der Kanzlei König Sigismunds, in: Archiv für österreichische Geschichte. Tom. LIX.

Caro Dr Jacob. Geschichte Polens (Geschichte der europ. Staaten herausgegeben von Heeren, Ukert und Giesebrecht). Tomi III—V. 2. Gotha, 1869—1888.

Caro Dr Jacob. Liber Cancellariae Stanislai Ciołek. Pars I. in: Archiv für österreichische Geschichte. Tomus XLV. et separatim; Pars II. ibidem Tomus LII. et separatim. Wien, 1871. 1874.

Časopis společnosti wlastenského Museum w Čechach ex a. 1828. et 1831.

Chmel Joseph. Materialien zur österreichischen Geschichte. Tomus I. Fasc. 1 et 2., Tomus II. Linz, Wien, 1832—1838.

Chmel J. Regesta chronologico-diplomatica Friderici IV. Romanorum imperatoris. Partes I. et II. Vindobonae, 1838. 1840.

Chmel J. Regesta Ruperti regis Romanorum. Francofurti, 1834.

Codex diplomaticus Maioris Poloniae. Tomus III. Posnaniae, 1879.

Codex diplomaticus Masoviae (Kodeks dyplomatyczny księstwa Mazowieckiego). Warszawa, 1863.

Codex diplomaticus monasterii Tynecensis (ed. Kętrzyński et Smolka), partes I. et II. 1875.

Codex diplomaticus Universitatis studii generalis Cracoviensis. Tomi I—III. Cracoviae, 1870—1880.

Codex diplomaticus Vieliciensis. Leopoli, 1872.

Daniłowicz Ignacy. Skarbiec Diplomatów. Tomi I. et II. Wilno, 1860. 1862.

Deutsche Reichstagsacten (ed. Weizsäcker, Kerler). Tomi I—V. VII—IX. Gotha, 1867—1887.

Długossii Johannis seu Longini Historiae Polonicae libri XII., edidit Ignatius Żegota Pauli, cura et impensis Alexandri Przeździecki. Tomi III—V. Cracoviae, 1876—1878.

Długossii Liber Beneficiorum ed. Przeździecki. T. I. Cracoviae, 1863.

Dogiel. Codex diplomaticus regni Poloniae et m. ducatus Lithuaniae. Tomi I. IV. V. Wilnae, 1758. 1764. 1759.

Dubiński Piotr. Zbiór praw i przywilejów miastu stołecznemu Wilnowi nadanych. Wilno, 1788.

Dudik. Archive in Galizien in: Archiv für österreichische Geschichtsforschung. Tomus XXXIX. et separatim.

Dudik. Forschungen in Schweden. 1852.

Dumont. Corps Universel Diplomatique du droit des gens. Tomus II. (Vol. 1. et 2.) Tom. III. (Vol. 1. et 2.) Tom. IV. (Vol. 1.) 1726.

Działyński hr. A. T. Lites ac Res gestae inter Polonos ordinemque Cruciferorum. Tomi I. (1. 2.) II. et III. Posnaniae, 1855.

Działyński hr. A. T. Zbiór praw litewskich. Poznań, 1841.

(Dzieduszycki Maurycy). Zbigniew Oleśnicki. Tomi I. et II. Cracoviae, 1853. 1854.

Dzieje Dobroczynności Krajowej i Zagranicznej. Pismo peryodyczne. Wilno, ex annis 1822. et 1823.

E r m i s c h Dr Hubert. Schlesiens Verhältniss zu Polen und zu König Albrecht II., in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Tom. XII. Wratislaviae, 1875.

E r m i s c h Dr Hubert. Mittel- und Niederschlesien während der königlosen Zeit, 1440—1452., in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Tomus XIII. Wratislaviae, 1876.

E s c h e n l o e r Peter. Geschichten der Stadt Breslau, edidit Dr J. G. Kunisch Tomus I. et II. (1467—1479). Breslau, 1827. 1828.

E s c h e n l o e r. Historia Wratislaviensis, edidit Dr H. Markgraf, in: Scriptores Rerum Silesiacarum. Tomus VII. Breslau, 1872.

F e j é r Georgius. Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Tomus X. (Vol. 1. et 2.) Tomus XI. Budae, 1834.

F i r n h a b e r Friedrich. Petrus de Pulka, Abgesandter der Wiener Universität am Concilium zu Constanz, in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen. Tomus XV., 1856.

F r e h e r i et S t r u v i i. Rerum Germanicarum Scriptores. Tomus II. 1717.

G é r e s i Kálmán. in: Szásadok ex anno 1879.

G o ł ę b i o w s k i Łukasz. Dzieje Polski za panowania Jagiellònów. Tomi I—III. Warszawa, 1846—1848.

G r o s s é Ludwik. Stosunki Polski z Soborem Bazylejskim. Warszawa, 1885.

G r ü n h a g e n et M a r k g r a f. Lehen- und Besitzurkunden Schlesiens im Mittelalter. Partes I. et II. (Publicationen aus den preussischen Staatsarchiven. Tomi VII. et XVI. Leipzig, 1881. 1883.

G r ü n h a g e n C. Geschichtsquellen der Hussitenkriege, in: Scriptores Rerum Silesiacarum. Tomus VI. Breslau, 1871.

G r ü n h a g e n C. Urkunden der Stadt Brieg, in: Codex diplomaticus Silesiae. Tom. IX. Breslau, 1870.

H a n s e r e c e s s e (ed. Von der Ropp et Dietrich Schäfer). Pars II. Tomi I—IV. Pars III. tomi I—II. Leipzig, 1878—1883.

H a r a s i e w i c z Michaël. Annales Ecclesiae Ruthenae. Leopoli, 1862.

H a r d t Hermannus von der. Generalis Constantiensis Concilii Acta et Decreta. Tomi II—IV. Francofurti, 1698.

H e i z m a n n Udalr. Statuta synodalia episcoporum Cracoviensium XIV. et XV. saeculi, in: Starodawne Prawa pol. Pomniki. Tomus IV. Cracoviae, 1875.

H e r g o t t Marquardus. Monumenta Augustae Domus Austriacae. Tomi I—V.

H i l d e b r a n d Hermann. Liv-Est- und Kurländisches Urkundenbuch. Tomi VII. et VIII. Riga, Moskau, 1881. 1884. (vide Bunge).

H ö f l e r Dr C. Böhmische Studien VIII., in: Archiv für österreichische Geschichtsquellen. Tomus XII.

H ö f l e r Dr C. Geschichtsschreiber der Husitischen Bewegung in Böhmen, in: Fontes Rerum Austriacarum, Scriptores. Tomi II. VI. VII. Wien, 1856—1866.

H ö f l e r Dr C. Das kaiserliche Buch des Markgrafen Albrecht Achilles, 1440—1470. in: Quellensammlung für fränkische Geschichte. Tomus II. Bayreuth, 1850.

Höfler Dr C. Urkunden zur Beleuchtung der Geschichte Böhmens und des deutschen Reiches im XV. Jahrhundert, in: Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften. V. Folge. Tom. XIII. Prag, 1865.

Jabłonowski Aleksander. Sprawy Wołoskie za Jagiellonów, in: Źródła Dziejowe. Tomus X. Warszawa, 1878.

Janssen Dr Johannes. Frankfurts Reichscorrespondenz. Tomus I. et II. (1. et 2.). Freiburg im Breisgau, 1863—1872.

Katona A. Stephanus. Historia Critica regum Hungariae stirpis mixtae. Tomi XI—XVIII. Budae, 1790 cett.

Kętrzyński W. O narodowości polskiej w Prusiech zachodnich za czasów Krzyżackich, in: Pamiętnik Wydz. histor. fil. Akad. Umiej. w Krakowie. Tom. I.

Koch M. Beiträge zur neueren Geschichte, in: Denkschriften der Wiener Academie der Wissenschaften, Philosophisch-historische Classe. Tomus I. 2.

Kopetzky. Die Gefangennahme der hussitischen Gesandten in Ratibor im J. 1421., in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens Tom. IX.

Kotzebue August von. Preussens ältere Geschichte. Tomus III. et IV. Rigae, 1808.

Kotzebue A. Switrigaiło, Wełykij Kniaź Litowski. Versio russica. Petersburg, 1835.

Krupowicz Maurycy. Zbiór dyplomatów rządowych i aktów prywatnych. Fasc. I. 1858.

Kulczyński Ignatius. Appendix ad Specimen ecclesiae Ruthenicae. Romae, 1734.

Kulczyński Ignatius. Specimen ecclesiae Ruthenicae. Parisiis, 1859.

Kürschner Dr Fr. Nachrichten über die Vorgänge in Schlesien unter den Königen Georg und Mathias, in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Tom. VIII. 1867.

Kwiatkowski Saturnin. Urzędnicy kancelaryjni, koronni i dworscy z czasów Władysława III. Warneńczyka (1434—1444), in: Rozprawy i Sprawozdania Wydziału hist.-filoz. Akademii Umiejętności w Krakowie Tom. XVII. Kraków, 1884.

Kurz. Oesterreich unter König Albrecht II. Tomi I. et II.

Lewicki Dr Anatol. Ein Blick in die Politik König Sigmunds gegen Polen in Bezug auf die Hussitenkriege, in: Archiv für österreichische Geschichte. Tom. LXVIII. et separatim. Wien, 1886.

Lewicki Dr Anatol. Wstąpienie na tron polski Kazimierza Jagiellończyka, in: Rozprawy i Spraw. Wydziału hist.-filoz. Akademii Umiejętności w Krakowie T. XX. Kraków, 1887.

Lichnowsky Fürst E. M. Geschichte des Hauses Habsburg. Tomi V. et VI. Wien, 1841. 1842.

Lindau Johann. Geschichte des dreizehnjährigen Krieges, in: Scriptores Rerum Prussicarum. T. IV. Leipzig, 1870.

Lucas Dawid. Preussische Chronik (ed. Hennig). Tomi I—IV. Königsberg, 1812—1813.

Łukaszewicz. Opis kościołów parafialnych. Tomus I.
Malinowski Mikołaj. Dzieje Korony Polskiej i Wielkiego Księstwa Litewskiego, przez Bernarda z Rachtamowic Wapowskiego (editio). 1847. Tomi I—III. Wilno, 1847—1848.
Markgraf Dr Hermann. Politische Correspondenz Breslaus im Zeitalter Georgs von Podiebrad, in: Scriptores Rerum Silesiacarum. Tom. VIII. et IX. Breslau, 1873. 1874.
Markgraf Dr H. Annales Glogovienses bis z. J. 1493. nebst urkundlichen Beilagen, in: Scriptores Rerum Silesiacarum. Tomus X. Breslau, 1877.
Marsilii Ficini Epistolae ed. ex a. 1491.
Martene et Durand. Thesaurus novus Anecdotorum. Tomi I. II. V. Lutetiae Parisiorum, 1717.
Martene et Durand. Veterum Scriptorum et Monumentorum Amplissima Collectio. Tomi IV—IX. Lutetiae Parisiorum, 1729.
Mittheilungen aus der Livländischen Geschichte. Tom. IV.
Montfaucon. Biblioteca Manuscriptorum. Tomus I.
Monumenta Conciliorum Generalium saeculi decimi quinti (ed. Birk et Palacky). Concilium Basileense. Tom. I. et II. Vindobonae, 1857. 1873.
Monumenta Historiae Warmiensis. Tomus III.
Monumenta Hungariae Historica. (Magyar Történelmi Emlékek) Acta Externa. Tom. VI. 1878.
Monumenta Poloniae historica (Bielowski). Tomi II—IV. Leopoli, 1872—1884.
Mosbach Dr A. Początki Unii Lubelskiej. Poznań, 1872.
Mosbach Dr A. Przyczynki do Dziejów Polskich z Archiwum miasta Wrocławia. Poznań, 1860.
Mosbach Dr A. Über die Gefangennehmung des Bischofs von Kujawien und Herzogs von Oppeln, Johann, Kropidło genannt, in Breslau am 6. December 1410., in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Tomus VII.
Muchanow. Sbornik. Moscoviae, 1836.
Müller J. J. Reichstagstheatrum Pars II. (unter Friedrich V). Tomi I. et II. Jena, 1713.
Napiersky Dr C. E. Index Corporis historico-diplomatici Livoniae, Esthoniae et Curoniae. Tomi I. et II. Riga und Dorpat, 1833.
Napiersky Dr C. E. Russisch-Livländische Urkunden. Herausgegeben von der archäographischen Commission. St. Petersburg, 1868.
Narbutt Teodor. Dzieje Narodu Litewskiego. Tomi V—IX. Wilnae, 1839—1841.
Narbutt Teod. Pomniejsze Pisma historyczne. Wilno, 1856.
Niemcewicz J. U. Zbiór Pamiętników historycznych o dawnej Polszcze. Tomi I. et II. Warszawa, 1822.
Otto Dr C. Über einen Immunitätsstreit des Breslauer Clerus mit den Herzögen Friedrich und Georg von Brieg-Liegnitz im J. 1499., in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Tom. VII.
Palacky Franciscus. Documenta magistri Johannis Huss. Pragae, 1869.

Palacky F. Italienische Reise, in: Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften. V. Folge Band I. Prag, 1841.
Palacky F. Über Formelbücher, in: Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften. V. Folge. V. Band et separatim. Prag, 1847.
Palacky F. Urkundliche Beiträge zur Geschichte des Hussitenkrieges 1419—1436. Tomi I. et II. Prag, 1872. 1873.
Palacky F. Urkundliche Beiträge zur Geschichte Böhmens im Zeitalter Georgs von Podiebrad (1450—1471), in: Fontes Rerum Austriacarum. Diplomata et Acta. Tomus XX. Wien, 1860.
Pamiatniki diplomaticzeskich Snoszenij drewnej Rossii z derżawami inostrannimi. Tomus I. 1851.
Papée Fryderyk. Polityka Polska w czasie upadku Jerzego z Podiebradu, in: Rozprawy i Spraw. Wydziału historyczno-filozoficznego Akademii Umiejętności w Krakowie. Tomus VIII. et separatim. Cracoviae, 1878.
Paprocki Bartosz. Herby Rycerstwa Polskiego. Editio Turowski. Cracoviae, 1858.
Pawiński Dr Adolf. Jan Ostrorog, in: Biblioteka Umiejętności Prawnych. Rok X. Serya III. Warszawa, 1883.
Pawłowski Franciscus. Premislia Sacra sive Series et gesta episcoporum r. l. Premisliensium. Cracoviae, 1870.
Pelesz J. Geschichte der Union der ruthenischen Kirche mit Rom. Tomus I. Wien, 1878.
Pelzel F. M. Lebensgeschichte des Römischen und Böhmischen Königs Wenceslaus. Pars II. Prag und Leipzig, 1790.
Pelzel in: Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften ex a. 1786.
Piekosiński Dr Franciscus. Codex Diplomaticus Civitatis Cracoviensis. Partes quattuor, in 2 Voluminibus. Cracoviae, 1879. 1882.
Piekosiński Dr Fr. Codex diplomaticus Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis. Pars II. Cracoviae, 1883.
Praetorius Dr. K. G. Versuch einer Rechtfertigung und Ehrenrettung der Stadt Thorn, in: Beiträge zur Kunde Preussens. Tom. VII. Königsberg, 1825.
Pray Georgius. Epistolae procerum regni Hungariae. Pars I. Posonii, 1805
Prochaska Dr Antoni. Konfederacya Spytka z Melsztyna. Lwów, 1887.
Przyjaciel Chrześcijańskiej Prawdy. Czasopismo teologiczne ułożone przez X. Michała Korczyńskiego, ex a. 1833. Fasc. I.
Raczyński Edward. Kodeks dyplomatyczny Litwy (Codex diplomaticus Lithuaniae). Wratislaviae, 1845.
Raczyński Casimirus. Codex dipl. Maioris Poloniae. Posnaniae, 1840.
Rasp Carl Wilhelm. Beiträge zur Geschichte der Stadt Lemberg, in: Archiv für österreichische Geschichte. Tomus XLIII. Wien, 1870.
Raynaldi O. Annales Ecclesiastici. Tomi VII—X. Lucae, 1752.
Riedel. Codex diplomaticus Brandenburgensis. Pars I. tomi I—XXV.; Pars II. tomi I—VI.; Pars III. tomi I—III.; Pars IV. Tomus unus. Supplementorum tomus unus. 1843—1868.

Rumiancow. Sobranije hosudarstwennych hramot i dohoworow chraniaszczichsia w hosudarstwennoj kolegii inostrannych dieł. Pars I. et II. Moscoviae, 1813. 1819.

Rykaczewski E. Inventarium privilegiorum, litterarum, diplomatum, scripturarum et monumentorum, quaecunque in archivo regni in arce Cracoviensi continentur, per commissarios confectum anno Domini 1682. Lutetiae Parisiorum. Berolini et Posnaniae, 1862.

Rzyszczewski et Muczkowski. Codex diplomaticus Poloniae I. II. (1. et 2.) III. Varsaviae, 1847—1858.

Schück. Schicksale der im Kreise Plesz belegenen königlichen Domainen-Amts-dörfer Imielin, Chelm und Koszlow, in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Tom. III. 1860.

Schütz Caspar. Rerum Prussicarum Historia (latine scripta). Gedani, 1769.

Schwandtner J. G. Scriptores rerum Hungaricarum. Tomus II. Vindobonae, 1746.

Scriptores Rerum Prussicarum. (Herausgegeben von Hirsch, Töppen, Strehlke). Tomi II—V. Leipzig, 1863—1874.

Scriptores rerum Silesiacarum. Tomi VI—X. Breslau, 1871—1877.

Smolka Dr Stanisław. Archiwa w W. X. Poznańskiem i w Prusiech, in: Rozprawy i Sprawozdania Wydziału historyczno-filozoficznego Akademii Umiej. w Krakowie. Tom. IV. et separatim. Cracoviae, 1875.

Smolka Dr Stanisław. Szkice Historyczne. Tomus I.

Sofijska Letopis, in: Połnoje Sobranije Letopisej. Tomus VI.

Sommersberg F. W. Scriptores Rerum Silesiacarum. Tomi I—III. Lipsiae, 1729—1732.

Spiess Philipp Ernst. Archivische Nebenarbeiten und Nachrichten vermischten Inhalts mit Urkunden. Partes I. et II., Halle. 1783. 1785.

Stadnicki Kazimierz. Synowie Gedymina. Tomi I. et II. Leopoli, 1849. 1853.

Starodawne Prawa polskiego Pomniki (ed. Helcel, Heizmann, Bobrzyński). Tomi I. II. IV. VII.

Steinwenter Dr Arthur. Beiträge zur Geschichte der Leopoldiner, in: Archiv für österreichische Geschichte. Tomus LVIII. Wien, 1879.

Steinwenter. Studien zur Geschichte der Leopoldiner, in: Archiv für österreichische Geschichte. Tomus LXIII. Wien, 1882.

Stenzel. Scriptores Rerum Silesiacarum. Tomus II.

Strehlke Ernest. Tabulae Ordinis Teutonicorum. Berolini, 1869.

Teleki József. Hunyadiak Kora (Magyarországon). Tomi X—XII. Pest, 1853—1857.

Theiner Augustinus. Vetera Monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Tomus II. Romae, 1860.

Theiner. A. Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae historiam illustrantia. Tomus I. et II. Romae, 1860. 1861.

Toeppen. Acten der Ständetage Preussens. Tomi I—V. Leipzig, 1874—1886.

Trithemii Johannis Annales Hirsaugienses (Opera historica ed. Marquardi Freheri. Tomus II). 1601.

Trithemii Johannis Chronicon Sponheimense (Opera historica ed. Marquardi Freheri. Tomus II). 1601.

Turgeniew A. I. Historica Russiae Monumenta. Tomus I. Petropoli, 1841.

Turgeniew A. I. Supplementum ad Historica Russiae Monumenta. Petropoli, 1848.

Ulanowski Dr Bolesław. Wyjątki z najdawniejszej księgi miejskiej Lubelskiej, in: Archiwum Komisyi Historycznej. Tomus III. Cracoviae, 1886.

Ursinus Johannes. Modus Epistolandi. Editio ex anno 1522.

Urstisii Germaniae Historicorum illustrium Pars altera. Francofurti, 1670.

Voigt Georg. Die Briefe des Aeneas Sylvius vor seiner Erhebung auf den päpstlichen Stuhl, in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen. Tomus XVI. Wien, 1856.

Voigt Johannes. Codex diplomaticus Prussicus. Tomi IV—VI. Königsberg, 1853—1861.

Voigt Johannes. Die Erwerbung der Neumark (1402—1457). Berlin, 1863.

Voigt Johannes. Geschichte der Eidechsen-Gesellschaft, in: Beiträge zur Kunde Preussens. Tomus V. et separatim, 1822.

Voigt Johannes et Schubert F. W. Editio Lindenblatts Jahrbücher oder Chronik Johannes von der Pusilie. Königsberg, 1823.

Volumina Legum, ed. ex a. 1732. Tomus I.

Wadding L. Annales Minorum. Tomus XII. Romae, 1735.

Wagner Carolus. Analecta Scepusii sacri et profani. Pars I. Viennae, 1774.

Wagner F. Das dritte kaiserliche Buch der Markgrafen von Brandenburg, in: Forschungen zur Deutschen Geschichte. Tomus XXIV. Fasc. III.

Wattenbach. Miscellen, in: Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Tomus IV.

Wattenbach et Grünhagen. Registrum S. Wenceslai, in: Codex diplomaticus Silesiae. Tomus VI. Breslau, 1865.

Wiszniewski Michał. Historya Literatury Polskiej. Tomi III—V. Cracoviae, 1841—1843.

Wiszniewski Michał. Pomniki Historyi i Literatury Polskiej. Tom. IV.

Woelky Dr C. P. Urkundenbuch des Bisthums Culm. Fasciculi tres (Neues Preussisches Urkundenbuch. Westpreussischer Theil. Herausgegeben von dem Westpreussischen Geschichtsverein. II. Abtheilung, Band I). Danzig, 1884—1887.

Zbiór dyplomatów klasztoru Mogilskiego (Monografia opactwa w Mogile. Pars II). Kraków, 1865.

Zeissberg Dr H. Analecten zur Geschichte des XV. Jahrhundertes, in: Zeitschrift für österreichische Gymnasien ex a. 1871.

Zeissberg Dr H. Kleinere Geschichtsquellen, in: Archiv für österreichische Geschichte. Tomus LV.

1384.

1. *Sine loco, 3. Aprilis.*

Maria Hungariae regina episcopatum Premisliensem dotat.

Przyjaciel Chrześcijańskiej Prawdy de an. 1833. Fasc. I. p. 100. — Stadnicki, Synowie Gedymina II. p. 250. — Akta Grodzkie i Ziemskie VII. Nr. 15. p. 27. — **Reg.** Pawłowski, Premislia p. 54.

2. *Zneyne, 30 Aprilis.*

Bodzanta, archiepiscopus Gnesnensis, gratias spirituales ecclesiae ordinis S. Augustini extra muros oppidi Chojnice largitur.

Voigt, Cod. dipl. Prussicus IV. Nr. 24. p. 28. — **Reg.** Daniłowicz, Skarbiec I. Nr. 496. p. 250.

3. *Eltvil, 8. Junii.*

Adolphus, archiepiscopus Moguntinus, Theodoricum episcopum »zu Russen« suum in pontificalibus vicarium constituit eique »Hessen et Doringen« administrandum confert.

Gudenus, Cod. dipl. Moguntinus IV. p. 809.

4. *Płock, 11. Augusti.*

Stiborius, episcopus Plocensis, ordini Teutonico villam Bärwald sub redimendi conditione vendit.

Woelky, Urk. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 367. p. 287.

5. *Radziejów, 24. Augusti.*

Semovitus, Masoviae dux, Bartossio de Wissemburg pro certa summa pecuniae oppidum Kowal obligat.

Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. Nr. 23. p. 26. — Codex dipl. Masoviae Nr. 110. p. 102.

6. *In castro Strassburg, 23. Novembris.*

Semovitus, dux Masoviae, ordini Teutonico terram Sakrze oppignerat.

Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. Nr. 26. p. 30. — **Reg.** Daniłow. Skarb. I. Nr. 501. p. 252.

7. *Budae, 26. Decembris.*
Wladislaus, dux Opoliensis et Gara, palatinus Hungariae, suadentibus Maria Hungariae et Hedvige Poloniae reginis, reconciliati utramque reginam contra omnes hostes se defensuros spondent.
Spiess, Archivische Nebenarbeiten I. Nr. 18. p. 162. — Fejér, Cod. dipl. Hung. XI. Suppl. Nr. 6. p. 746.

8. *S. l. a. et die.*
Witoldo duci ab ordine Teutonico restitutio patrimonii fratrique eius Sigismundo successio promissa.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 494. p. 249. — **Cf.** ibid. Nr. 493 et Prochaska, Codex Vitoldi Nr. 15. p. 5.

9. *S. l. a. et die.*
De insidiis Cruciferorum contra Polonos et Lithuanos animadversio.
Lucas David VII. p. 193. — Narbutt, Hist. Nar. Litew. V. Append. 5. p. 19. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 497. p. 251.

10. *S. l. a. et die.*
Witoldus dux se ab Jagellone Brześć, Drohiczyn, Grodno etc. accepisse testatur eidemque fidem spondet.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 498. p. 251.

1385.

11. *Cracoviae, 17. Aprilis.*
Constantius Koriatowicz, Podoliae dux, civibus Cracoviensibus in terris suis mercandi dat licentiam.
Piekosiński, Cod. dipl. civitatis Cracoviensis I. Nr. 60. p. 74.

12. *Stolpe, 25. Aprilis.*
Ordinis Teutonici cum Wratislao et Boguslao, ducibus Stetinensibus, contra Poloniam et Lithuaniam foedus.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 506. p. 254.

13. *Premisliae, 8. Maii.*
Emericus Bebek, capitaneus Russiae, donationem villae Pnikult ecclesiae cathedrali Premisliensi factam testatur.
Przyjaciel Chrześć. Prawdy I. Fasc. IV. p. 84. — **Reg.** Pawłowski, Premislia p. 55.

14. *Budae, 28. Julii (fer. 6. post. f. Jacobi ap.)*
Elisabeth et Maria, reginae necnon barones Hungariae copulandum matrimonium inter Hedvigem, reginam Poloniae et Wilhelmum, ducem Austriae, se omnibus modis curaturos esse spondent.
Hergott, Mon. dom. Austr. III. 1. Auctarium dipl. Nr. 19. p. 12. — Fejér, Cod. dipl. Hung. X. 1. Nr. 75. p. 141.; adscripto anno 1384.

15. *Budae, 29. Julii.*
Leopoldus, dux Austriae, cum Elisabeth, Hungariae regina, pactionem nuptialem inter filium Wilhelmum et Hedvigem, reginam Poloniae, factam renovat spondetque se post matrimonium consummatum eidem Wilhelmo 200,000 fl. soluturum, salvis Wilhelmi iuribus hereditariis terrarum austriacarum.
Pray, Ann. reg. Hung. II. 174. — Naruszewicz, Hist. VII. p. 372. — Katona, Hist. Crit. XI. p. 94. — Fejér, Cod. dipl. Hung. X. 1. Nr. 119. p. 228.

16. *Budae, 6. Octobris.*
Maria, Hungariae regina, Johanni de Palugya bona terrestria in Russia (Demetrowice) donat.
Katona, Hist. Crit. XI. p. 96. — Fejér, Cod. dipl. Hung. X. 1. Nr. 116. p. 225. — Stadnicki, Synowie Gedymina II. p. 253.

17. *Leopoli, 1. Novembris.*
Emericus Bebek, capitaneus totius Russiae, litteras Mariae reginae sub Nr. 16. transsumit.
Fejér, Cod. dipl. Hung. X. 1. Nr. 129. p. 261. — Cf. transsumptum conventus in Turocz de anno 1386. ibid. Nr. 173. p. 321; necnon donationem Sigismundi regis de a. 1387 ibid. Nr. 207.

18. *Cracoviae, 12. Decembris (in vigilia S. Luciae).*
Semovitus, dux Masoviae, cum Hedvige, regina Poloniae, paciscitur de restituendis terris, castris etc., per se vi a regno Poloniae avulsis.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. dipl. Pol. II. 2. Nr. 532. p. 765. — **Reg.** Rykacz., Inventarium p. 323.; dato: in die S. Luciae, i. e. 13. Decembris adscripto.

19. *S. l. a. et die.*
Litterae a mercatoribus Angliae consilio regio proponuntur, in quibus eidem Cruciferos sibi, quamvis iam aliquoties petita contra Lithuanos auxilia ab ipsis acceperint, iniurias inferre conqueruntur.
Reg. Danił., Skarb. I. Nr. 511. p. 257.

20. *S. l. et die.*
Index mensae honoris, apud Cruciferos instauratae, necnon expeditionis Lithuanicae, sociorum
Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. Nr. 31. p. 36.

21. *S. l. a. et die (ante a. 1386).*
Donatio Ławraszeviensi monasterio per Demetrium Koributum facta, in qua idem Demetrius dux magnus appellatur.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 7. p. 22.

1386.

22. *In castro Marienburgensi, 1. Januarii.*
Conradus Zolner, magister generalis ordinis Teutonici, pacta, cum Witoldo duce de patrimonio eidem restituendo inita, approbat.
Codex Epistolaris saec. XV. Pars I. Nr. 1.; cum anno 1384, sine causa iusta commutato. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 512. p. 257. — **Cf.** Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 12. notam.

23. *Wołkowyska, 11. Januarii.*

Barones Poloniae cum Jagellone conveniunt consultaturi de regno Polonorum ei deferendo, de matrimonio eius cum Hedvige regina contrahendo necnon de eius in Poloniam adventu.

Rzyszcz. et Muczk., Cod. dipl. Pol. III. Nr. 170. p. 337. — **Reg.** Danil., Skarb. I. Nr. 513. p. 257. — **Reg.** Rykacz., Invent. p. 176.

24. *Januae, 26. Januarii.*

Urbanus VI. papa episcopum Culmensem, abbatem Mogilensem praepositumque Glacensem conservatores episcopatus Posnaniensis constituit.

Cod. Maj. Pol. III. Nr. 1842. p, 571. — **Reg.** Woelky, Urk. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 368. p. 289.

25. *Januae, 9. Februarii.*

Urbanus VI. papa gratias, in auxilium ordini Teutonico contra Lithuaniam proficiscentibus concessas, amplificat.

Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. Nr. 34. p. 41.

26. *Januae, 10. Februarii.*

Urbanus VI. papa Dobrogostium, episcopum Posnaniensem, collectorem generalem decimae triennalis in archidioecesi Gnesnensi necnon in episcopatibus Caminensi et Culmensi constituit.

Theiner, Mon. Pol. I. Nr. 1023. p. 755. — **Reg.** Woelky, Urk. des Bisth. Culm. I. 2. Nr. 370. p. 291. — **Cf.** apud Theinerum Nr. 1024. subcollectores a Dobrogostio constitutos.

27. *Cracoviae, 18. Februarii.*

Wladislaus Jagello nobilibus Poloniae magnum privilegium confert.

Bandtkie, Jus Polon. p. 189. — **Reg.** Danil., Skarb. I. Nr. 531. p. 262. — **Reg.** Caro, Gesch. Pol. III. 636. — **Cf.** Nr. 40.

28. *Cracoviae, 3. Maii.*

Alexander Wiguntus, dux Kiernoviensis, Jagelloni, Hedvigi regnoque Poloniae fidem spondet.

Reg. Bonnel, Russ. livl. Chronographie p. 171. sine loco. — **Reg.** Caro, Gesch. Pol. III. 637. — **Cf.** notam Caronis ibidem necnon Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 40.

29. *Cracoviae, 10. Maii.*

Witoldus dux Jagelloni homagium renovat.

Reg. Bonnel, Russ. livl. Chronogr. p. 171. sine loco. — **Reg.** Caro, Gesch. Pol. III. 637.

30. *Sandomiriae, post 20. Maii (post dominicam Cantate).*

Georgius filius Swiatoslai, dux Smolenscensis, sive Jagelloni fidem spondet sive cum eodem et Skirgellone foedus init.

Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 525. p. 261. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 373. — **Cf.** Caro, Gesch. Pol. III. 637. notam 3. et p. 643 necnon Sokołowski in Codice Epistolari saec. XV. Pars I. Nr. 7. p. 8. notam.

31. *Sandomiriae, post 20. Maii (ut supra).*

Johannes, Georgii ducis Belsensis filius, Jagelloni homagium praestat et in Lithuaniam discedens, ad obstagium tenendum se obstringit.

Reg. Gołębiowski, Panow. Wł. Jagiełły I. p. 6. nota 15. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 264. — **Reg.** Caro, Gesch. Pol. III. 637; dato: 20. Maii adscripto.

32. *Sandomiriae, 22. Maii (feria 3. post dom. Cantate).*

Fiedor Lubartowicz, dux Luceoriensis, ut supra.

Turgeniew, Suppl. ad Russiae Hist. Mon. Nr. 210. p. 507. — Stadnicki, Syn. Gedym. II. 122. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 6. not. 14. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 526. p. 261. — **Reg.** Rykacz. Inv. p. 374. — **Reg.** Caro, Gesch. Pol. III. 638.; dato: 23. Maii adscripto.

33. *Budae, 9. Junii.*

Elisabeth, Hungariae regina, genero suo Jagelloni amicitiam opemque contra hostes pollicetur.

Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 40. — Katona, Hist. Crit. XI. p. 161. — Fejér, Cod. dipl. Hung. X. 1. Nr. 155. p. 295. — Steinwenter, Beiträge in: Archiv für österr. Gesch. LVIII. p. 486. — **Reg.** Somersberg, SS. rer. Sil. II. Mantissa p. 81. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 518. p. 260. — **Reg.** Rykacz. Inv. p. 21.

34. *Lewenburg, 10. Julii.*

Wartislaus et Boguslaus, duces Pomeraniae, pollicentur se ordinem Teutonicum liberum a vectigalibus in terris Dobrinensi Bidgostiensique reddituros esse, si quando eaedem terrae suae ditionis factae sint.

Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. Nr. 35. p. 42. — Rzyszcz. et Muczk. Cod. Pol. II. 2. Nr. 533. p. 768. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 446. p. 114. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 527. p. 262. — **Reg.** Rykacz. Inv. p. 72.

35. *Lewenburg, 10. Julii.*

Foedus inter ordinem Teutonicum et praedictos duces Pomeraniae contra Poloniam et Lithuaniam initum (Litterae ducum Pomeraniae).

Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. Nr. 38. p. 44.

36. *Lewenburg, 12. Julii.*

Eiusdem foederis litterae ordinis.

Schütz, Hist. rer. Pruss. p. 85. — **Reg.** Toeppen, Acten d. Ständetage Preuss. I. Nr. 30. p. 49.

37. *Lubowla, 15. Julii.*

Wladislaus, dux Opoliensis, nobili Denharto villam Dunajow in Russia Rubra donat.

AGZ. II. Nr. 14. p. 22.

38. *Leopoli, 25. Julii.*

Idem eidem telonea in villa Dunajow concedit.

AGZ. II. Nr. 15. p. 24.

39. *Ilkusz, 13. Augusti.*
Ilkusz oppidum Jagelloni, regi Poloniae, homagium praestat.
Reg. Rykacz. **Inv.** p. 196. — **Reg.** Caro, Gesch. Pol. III. p. 638.

40. *Korczyn, 29. Augusti.*
Wladislaus Jagello, rex Poloniae, magno privilegio Cracoviensi, hic transsumpto, sigillum maiestatis appendit.
Vide Nr. 27.

41. *S. l. et die 1386.*
Magister generalis ordinis Teutonici Sigismundo, duci Lithuaniae, ad recuperandum patrimonium auxilia pollicetur.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 530. p. 262.

42. *Cracoviae, s. d. 1386.*
Wladislaus Jagello, rex Poloniae, fratri Wigunto duci Kiernow, Pinczyski(?) et Koszersk donat.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 528. p. 262.

43. *s. l. a. et die.*
Wladislaus Jagello apud papam de magistro generali ord. Teut. conqueritur, qui, cum ipse in Poloniam baptismi accipiendi causa profectus sit, terras suas vastaverit.
Reg. Danił. Skarb. I. **Nr.** 524. p. 261.

44. *s. l. a. et die.*
Urbanus VI. papa litteras Innocentii IV. dd. Anagniae 3. Septembris 1254., statum ecclesiae Lithuanicae constituentes, confirmat.
Reg. Raynaldi Ann. a. 1386. Nr. VI. Tom. VII. p. 489. — **Reg.** Danił. Skarb. I. N. 532. p. 263.

45. *s. l. et die.*
Statuta ordinum Prussiae, quibus inter cetera equorum armorumque in Poloniam venditio interdicitur.
Toeppen, Acten der Ständet. Preuss. I. Nr. 31. p. 50. — **Cf.** de eadem causa plurimos locos ibidem.

1387.

46. *Czenstochoviae, 6. Februarii.*
Wladislaus, dux Opoliensis, terrigenas Russiae Rubrae ad servandam fidem reginae Hungariae contra reginam Poloniae excitat.
AGZ. III. Nr. 39. p. 72. — **Vers. Pol.** Zubrzycki, Kronika miasta Lwowa p. 54., unde: Turgeniew, Suppl. ad Hist. Russ. Mon. Nr. 43. p. 130.

47. *Vilnae, 17. Februarii.*
Wladislaus, rex Poloniae, episcopatum Vilnae erigit.
Krupowicz, Zbiór dypl. rząd. Nr. 1. p. 1. — **Vers. Pol.** Dzieje Dobroczynności de a. 1822. Nr. 37. p. 770. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 538. p. 265.

48. *Jaroslaviae, 18. Februarii.*
Hedvigis, regina Poloniae, privilegia terrae Premisliensis confirmat et auget seque eandem terram a regno Poloniae non seiuncturam esse pollicetur.
AGZ. VII. Nr. 19. p. 36.

49. *Vilnae, 20. Februarii.*
Wladislaus Jag., rex. Pol., Lithuanis primum privilegium concedit.
Działyński, Zbiór Praw Litew. p. 1. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 539. p. 265.

50. *Vilnae, 22. Februarii.*
Wladislaus Jag., rex Pol., conversis Lithuanis pro corroboranda fide christiana nonnulla decreta sancit.
Vers. Pol. Malinowski in ed. Wapowscii I p. 74. nota. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 540. p. 266. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 551. — **Reg.** Caro, Gesch. Pol. III. 639.

51. *Grodek, 1. Martii.*
Hedvigis, reg. Pol., civibus Leopoliensibus, ut in ipsius conspectum venire possint, salvum conductum sancit.
Zubrzycki, Kronika m. Lwowa p. 55. — Turgeniew, Suppl. ad Hist. Russ. Mon. Nr. 44. p. 131. — Stadnicki, Synowie Gedymina II. p. 126. — AGZ. III. Nr. 40. p. 74.

Bonifacius IX. papa consulibus Cracoviensibus usum altaris portatilis concedit.

Piekosiński, Cod. dipl. civitatis Cracov. I. Nr. 85. p. 115.

260. *Hammerstein, 22. Novembris.*

Magister gener. ord. Teut. Conradum, Schwerinensem militem et alios exhortatur, ut ducem Stetinensem ad tenendum foedus, contra Poloniam cum Ordine sancitum, compellant.

Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 28. p. 31. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1785. p. 371.

261. *Marienburg, 13. Decembris.*

Magister gener. ord. Teut. Swanteborum, ducem Stetinensem, docet, quam prava secutus sit studia, quod foedus contra Poloniam initum renuntiavisset.

Voigt, Cod. d. Pruss. VI. Nr. 30. p. 33. — **Cf.** ibidem Nr. 31. p. 35.

262. *S. l. et die.*
Stephanus, palatinus Moldaviae Vladislao, regi Poloniae, homagium praestat.
Reg. Niemcewicz, Zbiór pamiętników II. p. 61. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 75. — **Reg.** Danił. Skarb I. Nr. 669. p. 308.

263. *S. l. a. et die.*
Wenceslaus, rex Roman., apud Wladislaum, regem Poloniae, pro oppresso ab exercitibus Poloniae duce Opoliensi intercedit.
Palacky, Über Formelbücher Lief. II. Nr. 83. p. 84.

264. *S. l. a. et die.*
Idem ab eodem petit, ut pro quodam propinquo suo, e vinculis Turcarum liberando, intercedat.
Palacky, Über Formelbücher Lief. II. Nr. 77. p. 81.

1397.

265. *Dünaburg, 1. Januarii s. a.*
Commendator Dünaburgensis magistro Livoniae de novis rebus bellicis, de bello Tartarico Timuro et Toctamisso ducibus, de mortariis a Witoldo Kiioviam missis, cett. scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 519. p. 132. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 670. p. 308.

266. *Marienburg, 9. Januarii.*
Magister gener. ord. Teut. Wladislao, duci Opoliensi, iterum declarat se terram Dobrinensem non empturum.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 33. p. 37.

267. *Romae, 11. Januarii.*
Bonifacius IX. papa facultatem legendae theologiae in universitate studii generalis Cracoviensis impertitur.
Codex Universit. Cracov. I. Nr. 15. p. 24.

268. *S. l. et a. Januario Ind. V.*
Patriarcha Constantinopolitanus Michaëlem, archiepiscopum Betlehem, iterum mittit in Russiam.
Acta Patriarch. II. Nr. 514. p. 278.

269. *S. l. et a. Januario Ind. V.*
Patriarcha Constantinopolitanus regi Poloniae promittit ecclesiarum unionem, monet eum, ut cum Hungariae rege foedere iunctus, infidelibus bellum inferat, et commendat ei legatum suum archiepiscopum Betlehem.
Acta Patrarch. II. Nr. 515. p. 280.

270. *S. l. et a. Januario Ind. V.*
Patriarchae Constantinopolitani litterae, datae ad metropolitam Kiioviensem, de bello cum infidelibus gerendo, de unione ecclesiarum, cett.
Acta Patriarch. II. Nr. 516. p. 282.

271. *S. l. 24. Februarii.*
Litterae, quibus societas Lacertarum constituitur.
Kotzebue, Gesch. Preussens III. p. 354. — (Voigt, Gesch. der Eidechsen-Gesellschaft in) Beiträge zur Kunde Preussens T. V. p. 6. — Woelky Urkund. Buch des Bisthms Culm I. 2. Nr. 413. p. 320. — **Reg.** Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. p. XXIII.

272. *Cracoviae, 8. Martii.*
Hedvigis, regina Poloniae Semovito, Masoviae duci, possessionem terrae Bełzensis confirmat.
Codex Masoviensis Nr. 126. p. 119.

273. *Romae, 8. Junii.*
Bonifacius IX. papa Petro, episcopo Cracoviensi, mandat, ut litem de finibus dioecesium Premisliensis et Haliciensis dirimat.
AGZ. VII. Nr. 20. p. 38.

274. *Prope molendinum Lubicz, 12. Junii.*
Duces Silesiae cum Wladislao, rege Poloniae, triennii pacem ineunt.
Reg. Gołębiowski I. p. 78. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 54.

275. *Tyrnaviae, 26. Junii.*
Sigismundus, rex Hungariae debere se Ulrico von der Ost 500 sexagenas testatur.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 57. p. 313.

276. *(Ragnetae?) 12. Julii.*
Diarium legationis magni hospitalarii ord. Teut., Conradi comitis Kyburgensis, ad Witoldum, m. ducem Lithuaniae, missae.
Vers. Pol. Narbutt, Pomniejsze Pisma p. 133—162.

277. *Pragae, 20. Julii.*
Wenceslaus, rex Romanorum, Hedvige, regina Poloniae, petente, fundationem ipsius, in universitate Pragensi ad propagandam fidem catholicam in Lithuania factam, confirmat.
Pelzel, Wenceslaus Tom. II. Urkb. Nr. 135. p. 27.

278. *S. l. a. et die. (post 28. Augusti.*
Wenceslaus, rex R. Wladislao, regi Pol., respondet se petitam in litteris foederis emendationem faciendam mandasse rogatque, ut suum in Bohemia locum tenentem, Procopium marchionem, adiuvet.
Palacky, Über Formelbücher Lief. II. Nr. 78. p. 81. — Ad datum cf. Deutsche Reichtagsact. III. p. 1.

279. *S. l. 29. Septembris.*
Statutum Semoviti IV. ducis Masoviensis.
Helcel, Pomniki I. p. 278.

280. *Bythoniae, 21. Octobris.*
Przimko, dux Tessinensis, cum filiis a Spitcone de Melsztyn, palatino Cracoviensi, villas Lubliniec, Oleszno et Gorzow emit.
Grünhagen et Markgraf, Lehen- und Besitzurkden II. Nr. 25. p. 321. — Cf. ib. Nr. 27. p. 323. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 55. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 54.

281. *Francofurti, 23. Decembris.*
Electores imperii Rom. capitibus argumentisque, contra regem Rom. Wenceslaum propositis, eidem regi foedus cum rege »Cracoviensi« contra christianitatem et fratrem suum regem Hungariae exprobrant.
(Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 9. p. 22.

282. *S. l. a. et die.*
Magister gener. ord. Teut. regi Romanorum respondet se Witoldo Sigismundum, ducem Lithuaniae, obsidem, non aliter, quam pro fratribus Ordinis in captivitate Turcarum remanentibus, restituturum esse.
Reg. Kotzebue, Gesch. Preuss. III. p. 287. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 493.

283. *S. l. a. et die.*
Wenceslaus, rex Romanorum Wladislao, regi Poloniae pro cura, ad liberandos ex captivitate propinquos suos adhibita, gratias agit.
Palacky, Über Formelbücher Lief. II. Nr. 79. p. 82.

284. *S. l. a. et die.*
Praecepta magistri gener. ord. Teut., legato ad Sigismundum Hungariae regem data.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 50. p. 54.

1398.

285. *Opatow, ante 2. Februarii.*
Johannes, episcopus rit. graeci Luceoriensis, Wladislao, regi Poloniae, promittit se post obtentam metropolim Haliciensem eidem 200 marcas ruthenicas et 30 equos donaturum.
Sofijski Sobor Nr. 8. p. 34. Append. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 12. p. 27. — **Reg.** Danil. Skarb. I. Nr. 687. p. 312.

286. *Cracoviae, 23. Februarii.*
Wladislaus, rex Poloniae cives Cracovienses, a Petrassio de Zabawa proditionis accusatos, omni culpa carere testatur.
Piekosiński, Cod. dipl. civitatis Cracov. I. Nr. 89. p. 118.

287. *Romae, 11. Martii.*
Henricus Cardinalis Nicolaum, episcopum Posnaniensem, de soluta camerae cardinalium, ratione communis servitii, parte debiti quietat diemque pecuniae residuae solvendae prorogat.
Cod. Maj. Poloniae III. Nr. 1984. p. 705.

288. *Bandkowo, 12. Martii.*
Spitco, palatinus Cracoviensis et Podoliae dominus, in causa inter Johannem et Semovitum, duces Masovienses, iudex constitutus, conventionem quandam promulgat.
Cod. Masov. Nr. 129. p. 122.

289. *Grodno, 23. Aprilis.*
Oratores magistri gener. ord. Teut. cum Witoldo, m. duce Lithuaniae, de pacis conditionibus congressi, agunt.
Bunge IV. Nr. 1470. p. 204. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 525. p. 134.

290. *Rawa, 26. Maii.*
Semovitus, dux Masoviae se a Wladislao, rege et Hedvige, regina Poloniae, 10,000 sexagenas, quibus Cuiavia oppignerata erat, accepisse testatur.
Rzyszcz. et Muczk. Cod. Pol. II. Nr. 552. p. 809.

291. *Romae, 1. Junii.*
Bonifacius IX. papa bona mensae archiepiscopalis Gnesnensis in Pomerania sita, quae dudum Johanni, episcopo de Kamień, deputaverat, nunc translato eodem Johanne in Cuiaviensem episcopatum, mensae praedictae restituit.
Cod. Maj. Pol. III. Nr. 1990. p. 711. — Woelky, Urkb. des Bisth. Culm I. 2. Nr. 415. p. 324.

292. *Romae, 5. Junii.*
Bonifacius IX. papa Gnesnensi praeposito mandat, ut in causa, inter Nicolaum, episcopum Posnaniensem et Nicolaum de Lubiatowo, armigerum, de quibusdam pecuniis aliisque rebus exorta, decidat.
Cod. Maj. Pol. III. Nr. 1991. p. 713.

293. *Leopoli, 24. Septembris.*
Petrus, episcopus Cracoviensis, iubente papa (vide Nr. 273), fines episcopatus Premisliensis et archiepiscopatus Haliciensis constituit.
AGZ. VII. Nr. 21. p. 39.

294. *Bürglitz, 16. Octobris.*
Wenceslaus, rex Romanorum Carolo, regi Franciae nuntiat se inter alios cum rege Poloniae causam schismatis tractavisse, qui in diem Nativitatis Christi legatos Wratislaviam missurus esset.
Urstisius, Germ. Hist. illustr. II. p. 180. — Bzovius, Ann. eccl. h. a. V. Tom. XV. p. 78. — (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 28. p. 62.

295. *Wilnae, 27. Octobris.*
Andreae, primi Lithuaniae episcopi, testamentum.
Narbutt, Pomniejsze Pisma p. 170.

296. *Cracoviae, 14. Novembris.*
Creslaus de Kościelec, palatinus Cuiaviensis, Wladislao, regi Poloniae, fidem promittit.
Rzyszcz. et Muczk. Cod. Pol. I. Nr. 199. p. 267.

297. *Marienburg, 20. Novembris.*
Magister gener. ord. Teut. episcopum Plocensem rogat, ut homines Ordini subditos, qui quendam falsae monetae reum interfecerint, excommunicatione absolvat.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 74. p. 77.

298. *Marienburg, 5. Decembris.*
Magister gener. ord. Teut. ad archiepiscopum Gnesnensem in causis bonorum mensae archiepiscopalis Gnesnensis in Prussia scribit.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 72. p. 75. — Cod. Maioris Pol. III. Nr. 1995. p. 716.

299. *S. l. et die.*
Johannes Albi, palatinus Bessarabiae, regi Poloniae secundum antiquam formam fidem spondet.
Reg. Niemcewicz, Zbiór pamiętników II. p. 60. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 698. p. 316.

300. *S. l. a. et die (1398?)*
Basilii, magni ducis Moscoviae nec non Wladimiri Andrejewicz et Georgii Dmitrowicz pactio, cum magno duce Twerensi Michaële Alexandrowicz contra Tartaros, Lithuanos, Teutonicos et Polonos inita.
Akta archieograficzeskoj Expedycyi I. Nr. 14. p. 9. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 693. p. 313.

301. *S. l. a. et die (1398—1410)*
Excerpta libri expensorum thesaurarii ordinis Teutonici, in quibus res ad Lithuaniam et Poloniam spectantes commemorantur.
Prochaska, Cod. Vitoldi App. Nr. 3. p. 960—976.

1399.

302. *Calissiae, 15. Martii.*
Jacobus de Koniecpole, palatinus Siradiensis et ceteri iudices Nicolaum, canonicum Sandomiriensem, criminis eidem illati innocentem

declarant, quod Stanislaum Pella ad manus Dobrogostio archiepiscopo Gnesnensi iniiciendas induxerit.

Cod. Maj. Polon. III. Nr. 1998. p. 718.

303. *Teschin, 6. Aprilis.*

Premislaus, Bolko aliique duces Silesiae regi Poloniae pro Johanne, episcopo Caminensi, fratre ipsorum, certis ex causis Calissiae a rege in custodia retento et nunc dimisso, promittunt illum hanc iniuriam non ulturum.

Dogiel I. p. 541, sine die. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 443. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 54. sine die. — **Reg.** Woelky, Urkb. d. B. Culm. I. 2. Nr. 417. p. 325.

304. *Romae, 16. Aprilis.*

Bonifacius IX. papa Nicolaum, de sede episcopali Posnaniensi in Cuiaviensem translatum, novae dioecesis incolis commendat.

Cod. Maj. Pol. III. Nr. 2001. p. 721.

305. *S. l. a. et die (16. Aprilis — 1. Septembris).*

Wenceslaus, rex Rom. ad regem Franciae scribit se de schismate, ad quod tollendum inter ceteros regem Poloniae in diem Nativitatis Christi Wratislaviam invitavisset, sed ipse propter aegritudinem eodem non potuisset venire, nunc cum Sigismundo fratre Pragae coniturum.

Palacky, Über Formelbücher Fasc. II. Nr. 92. p. 90. — Pelzel, Venzeslaus Tom. II. Urkb. Nr. 153. p. 47. — (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III, Nr. 29. p. 63.

306. *Romae, 22. Aprilis.*

Bonifacius IX. papa Matzeum de Lamberto collectorem suum in Polonia constituit.

Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1038.

307. *Romae, 22. Aprilis.*

Bonifacius IX. papa Matzeo collectori mandat, ut omnes fructus Poloniae camerae apostolicae reservet.

Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1040.

308. *S. l. a. et die (post 22. Aprilis).*

Matzeus, collector camerae apostolicae in Polonia, 9 subcollectores constituit.

Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1039. — **Reg.** Woelky, Urkb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 418. p. 325.

309. *Romae, 4. Maii.*

Bonifacius IX. papa episcopo Cracoviensi mandat, ut contra Tartaros et Turcas verbum crucis proponat.

Raynald, Annal. T. VIII. p. 45. — Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1041. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 703. p. 317.

310. *Romae, 5. Maii.*
Bonifacius IX. papa Wladislao, regi Poloniae, de prole futura gratulatur eidemque proli nomen Bonifacii imponit.
Długosz Hist. h. a. T. III. p. 530. -- Piekosiński, Cod. dipl. ecclesiae cathedralis Crac. II. Nr. 437. p. 234. - **Reg.** Danil. Skarb. I. Nr. 704. p. 318.

311. *Romae, 5. Maii.*
Idem reginae Hedvigi Poloniae in eadem causa scribit.
Piekosiński, Cod. d. eccl. Cathedr. Crac. II. Nr. 437. p. 235.

312. *Tarnoviae, 23. Maii.*
Sandivogius, palatinus Haliciensis dominusque tunc temporis Byztercіensis, quendam Sylvanis Podmanszky pro fidelibus servitiis, sibi et coronae Hungariae praestitis, concedente Sigismundo rege, a quodam servitio liberat.
Katona, Hist. Critica XI. p. 468. - Fejér, Cod. d. Hung. X. 2. Nr. 381. p. 720. - - **Cf.** Nr. 313.

313. *Visliciae, 7. Junii.*
Wladislaus, rex Poloniae, officialibus iudicii in Maiori Polonia interdicit, ne de Sandivogio, in Hungaria negotiis suis detento, iudicent.
Cod. Maioris Polon. III. Nr. 2005. p. 725.

314. *Glogoviae, 6. Julii.*
Nobiles Silesiae cautionem principum Silesiae, regi Poloniae pro Johanne, episcopo Caminensi, datam, approbant.
Codex dipl. Silesiae VI. Nr. 85. p. 20. — **Reg.** Woelky, Urkb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 419. p. 326. - **Cf.** Nr. 303.

315. *Romae, 6. Octobris.*
Bonifacius IX. papa praeposito ecclesiae S. Petri in Cruschwica mandat, ut in causa, inter Dobrogostium, archiepiscopum Gnesnensem et quosdam nobiles eidem iniurias inferentes exorta, decidat.
Cod. Maj. Polon. III. Nr. 2013. p. 732.

316. *Falkenberg, 12. Decembris.*
Supremus procurator ordinis Teutonici, Romam proficiscens, magistro generali, de duce Lotharingiae Carolo, magnum exercitum in Prussiam parante, nuntiat.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 712. p. 319.

317. *S. l. et die.*
Vislaus Gambor et Nicolaus de Bathowice spondent Wladislao, regi Poloniae, inviolabiliter tenendas treugas cum ducibus Opoliensibus, quamdiu rex voluerit. Querelae civitatis Wratislaviensis contra duces Opolienses. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 55.

318. *Opoliae, sine die.*
Bolko et Bernardus, duces Opolienses, pro fratre suo Johanne, episcopo Caminensi, iterum fideiubent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 55. — **Cf.** Nr. 303.

319. *S. l. a. et die. (1399?).*
Legatio Lithuanica ad civitatem Rigensem.
Napiersky, Russisch-livl. Urkunden Nr. 123. p. 95.

320. *S. l. a. et die (1399?).*
Fragmentum litterarum Semoviti, ducis Masoviae, quibus se pro quadam summa pecuniae ordini Teutonico terram Pluntzk oppignerasse testatur.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. IV. Nr. 125. p. 184.

1400.

321. *Romae, 19. Januarii.*
Bonifacius IX. papa episcopo Wratislaviensi mandat, ut decimam de reditibus ecclesiasticis ad bellum contra Tartaros suscipiendum colligat.
Raynaldi Ann. T. VIII. p. 70. — Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1042. p. 771.

322. *Romae, 19. Januarii.*
Aliae litterae eiusdem ad eundem in eademque causa.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1043. p. 773.

323. *Alfeld (?) 20. Januarii s. a.*
Legati Rigenses, in Lithuaniam missi, senatum Rigensem de suo itinere certiorem faciunt.
Napiersky, Russisch-livl. Urkunden Nr. 125. p. 96.

324. *Creuwe, 30. Januarii s. a.*
Iidem legati senatui Rigensi de suis cum Witoldo, m. duce Lithuaniae, actionibus scribunt.
Napiersky, Russisch-livil. Urkunden Nr. 126. p. 96.

325. *Polock, 3. Martii (?) s. a.*
Eorundem legatorum alia relatio, senatui Rigensi de actionibus cum Witoldo et Polocensibus susceptis missa.
Napiersky, Russisch-livl. Urkunden Nr. 127. p. 98.

326. *Pragae, 13. Maii.*
Wenceslaus, rex Romanorum, inscriptionem dotis, a Johanne duce Auschvicensi Hedvigi uxori, regisque Poloniae sorori, factam (vide Nr. 250), confirmat.
Reg. Gołębiowski I. p. 79.

327. *Glogoviae, 26. Maii.*
Wladislaus, dux Opoliensis, testatur bona Olszyna et Rozow pro quadam pecuniae summa a Nicolao de Czatowice sibi esse obligata.
Reg. Rykaczewski, Invent. p. 55.

328. *S. l. a. et die (Francofurti 30—31 Maii).*
Legatio Wenceslai, regis Romanorum, electoribus imperii novam conventionem indicit, ad quam etiam »des koniges rat von Krakaw« invitandi sint.
Janssen, Frankfurter Reichscorrespondenz I. Nr. 887. p. 504. — (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 139. p. 186.

329. *S. l. (Francofurti) 31. Maii.*
Adnotatio archivi Francofurtensis, in qua legati »regis Cracoviensis« ad futuram regis Rom. cum electoribus conventionem venturi commemorantur.
Janssen, Frankf. Reichscorr. I. Nr. 170. p. 57. — (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 140. p. 187.

330. *Cracoviae, 26. Julii.*
Wladislaus, rex Poloniae, universitatem studii generalis Cracoviae in domo olim Stephani Panchirz instaurat.
Codex Universitatis Cracov. I. Nr. 16. p. 25. — Reg. Daniłowicz, Skarb I. Nr. 719. p. 321.

331. *Romae, 12. Augusti.*
Bonifacius IX. papa Johannem de Bzovia et Petrum Lysse capellanos suos creat.
Theiner MM. Pol. I. Nr. 1044. p. 773.

332. *Lahnstein, 20. Augusti.*
Legatus civitatis Francofurtensis in epistola, ad Jacobum Weibe scripta, inter causas destituti Wenceslai, regis Romanorum, etiam hanc commemorat, quod iura ordinis Teutonici contra regem Poloniae non defenderit.
Janssen, Frankf. Reichscorr. I. Nr. 185. p. 63. — (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 212. p, 271.

333. *Oberlahnstein, 20. Augusti.*
Articuli, quos electores imperii contra regem Rom. Wenceslaum proposuerunt. Articulus 8): »Item fovit regem Cracoviae contra dominos Theutonicos Prussiae.«
Janssen, Frankf. Reichscorr. I. Nr. 904. p. 517. — (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 213. p. 272.

334. *Oberlahnstein, 20. Augusti.*
Eiusdem articuli alia conscriptio.
Trithemius, Chronicon Sponheimense ed. Freher II. p. 340. — Bzovius' Ann. eccles. T. XV. p. 210. (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 216. p. 275.

335. *Oberlahnstein, 20. Augusti.*
Iterum alia eiusdem articuli conscriptio.
Trithemius, Ann. Hirsaug. T. II. p. 308. — Martene, Ampliss. Coll. IV. p. 3. — (Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 217. p. 276.

336. *S. l. a. et die. (Oberlahnstein, cca 21. Augusti).*
Eiusdem articuli conscriptio Argentinensis.
(Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten III. Nr. 215. p. 274.

337. *S. l. (Norimbergae) 8. Septembris.*
Senatus Norimbergensis senatui Francofurti de rebus Wenceslai, regis Romanorum, post eius destitutionem scribit eumque inter alios principes Poloniae auxilio arcessivisse commemorat.
Aschbach, K. Sigismund T. I. p. 421. App. I.

338. *Vissegrad, 20. Septembris.*
Janussius, dux Masoviensis, litem cum Jacobo, episcopo Plocensi, in Albertum, episcopum Posnaniensem, compromittit.
Codex Masov. Nr. 135. p. 130.

339. *Czirvensko, 5. Octobris.*
Albertus, episcopus Posnaniensis, in lite inter Janussium, ducem Masoviensem et Jacobum, episcopum Plocensem, superarbiter, sententiam dicit.
Codex Masov. Nr. 137. p. 132. -- **Reg.** Woelky, Urkb. des Bisth. Culm I. 2. Nr. 428. p. 335.

340. *S. l. a. et die (Novembri?)*
Johannes de Wildungen magistro generali ord. Teut. nuntiat, quibus iniuriis legati archiepiscopi Rigensis coram Witoldo, magno duce Lithuaniae, ordinem Livonicum affecerint.
Bunge IV. Nr. 1526. p. 320. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 538. p. 137. — **Reg.** Danil. Skarb. I. Nr. 713. p. 319.

341. *Labiau, 5. Decembris.*
Advocatus Samogitiae magistro generali ord. Teut. inhumanitatem in tractandis obsidibus Samogitarum denuntiat.
Kotzebue, Gesch. Preuss. III. p. 292. — **Reg.** Danil. Skarb. I. Nr. 724. p. 322. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 104; addito a. 1401.

342. *S. l. a. et die.*
Magister generalis ord. Teut. Witoldo, m. duci Lithuaniae, de proposita contra Samogitas expeditione scribit.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 717. p. 320.

343. *S. l. a. et die.*
Idem eidem adventum principum quorundam extraneorum qui Ordini contra Samogitas opem laturi sunt, denuntiat.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 716. p. 320.

344. *S. l. et die.*
Iwasko, Petri Moldaviae palatini filius et Wilczo fideiubent regi Poloniae pro Romano, fratre suo.
Reg. Dogiel, Cod. d. Pol. I. p. 600. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 86. adscripto dato non congruenti: »w Werescie we czwartek (?) w dzień Matki Boskiej w Oktobrze (?) 1400.«

345. *S. l. et die.*

Iwaszko, Petri Moldaviae palatini filius, regi Wladislao, Witoldo m. duci et regno Poloniae fidem promittit, si dominatum paternum recuperaverit; terram Sepinensem condonat pecuniamque, quam pater eius regi mutuo dederat, remittit.

Reg. Rykacz. Invent. p. 133.

346. *Weresta s. d.*

Romanus, Petri palatini Moldaviae filius, Wladislao regi Pol. et Swidrigelloni duci promittit se de iniuriis, sibi illatis, non conquesturum esse.

Reg. Gołębiowski I. p. 86.

347. *S. l. a. die et indictione.*

Patriarcha Constantinopolitanus a metropolita Kiioviae auxilium petit.

Acta Patriarch. II. Nr. 556. p. 359.

1401.

348. *Romae, 15. Januarii.*

Bonifacius IX. papa, petente Wladislao rege Poloniae, episcopo Cracoviensi concedit facultatem monasteria uniendi et reformandi.

Reg. Rykacz. Inv. p. 2.

349. *Merecz, 5. Februarii.*

Iwan, dux Olszanensis, Wladislao, regi Poloniae, fidem spondet.

Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 18. p. 29.

350. *Radom, 11. Martii.*

Barones Poloniae unionem cum Lithuania confirmant.

Muczkowski et Rzyszcz. Cod. Pol. I. Nr. 151. p. 271. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 503. — **Cf.** litteras baronum Lithuaniae in Vol. Leg. I. p 61; Działyński, Zbiór praw. litew. p. 3.; Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 234. cett. nec non litteras Witoldi in Prochaska, Cod. Vit. Nr. 233.

351. *Grodno, post 20. Martii (post dominicam Judica).*

Ludovicus de Wierszow Wladislao regi et regno Poloniae ad quadriennium fidem spondet.

Reg. Rykacz. Invent. p. 389.

352. *Romae, cca 25. Martii.*

Bonifacius IX. papa in praeceptis, legato ad Rupertum regem Romanorum datis, dubiam erga se oboedientiam regis Poloniae commemorat.

(Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten IV. Nr. 5. p. 23.

353. *Romae, 30. Aprilis.*

Bonifacius IX. papa praeposito et cantori Wratislaviensis ac decano Premisliensis ecclesiarum, mandat, episcopum Wladislaviensem im-

pellant, ut Benedicto de Bardis, mercatori Florentino, de quadam pecunia satisfaciat.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1045. p. 774.

354. *Romae, 9. Maii.*
Bonifacii IX. papae declaratio in causa gratiarum, Poloniae, instantibus Wladislao rege et Hedvige regina, concessarum.
Reg. Rykacz. Invent p. 2. s. l. et die. — Locum et diem addidi ex ipsis litteris in archivo Principum Czartoryski Nr. 263.

355. *Romae, 10. Maii.*
Bonifacius IX. papa monachis Clarae Tumbae (Mogiła) permittit, ut studium theologiae in universitate Cracoviensi frequentare gradusque universitatis adipisci possint.
Zbiór dyplomatów klasztoru Mogilskiego Nr. 108. p. 92. et iterum in Monografia Opactwa w Mogile Pars II. Nr. 108. p. 92.

356. *Albae regalis, 29. Julii.*
Barones regni Hungariae mercatoribus ex Cracovia et Polonia indulgent, ut in iisdem Hungariae locis mercaturam faciant, in quibus regnante Ludovico rege eam fecerint.
Piekosiński, Cod. dipl. civitatis Cracov. I. Nr. 100. p, 140.

357. *Człuchow, 6. Augusti.*
Matzke Borke et Wilke Manteufel ordini Teutonico contra regem Poloniae pro mercede militiam profitentur.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. V. Nr. 120 p. 159. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 733. p. 326. — **Cf.** Voigt ibid. Nr. 118 et Nr. 119.

358. *Opoliae, 17. Augusti.*
Bolko, dux Opoliensis, Bernardo fratri oppida Rosenberg et Lublin cum iuribus eisdem confert, quibus Spitco, palatinus Cracoviensis et uxor eius Elisabeth fruebantur.
Reg. (Wattenbach et Grünhagen in) Codex dipl. Silesiae VI. Nr. 92. p. 22.

359. *Marieburgi, 25. Augusti.*
Gerhard von Devis et Georgius von Wedel ordini Teutonico contra regem Poloniae decem annos pro mercede militaturos se obligant.
Ledebur, Allg. Archiv f. Geschichtskunde Preuss. VII. 3. p. 256. — Voigt, Cod. dipl. Pruss. V. Nr. 121. p. 161.

360. *Błonie, 30. Decembris.*
Semovitus, dux Masoviae, Janussio fratri terram Wiznensem obligat.
Cod. Masoviensis Nr. 140. p. 138.

361. *Troki s. d.*
Georgius Michałowicz dux cum Andrea fratre promittit fore, ut si Witoldus absque heredibus decesserit, omnia eius dominia ad regem et regnum Poloniae redeant.
Reg. Rykacz. Invent. p. 378. — **Cf.** Sokoł. et Szujski, Cod. epistol. saec. XV. Pars. I. Nr. 28. p. 22 et alias litteras in Rykacz Invent. p. 378.

1402.

362. *Marieburgi, 10. Januarii.*

Magister generalis ord. Teut. Semovito, duci Masoviensi, respondet se commendatori Thorunensi atque monetario mandasse, ut debitas pro redempto castro Wizna pecunias ab eo accipiant.

Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 120. p. 128. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 740. p. 328.

363. *Romae, 23. Januarii.*

Bonifacius IX. papa Johanni, episcopo Culmensi, episcopatum Wladislaviensem una cum commenda episcopatus Culmensis ad vitae tempus confert.

Woelky, Urkb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 433. p. 337.

364. *Romae, 26. Januarii.*

Bonifacius IX. papa magistro generali ord. Teut. Johannem, episcopum Wladislaviensem, cui episcopatum Culmensem administrandum contulerit, commendat.

Lucas Dawid VIII. p. 72. -- Voigt und Schubert, ed. Lindenblatt Jahrb. p. 144. nota 2. — **Reg.** Danił. Skarb. I. in nota ad Nr. 747. p. 331. — **Reg.** Voigt, Cod. dipl. Pruss. V. p. XXXII.

365. *Cracoviae, 14. Februarii.*

Oratores Poloniae regis Novam Marchiam per Stiborium de Stiborzyce nomine Sigismundi regis regi Poloniae oppigneratam testantur.

Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 596. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. T. XXIV. Nr. 165. p. 105 et iterum Pars II. T. III. Nr. 1266. p. 150. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 503. -- **Reg.** Rykacz. Invent. p. 42.

366. *S. l. a. et die (2. Martii?)*

Index castrorum terrarumque ad Swidrigellonem ducem pertinentium.

Kotzebue, Switrigail App. Nr. 120. p. 8. — **Vers. Pol.** Danił. Skarb. I. Nr. 746. p. 330.

367. *Soczawa, 12. Martii.*

Alexander, palatinus Moldaviae, de consensu consiliariorum suorum, Wladislao regi et regno Poloniae fidem promittit.

Reg. Dogiel I. p. 600. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 86. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 133.

368. *S. l. a. et die (Marieburgi, 17. Martii?)*

Magister generalis o. T. papam obsecrat, ut episcopo Wladislaviensi Johanni commendam episcopatus Culmensis, propter iniurias a Wladislao et Witoldo hanc ob causam timendas, adimat aliumque episcopum Culmensem creet.

Woelky, Urk. d. Bisth. Culm. I. 2. Nr. 434. p. 339. -- **Reg.** Danilow. Skarb. I. Nr. 747. p. 331.

369. *S. l. 2. Aprilis.*
Fragmentum litterarum magistri generalis ord. Teut. de traditione Witoldi, m. ducis Lithuaniae.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 123. p. 131.

370. *Gnesnae, 27. Aprilis.*
Wladislaus, rex Poloniae, civibus Wratislaviensibus Thoruniam cum mercibus per Poloniam proficiscendi concedit facultatem.
Mosbach, Przyczynki do Dziejów polskich. p. 82.

371. *Marieburgi, 8. Maii.*
Magister generalis ord. Teut. apud Johannem, ducem Masoviae, de incolis terrae Wiznensis, duci subditis, conqueritur.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 127. p. 135.

372. *Raciąż, 25. Maii.*
Ulricus, haeres de Drezno (Drezdenko), Wladislao regi et regno Poloniae se subiicit castrumque Drezno, si proles ipsius sine liberis decesserit, eidem regno incorporat.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 595. — Działyński, Lites II. p. 89. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. T. XXIV. Nr. 166. p. 106. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 759. p. 334. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 42.

373. *Marieburgi, 17. Junii.*
Magister generalis o. T. conventionem, inter Jacobum, episcopum Plocensem et nobiles terrae Dobrinensis factam, confirmat.
Codex Masov. Nr. 141. p. 141.

374. *Wisliciae, 23. Junii.*
Hrycko Kierdejowicz, capitaneus Podoliae, rege Wladislao iubente, spondet se castrum Kamieniec et terram Podoliae Derslao Konopka traditurum.
Reg. Gołębiowski I. p. 89.

375. *Marieburgi, 1. Augusti.*
Magister generalis ord. Teut. procuratori suo Romae constituto, Johanni de Campo, de provisione episcopatus Culmensis scribit.
Woelky, Urk. d. Bisth. Culm. I. 2. Nr. 437. p. 341.

376. *Romae, 1. Augusti s. a.*
Procurator ordinis Teut. Johannes de Campo magistro generali de pactionibus suis in causa episcopatus Culmensis factis refert.
Woelky, Urk. d. Bisth. Culm. I. 2 Nr. 438. p. 343.

377. *Romae, 5. Augusti (die S. Dominici).*
Johannes Felde, ordinis Teut. procurator, magistro generali nuntiat se pro bullis, a papa in rem Swidrigellonis ducis acceptis, 60 flor. persolvisse.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 756 p. 333; dato falso soluto: 4. Augusti.

378. *Subcaw, 31. Augusti.*
Johannes, episcopus Wladislaviensis, ordinationem magistri generalis, super reditibus quorundam monasterii et ecclesiae Gedanensium factam, confirmat.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. V. Nr. 130. p. 175.

379. *Romae, 24. Septembris.*
Procurator ordinis Teutonici Johannes de Campo magistro generali causam episcopatus Culmensis expeditam novamque eiusdem provisionem factam denuntiat.
Woelky, Urk. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 439. p. 345.

380. *S. l. 25. Octobris.*
Instrumentum productorum testium super limitatione finium regni Poloniae et Marchiae Novae.
Reg. Gołębiowski I. p. 503. -- **Reg.** Rykacz. Invent. p. 42.

381. *Moscoviae, 25. Novembris.*
Basilius, magnus dux Moscoviae cum Theodoro Olgowicz, magno duce Riasanensi, pactum init, quo inter alia sancitum est, ut Witoldus, m. dux Lithuaniae, si voluisset, ad foedus reciperetur.
(Rumiancow) Sobranie gosud. gramot. I. Nr. 36. p. 65.

382. *S. l. et die.*
Costa, Valachus nobilis, promittit fidem Wladislao regi et regno Poloniae et si forte palatinus eius rebellare vellet, se ei adesse nolle.
Reg. Rykacz. Invent. p. 133.

383. *S. l. a. et die (1402?).*
Basilius Koriatowicz dux promittit fidem regi et regno Poloniae et iniurias se non armis sed iure persecuturum esse.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 761. p. 334. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 378.; adscripto anno 1403.

1403.

384. *Romae, 8. Januarii.*
Bonifacius IX. papa Johanni, episcopo Wladislaviensi, abbatiam Sexardiensem in Hungaria confert.
Katona, Hist. Crit. XI. p. 551.

385. *Marieburgi, 11. Januarii.*
Magister generalis ord. Teut. summo marsalco praecipit, quo modo calumnias, a rege Poloniae Ordini illatas, repudiare debeat.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 140. p. 149. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 549. p. 139. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 766. p. 335.; die 9. Januarii notato.

386. *Marieburgi, 3. Martii.*
Recessus ordinum Prussiae de horreo, mercibus mercatorum Cracoviensium Thoruniae reservandis constituendo.
Toeppen, Acten der Ständetage Preuss. I. Nr. 65. p. 98. — Cf. ib. NNr. 66. 67. 68. cett.

387. *Człuchow, 3. Aprilis.*
Magister generalis o. T. ducem Stetinensem hortatur, ut res, a subditis ducis proficiscentibus in Prussiam raptas captivosque reddi iubeat.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 144. p. 153.

388. *Zalatuak, 4. Aprilis.*
Proceres regni Hungariae amicitiam cum Polonis labantem novo foedere restituunt promittuntque etiam regem, quem electuri sunt, foedus observaturum.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 41. — Katona, Hist. Crit. XI. p. 557. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 21.

389. *Romae, 11. Maii.*
Bonifacius IX. papa sententiam, per episcopum Posnaniensem, superarbitrum causae Janussii ducis Masoviensis et Jacobi episcopi Plocensis, anno 1400. latam, auctoritate sua comprobat.
Codex Masov. Nr. 144. p. 149.

390. *Romae, 2. Junii.*
Bonifacius IX. papa legato suo in Hungaria, Angelo, cardinali S. Laurentii, res regnorum Bohemiae et Poloniae committit.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 336. p. 176.

391. *Norimbergae, 13. Junii. — 11. Julii.*
In calculis civitatis Norimbergensis inter eos, qui dona acceperunt, duo servitores regis »Cracoviensis« commemorantur.
(Weizsäcker in) Deutsche Reichstagsacten V. p. 434.

392. *Lublini, 20. Junii.*
Witoldus, m. dux Lithuaniae, civibus Cracoviensibus indulget, ut soluto iusto portorio in terris ipsius mercaturam faciant.
Piekosiński, Cod. dipl. civit. Cracov. I. Nr. 103. p. 145.

393. *Stum, 20. Augusti.*
Magister generalis ord. Teut. Petro episcopo Cracoviensi et Zaklika cancellario de civibus Thorunensibus, quorum merces Cracoviae captae sint, scribit.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 153. p. 165.

394. *Korczyn, 29. Augusti.*
Boguslaus, dux Pomeraniae, testatur se in familiam et servitium regis Poloniae susceptum et pensionem annuam sibi constitutam esse, pro qua cum centum lanceatis viris regi praesto esse teneatur.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 571. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 47.

395. *Cracoviae, 1. Septembris.*
Boguslaus, dux Stetinensis, mercatoribus ex Cracovia, Polonia, Littovia, Russia cett., mercaturae in terris suis faciendae dat potestatem.
Piekosiński, Cod. dipl. civit. Crac. I. Nr. 105. p. 147.

396. *Czturzew, 23. Septembris. (?)*
Johannes Albi, palatinus Bessarabiae, promittit fidem Wladislao, regi Poloniae, ex formula prioris suae obligationis praestandam.
Reg. Gołębiowski I. p. 87.; notato dato, ut sequitur: dominica post Mathiam *(i. e. 24. Februarii)* vel ruthenice post Exaltationem Crucis *(i. e. 14. Septembris).* Verissimiliter dies S. Matthaei hic corrigendus est. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 134 sine loco et die.

397. *Nowogrodek, 8. Novembris s. a. (1403?)*
Witoldus senatui Rigensi nuntiat se mercaturam inter Teutonicos et civitatem Połock concessisse.
Napiersky, Russ. livl. Urkunden Nr. 143. p. 113.

398. *Briesen, s. a. et die.*
Fragmentum mandati episcopi Culmensis Arnoldi pro recipienda quadam pecunia ab episcopo Wladislaviensi Johanne.
Woelky, Urkb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 441. p. 348.

399. *S. l. et die.*
Theodorus, dux Podoliae et dominus de Munkacz, Wladislao, regi Poloniae et subditis eius comprehensionem suam indulget.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 778. p. 339.

400. *S. l. et die.*
Idem regi et regno Poloniae homagium praestat.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 779. p. 339.

401. *S. l. a. et die.*
Witoldus, m. dux Lithuaniae, omnes litteras, regi et regno Poloniae datas, confirmat auxiliumque contra omnes hostes pollicetur.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 762. p. 334.

402. *S. l. a. et die.*
Wenceslaus, rex Bohemiae, consulibus Cracoviensibus querelam de fratre suo Sigismundo communicat.
(Dudik, Archive in Galizien in) Archiv für öst. Gesch. XXXIX. p. 190.

403. *S. l. a. et die (1403?)*
Wladislaus, rex Poloniae, apud Rupertum, regem Romanorum, de Cruciferis conqueritur rogatque eum, ne calumniis sibi illatis fidem tribuat et ut homines, Cruciferis auxilio properántes, inhibeat.
Hardt, Concil. Const. III. p. 8. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 764. p. 334 ad a. 1403. **Cf.** notam ibidem.

1404.

404. *Wilnae, 14. Februarii.*
Witoldus, m. dux Lithuaniae, Romano, fratris filio, quasdam possessiones donat.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 783. p. 340; addito die: 4. Februarii. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 378.

405. *S. l. 16. Februarii. s. a.*
Incolae castri Drezdenko magistro generali ord. Teut. litem, ortam inter Polonos et dominum castri ipsius, denuntiant opemque ad muniendum castrum petunt.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars. I. Tom. XVIII. Nr. 58. p. 314.

406. *Marieburgi, 18. Martii.*
Magister generalis ord. Teut. Johannem, ducem Glogoviensem, pactionibus cum rege Poloniae de terra Dobrinensi expositis, exhortatur, ut iura sua ad eandem terram declaret.
Voigt, Cod, dipl. Pruss. VI. Nr. 171. p. 191.

407. *Raciąż, 22. Maii.*
Pactio inter Poloniam et ordinem Teutonicum de limitibus Prussiae et Lithuaniae inita (Litterae Wladislai, regis Poloniae).
Vol. Leg. I. p. 63. — Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 79. quibusdam cum locis differentibus. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 561. p. 141. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 791. p. 341. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 578 — **Reg.** Woelky, Urkb. d. B. Culm I. 2. Nr. 447. p. 355.

408. *Raciąż, 22. Maii.*
Eiusdem pactionis litterae magistri generalis ord. Teutonici.
Działyński, Lites I. Appendix non paginata. — Napiersky, Russ. livl. Urk. Nr. 147. p. 115. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 565. p. 142; notato die: 29 Maii. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 790. p. 341. — **Cf.** Prochaska, Cod. Vitoldi NNr. 284. 285.

409. *Raciąż, 23. Maii.*
Wladislai, regis Poloniae, cum ordine Teutonico conventio de Dobrzyń et Złotoryja. (Litterae Wladislai).
Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 78. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 793. p. 342. — **Reg.** Rzyszcz. et Muczk. Cod. dipl. Pol. II. p. 369. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 74. — **Cf.** Prochaska, Cod. Vitoldi NNr. 286. 287. 288. 289. 290.

410. *Thorunii, 25. Maii.*
Magister generalis ord. Teut. approbat pactiones, cum Wladislao rege Poloniae initas, de silva per Sandivogium sibi obligata, de limitibus Novae Marchiae aliisque rebus controversis.
Reg. Gołębiowski I. p. 113. — **Reg.** Rykacz Invent. p. 73; notato dato: Post Trinitatis, i. e. post 25. Maii.

411. *Thorunii, 27. Maii.*
Idem testatur trinas litteras, ordini Cruciferorum super terra Dobrinensi per Wladislaum ducem Opoliensem datas, restitutas esse.
Rzyszcz. et Muczk. Cod. dipl. Pol. II. Nr. 558. p. 819. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 112. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 74; adscripto dato: Post 25. Maii.

412. *S. l. et die (ante 3. Junii).*
Bellici apparatus ordinis Teutonici contra Gothlandiam et Lithuaniam commemorantur.
Voigt, Cod. dipl. Pruss. VI. Nr. 163. p. 179.

413. *Grebin, 12. Junii. (Donnerstag vor Viti et Modesti).*
Magister generalis ord. Teut. Witoldo, m. duci Lithuaniae, de die, qua inter se coëant, scribit.
Bunge IV. Nr. 1645. p. 462. — Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 293. p. 100; adscripto dato: 10. Julii. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 567. p. 143; adscripto dato: 15. Junii. — **Reg.** Danil. Skarb. I. Nr. 800. p. 343; addito dato: 10 Junii.

414. *Marieburgi, ante 24. Junii.*
Magister generalis ord. Teutonici approbat pactiones, per oratores suos et regis Poloniae factas.
Reg. Rykacz. Invent. p. 73.

415. *S. l. a. et die (Julio?)*
Wenceslaus, rex Bohemiae, universitati Pragensi praecipit, ut duos nominatos magistros eligant, qui se, ad pactiones cum rege Poloniae faciendas in ducatum Svidnicensem proficiscentem, concomitentur.
Palacky, Über Formelbücher Lief. II. Nr. 198. (a). p. 159.

416. *Pragae, s. die. (Julio?)*
Responsum universitatis Pragensis ad litteras praecedentes.
Palacky, Über Formelbücher Lief. II. Nr. 198. (b). p. 160.

417. *Wratislaviae, 10. Augusti.*
Wenceslaus, rex Bohemiae, super lite sua cum Johanne, episcopo Wladislaviensi et ducibus Opoliensibus, in Wladislaum, regem Poloniae, compromittit.
Reg. (Wattenbach et Grünhagen in) Cod. dipl. Silesiae VI. Nr. 104. p. 24.

418. *Wratislaviae, 13. Augusti.*
Wilhelmus, marchio Misnensis, mercatoribus ex Cracovia et Polonia mercaturae in terris suis sex annis faciendae potestatem tribuit.
Piekosiński, Cod. dipl. civit. Crac. I. Nr. 106. p. 149.

419. *Połock, 5. Septembris.*
Polocenses magistrum generalem ord. Teut. captivos suos et merces dimisisse testantur.
Bunge, IV. Nr. 1651. p. 468.

420. *Drezdenko, 10. Septembris.*
Advocatus Novae Marchiae testatur se, iura de Drezdenko demonstratorum, cum capitaneo Maioris Poloniae Thomicone certum diem coëundi constituisse.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 59. p. 314.

421. *Drezdenko, 10. Septembris.*
Litterae Thomiconis Podczesse, capitanei Maioris Poloniae, eiusdem argumenti, ipsa demonstratione auctae.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 60. p. 315.

422. *S. l. a. et die. (Pontificatus anno I: id est: 17. Octobr. 1404—17. Octobr. 1405).*
Innocentius VII. papa Wladislao regi et Annae reginae Poloniae indulget, ut capellani eorum nec non clerici et notarii, in obsequiis degentes, ab officio in beneficiis curatis residendi sint liberi.
Reg. Rykacz. Invent. p. 2.

423. *Medyka, 19. Octobris.*
Barones Poloniae et Russiae causam inter Wladislaum, regem Poloniae atque Hedvigem Pilecka eiusque filiam de bonis terrestribus dirimunt.
Akty Južnoj i Zapadnoj Rossyi I. Nr. 9. p. 5. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 251. sine die.

424. *Korczyn, 11. Novembris.*
Wladislaus, rex Poloniae, baronibus et nobilibus Poloniae promittit fore, ut solutionem 5 scotorum posteriore tempore minime exigat.
Rzyszcz. et Muczk. II. Nr. 349. p. 369. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 116.

425. *Romae, 27. Decembris.*
Innocentius VII. papa Wladislaum, regem Poloniae, exhortatur, ut de schismate in ecclesia tollendo ipse veniat vel nuntios mittat.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1046. p. 775.

426. *Marieburgi, sine die.*
Magister generalis o. T. Tomconi, capitaneo Maioris Poloniae, scribit se de praecepto regis Poloniae certiorem factum esse, ut Tomco castrum Drezdenko oppugnet; dehortaturque eum, ne hoc faciat.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 61. p. 316.

427. *S. l. a. et die.*
Wladislai, regis Poloniae, litterae ad papam pro impetranda confirmatione privilegiorum universitatis studii generalis Cracoviensis missae.
Cod. Univers. Cracov. I. Nr. 32. p. 57.

428. *S. l. a. et die.*
Wratislavienses Wladislao, regi Poloniae, quasdam litteras Johannis, episcopi Wladislaviensis, in 8000 sexagenarum dd. Burglin 10. Junii 1389 transmittunt.
(Mosbach in) Schlesische Zeitschrift Tom. VII. p. 71. nota.

429. *S. l. et die.*
Musilo et Bartossius Buczacki Michaëli, cancellario Valachiae, si necesse fuerit, Sniatynii usum quorundam fructuum promittunt. *(sic)*
Reg. Gołębiowski I. p. 87. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 134.

430. *S. l. et die.*
Alexander, palatinus Moldaviae, Wladislao regi, reginae et filiis eorum regnoque Poloniae homagium praestat.
Reg. Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 600. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 134.

431. *S. l. et die.*
Magister generalis ord. Teut. Wladislao, regi Poloniae, promittit se nec fratres regis nec alios perfugas recepturum esse.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 797. p. 343.

1405.

432. *Rigae, 18. Martii.*
Johannes Wallenrod, archiepiscopus Rigensis, magistrum generalem ord. Teut. consulit, cum subditi archiepiscopatus ad Witoldum desciscant, quid sibi in hac re faciendum sit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 577. p. 145. s. a. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 813. p. 346.

433. *Karlstein, 8. Maii.*
Wenceslaus, rex Bohemiae, compromittit in Wladislaum, regem Poloniae, de causis, quae illi cum ducibus Opoliensibus intercedebant.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 8. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 55. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Lehen- und Besitzurk. Schles. II. p. 324 — **Cf.** Cod. dipl. Silesiae VI. Nr. 104. — **Cf.** (Mosbach in) Schles. Ztschr. VII. p. 70. — **Cf.** Nr. 417.

434. *Thorunii, 10. Junii.*
Wladislaus, rex Poloniae, pactiones cum magistro generali ord. Teut. de terra Dobrinensi approbat.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 81. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 74.

435. *Thorunii, 10. Junii.*
Magister generalis ord. Teut. fatetur sibi summam quandam pro terra Dobrinensi et castro Złotoryja a Wladislao, rege Poloniae, persolutam esse.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 81. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 74.

436. *Brześć, 18. Junii.*
Wladislai, regis Poloniae, sententia arbitralis in causa regis Bohemiae Wenceslai et ducum Opoliensium.
Mosbach, Przyczynki do dziejów polskich p. 83.

437. *Landa, 24. Junii.*
Wladislaus, rex Poloniae, cum Ulrico von der Ost de commutando castro Drezdenko convenit.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 62. p. 317.

438. *Viterbii, 1. Julii.*
Innocentius VII. papa archiepiscopo Gnesnensi mandat, ut suffraganeos et alios praelatos suae provinciae ad ferendam contra antipapam eiusque sequaces sententiam in synodum provincialem convocet.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1047. p. 776.

439. *Viterbii, 1. Julii.*
Innocentius VII. papa Petro, episcopo Cracoviensi, ad Romanam curiam venienti salvum conductum dat.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1048. p. 776.

440. *Marieburgi, 23. Julii. (Die Martis post f. Mariae Magdalenae).*
Magister generalis ord. Teut. ad Margaretham, Daniae reginam, inter alia de expeditione Ordinis in Samogitiam, a Wladislao rege Poloniae et Witoldo m. duce Lithuaniae adiuvanda, scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr, 581. p. 146. notato die: 22 Julii. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 819. p. p. 347. notato die: 28. Julii.

441. *Viterbii, 1. Augusti.*
Innocentius VII. papa Nicolaum Penesconis collectorem generalem in Polonia et provincia Gnesnensi constituit.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1049. p. 777.

442. *Viterbii, 21. Augusti.*
Innocentius VII. papa eidem Nicolao collectori salvum conductum dat.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1050. p. 777.

443. *S. l. 21. Septembris.*
Magister generalis ord. Teut. Witoldo, m. duci Lithuaniae, respondet ad propositiones magistro Livonico factas.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 583. p. 146. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr. 825. p. 349.

444. *Marieburgi, 23. Septembris.*
Magister generalis ord. Teut. testatur se, Ulrico von der Ost consentiente, castrum Drezdenko in suam recipere possessionem (Litterae Magistri).
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars. I. Tom. XVIII. Nr. 63. p. 318.

445. *Marieburgi, 23. Septembris.*
Ulrici von der Ost litterae eiusdem argumenti.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 64. p. 319. ex transsumpto de anno 1419.

1406.

446. *Heidelberg, 26. Januarii.*
Rupertus, rex Romanorum, Andream, praepositum Wladislaviensem, suum capellanum et servitorem creat
Reg. Chmel, Regesta Ruperti Nr. 2126. p. 130.

447. *Beenhof, 29. Januarii.*
Magister generalis ord. Teut. regi Poloniae se in causa castri Drezdenko arbitrium ducum Silesiae sine consensu Sigismundi regis non accepturum esse, cett., respondet.
Riedel, Cod. d. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 65. p. 321.

448. *Cracoviae, 10. Martii.*
Sententia iudicii terrestris Cracoviensis, qua, orta lite inter regem Poloniae et Wincentium de Granow de oppido Szrem, idem oppidum regi adiudicatur.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. dipl. Pol. I. p. 278. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 279.

449. *Calissiae, 20. Maii.*
Constitutiones Nicolai Kurowski, archiepiscopi Gnesnensis, in synodo provinciali Calissiensi latae.
Helcel, Pomniki I. p. 415.

450. *Ad Dubissam, 31. Maii.*
Advocatus Samogitiae, Küchmeister Sternberg, marsalco ordinis Teutonici praeceptum magistri generalis, ut Samogitarum animi alimentis distribuendis concilientur, denuntiat.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 832. p. 350.

451. *Ad Dubissam, 4. Junii.*
Advocatus Samogitiae magistro generali de difficultatibus sumendorum in Samogitia obsidum scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 596. p. 148.

452. *Posnaniae, 15. Junii.*
Kensztell, Gnisterberk et Dama iuri, quod se in oppidum Walcz habere praetendebant, in favorem Wladislai regis renuntiant eiusque gratiae se submittunt.
Reg. Rykacz. Invent. p. 279.

453. *S. l. 4. Julii.*
Magistri generalis ord. Teut. ad Wladislaum, regem Poloniae, in negotio Novae Marchiae litterae insolentes contumeliisque refertae.
Reg. Danił. Skarb. I. Nr. 839. p. 351. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 508. s. l. a. et die.

454. *Ad Dubissam, 27. Julii.*
Advocatus Samogitiae M. Kuchmeister marsalco ordinis Teut. de Witoldo m. duce Lith. conqueritur.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 840. p. 351.

455. *Zu Nuwen Landisperg, 30. Augusti.*
Nobilium et civitatum Novae Marchiae ad Sigismundum, regem Hungariae, de castro Drezdenko petitio.
Riedel, Cod. d. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 66. p. 322.

456. *Ad Dubissam, 3. Septembris.*
Advocatus Samogitiae marsalco ord. Teut. de quibusdam levaminibus, Samogitis concedendis, scribit.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 841. p. 351. — **Cf.** notam ibidem.

457. *Ad Dubissam, 3. Septembris.*
Idem ad eundem de novis obsidibus a Samogitis poscendis scribit.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 842. p. 352.

458. *Arnoltswalde, 8. Septembris.*
Ulricus von der Ost a Sigismundo, Hungariae rege, opem contra regem Poloniae petit.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 67. p. 323.

459. *Schacken, 10. Septembris.*
Marsalcus ord. Teutonici Ulricus Iungingen a Witoldo m. duce Lithuaniae petit, ut pro castro ad Dubissam structo ab excursionibus Samogitarum tegendo, quosdam exercitus in finibus Samogitiae congregare possit.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 844. p. 352.

460. *Marieburgi, 16. Septembris.*
Magister generalis o. T. a Sigismundo rege Hungariae exposcit, ut in controversiis de finibus Novae Marchiae exortis intercedat.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 68. p. 323.

461. *Petricoviae, 17. Octobris.*
Sancita nobilium in conventione Petricoviensi contra maiorem auctoritatem cleri.
(Bobrzyński in) Rozprawy Wydziału filozof. Akademii Umiejętności Tom. I. p. 111.

462. *S. l. a. et die.*
Species pactionis inter magistrum Livonicum Conradum von Vitinghof et Witoldum m. ducem Lithuaniae ineundae.
Bunge VI. Nr. 2966. p. 342.

1407.

463. *Wilnae, 16. Januarii.*
Nobiles quidam Silesiae Wladislao regi et Witoldo m. duci pro Johanne, Opaviae et Ratiboriae duce, fideiubent fore, ut ad festum S. Johannis litteras Wenceslai Bohemiae regis super 3000 marcarum, per eundem ducem consorti suae Helenae inscriptarum, proponat.
Sommersberg SS. rer. Siles. I. p. 951. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 55. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Lehen- und Besitzurk. Schlesiens II. Nr. 10. p. 390. — **Cf.** litteras reg. Wenceslai ddto: Pragae, 15. Maii 1407; Bethler, 30. Novembris 1407; Bocznil 13. Novembris 1412 in Sommersberg SS. rer. Siles. II. Mantissa p. 87. 88. et Rykacz. Invent. p. 55. ad a. 1401.

464. *S. l. a. et die (Jannario).*
Witoldus magnus dux Lithuaniae magistro generali ord. Teut. litteras Wladislai regis Poloniae, quibus de insolenti epistola magistri conqueritur, transmittit.
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 845. p. 352.

465. *Romae, 12. Martii.*
Gregorius XII. papa Matzeo de Lamberto de Neapoli, in Polonia camerae apostolicae collectori, mandat, ut rationes et pecunias ad cameram mittat.
Theiner, MM. Pol. I. Nr. 1052. p. 778.

466. *Schiltberghe, 18. Martii.*
Ulricus von der Ost a magistro generali ord. Teut. petit, ut causam de Drezdenko conficiat vel ipsi castrum reddat.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 69. p. 324.

467. *Marieburgi, 30. Martii.*
Magister generalis ord. Teut. Wladislao regi Poloniae de litteris suis, minus recte explicatis, se excusat. (vide Nr. 453).
Reg. Danil. Skarb. I. Nr. 848. p. 353.

468. *s. l. 30. Martii.*
Excerptum epistolae magistri generalis ord. Teut. Wladislao regi Poloniae scriptae, qua idem se Ulricum von der Ost contra Poloniam adiuvasse negat.
Magister generalis o. T. cuidam principi de mandato regis Romanorum nuntiat fore, ut Ordo ad conventum Budae 14 dies post festum Pentecostes habendum oratores suos mittat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 981. p. 8.

680. *Romae, 4. Maii.*
Johannes XXIII. papa Wladislao regi Poloniae ad favorem Cruciferis conciliandum scribit.
Reg. Gołębiowski I. p. 209.

681. *Rigae, 10. Maii.*
Transsumptum litterarum m. ducis Witoldi dd. Kopussa 30. Junii 1406, quibus dux pactionem inter Rigam et Połock confirmavit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 3377. p. 288.

682. *Cassoviae, 11. Maii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali o. T., quam sinistre Sigismundus rex pacem cum Polonis per Ordinem propositam acceperit, significat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 982. p. 8.

683. *Marieburgi, 15. Maii.*
Magister generalis o. T. regi Bohemiae de Jagellonis Witoldique iteratis, pace neglecta, in terras Ordinis incursionibus nuntiat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 983. p. 8.

684. *Marieburgi, 18. Maii.*
Idem in causa sua cum Polonia in regem Romanorum compromittit (cf. Nr. 671).
Działyński, Lites I. 2. p. 65.

685. *S. l. a. et die (22. Maii).*
N. commendatori cuidam de conventu Budensi, de bello Veneto deque causis inter Poloniam et Cruciferos intercedentibus refert.
Aschbach, K. Sigismund I. App. XI. p. 441.

686. *S. l. 11. Junii (in die Barnabae).*
Johannes Huss apud Wladislaum regem Poloniae conqueritur clerum simoniaca haeresi valde inquinatum esse docetque se propterea, quod hanc corruptionem impugnet, a sacerdotibus simoniacis haeresis incusari.
(Höffler in) Fontes rer. Austriacarum Scriptores VI. p. 208. — Palacky, Documenta m. Joh. Huss. p. 30.; dato: 10. Junii addito.

687. *Budae, 24. Junii.*
Wladislaus rex Poloniae de controversiis cum Cruciferis intercedentibus in Sigismundum regem iterum compromittit. (vide NNr. 671. 684).
Działyński, Lites I. 2. p. 63.

688. *Labiaviae, 4. Julii (fer. 2. post Visitationem) sine anno.*
Commendator Ragneti magistro generali novas res de Lithuania communicat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 653. p. 160.; dato: 2. Julii falso soluto. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 988. p. 9.; dato: 5. Julii falso adscripto.

689. *Troki, 15. Julii (die Divisionis Apostolorum) sine anno.*
Sigfridus Lander de Spanheim magistro generali o. T. suos cum Witoldo de Samogitia et conventu cum rege Poloniae actiones nec non progressus Witoldi in bello cum Tartaris exponit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 654. p. 160.; dato: »Am Aposteltage alias 6. julii« adscripto. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 989. p. 9.

690. *S. l. a. et die (ante 26. Julii).*
Fragmentum mandati legato Ernesti Austriae ducis dati, qui dux et frater eius Fridericus in causa sua cum Sigismundo rege Romanorum in regem Poloniae compromittunt.
Brandis, Tirol unter Friedr. v. Oest. Urkundenbuch Nr. 66. p. 364.; anno 1411. adscripto. — (Steinwenter in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LVIII. p. 493.; dato ut supra correcto. — **Reg.** Lichnowsky, Gesch. d. Haus. Habsburg V. Regesta Nr. 1262. p. CXVII. — **Cf.** Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 153.

691. *Salka, 27. Julii.*
Wladislaus rex Poloniae treugas pacis inter Sigismundum regem Romanorum ducesque Austriae Ernestum et Fridericum instituit.
Lichnowsky, Gesch. d. Haus. Habsburg V. App. C. Nr. 3. p. CCCLXXXIX.

692. *Neustadt, 30. Julii.*
Ernestus dux Austriae in causa sua cum Sigismundo rege Romanorum in Wladislaum regem Poloniae compromittit.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 153. — (Steinwenter in) Archiv f. österr. Gesch. T. LXIII. Nr. 33. p. 129. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 13.

693. *Budae, 30. Julii.*
Sigismundus rex Romanorum in causa sua cum ducibus Austriae in Wladislaum regem Poloniae compromittit.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 154. — Katona, Hist. Crit. XII. p. 115. — **Vers. Pol.** Niemcewicz, Pamiętniki I. p. 336. — **Reg.** Danił Skarb. II. Nr. 990. p. 9. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 13.

694. *Romae. 13. Augusti.*
Johannes XXIII. papa collectori in Polonia Matzeo praecipit, ut quandam summam pecuniae praeposito Wladislaviensi assignet.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 7. p. 4.

695. *Budae, 24. Augusti.*
Sigismundi regis Romanorum sententia arbitralis super causa Poloniae et ordinis Teutonici, cui inseruntur litterae compromissariae. (vide Nr. 684. 687).
Działyński, Lites I. 2. p. 63—81. — **Fragm.** Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 88. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 656. p. 160. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 992. p. 10. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 78.

696. *Budae, 24. Augusti.*
Nuntii civitatum Prussiae de eadem sententia Sigismundi regis referunt.
Toeppen, Acten I. Nr. 158. p. 201.

697. *Romae, 28. Augusti.*
Johannes XXIII. papa ecclesiam metropolitanam Haliciensem transfert Leopolim, cuius ecclesiam parochialem ad cathedralis et metropolitanae ordinem erigit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 8. p. 5.

698. *Budae, 30. Augusti (fer. 3. ante f. Egidii).*
Pactiones inter Sigismundum regem Romanorum et Cruciferos habitae de solvendis eidem regi 50,000 sexagenarum grossorum Pragensium ratione debiti, quo Ordo apud regem Poloniae obligatur.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 657. p. 161.; dato: 1. Septembris falso soluto. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 993. p. 10. — **Cf.** notam ibidem.

699. *Budae, 16. Septembris.*
Sigismundus Romanorum rex de litibus suis cum Wenceslao rege Bohemorum fratreque in Wladislaum regem Poloniae compromittit.
Pelzel, K. Wenzel Tom. II. Urkdb. Nr. 236. p. 153.

700. *Goldingen, 21. Septembris (feria 4. post Lambertum) s. a. (1412?)*
Commendator Goldingensis commendatori in Memel Witoldum propediem Prussiam invasurum nuntiat.
Reg. Napiersky. Index I. Nr. 658. p. 161. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 994. p. 11.; apud utrumque datum (17. et 20. Septembris) falso solutum.

701. *Budae, 2. Octobris.*
Sigismundus rex Romanorum magistro generali o. T. destinatum a se in Prussiam ad exsequendam sententiam suam arbitralem in causa, inter Ordinem et Poloniam latam, Benedictum de Macra denuntiat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 995. p. 11.

702. *Romae, 6. Octobris.*
Johannes XXIII. papa capellae in loco proelii Grunwaldensis structae gratias spirituales indulget.
Voigt et Schubert in ed. Lindenblatt p. 257. nota 5.

703. *Bregae, 7. Octobris.*
Arbitri sententiae, in causa ducum Opoliensium et Pragae civitatis latae se sententiae regis Poloniae contradicere negant.
Reg. Cod. dipl. Silesiae VI. Nr. 131. p. 33.

704. *Premisliae, 23. Octobris.*
Wladislaus rex Poloniae se ab ordine Teutonico Novam Marchiam ratione pigneris recepisse testatur.
Gołębiowski I. p. 521. — **Fragm.** Baczko, Gesch. Preuss. III. App. XV. p. 153. sine die. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 999. p. 11.

705. *Zagrabiae, (Agrani) 8. Novembris.*
Sigismundus rex Romanorum Wladislao regi Poloniae 13 civitates Scepussienses oppignerat. (Litterae Sigismundi).
Pray, Ann. regum Hungar. II. p. 238. — Wagner, Analecta Scepuss. I. Nr. 15. p. 212. — Katona, Hist. Crit. XII. p. 127. — **Vers. Pol.** Malinowski in ed. Wapowscii I. p. 329. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 235.; dato: 1. Novembris notato et iterum p. 235. sine die et loco.

706. *Marieburgi, 28. Novembris.*
Magister generalis o. T. ab episcopis Livoniae, ut ad solvendas regi Poloniae 69,400 sexag. gross. Prag. contribuere velint, petit.
Bunge IV. Nr. 1925. p. 827. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 661. p. 161.; dato: 30. Novembris falso soluto. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 997. p. 11.; dato: 29. Novembris notato. — **Reg.** Toeppen, Acten I. Nr. 165. p. 207. **Cf.** ibidem Nr. 166.

707. *Marieburgi, 30. Novembris.*
Magister generalis o. T. a Sigismundo Romanorum rege petit, ut diem solvendi ei debita 25,000 sexag. gross. Prag. producere velit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1000. p. 12.

708. *S. l. 30. Novembris.*
Idem a Wladislao rege Poloniae petit, ut diem solvendae ei debitae pecuniae producere aut in moneta Prussica ipsam accipere velit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 998. p. 11. — **Cf.** Prochaska, Cod. Vit. Nr. 509. p. 248.

709. *Marieburgi, 23. Decembris.*
Eiusdem mandatum, marsalco ord. Teut., legato ad nuntium Sigismundi regis Benedictum de Macra, datum.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1001. p. 12.

710. *Marieburgi, 31. Decembris.*
Idem a magistro Livoniae petit, ut ad solvendam regi Poloniae pensionem contribuere velit.
Toeppen, Acten I. Nr. 170. p. 209.

711. *S. l. a. et die (Budae).*
Puncta quaedam argumentaque ab oratoribus Polonis contra Cruciferos apud regem Romanorum Budae proferuntur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 987. p. 9.

712. *S. l. a. et die (Budae).*
Oratores ordinis Teutonici magistro generali de pactionibus, inter ordinem et Poloniam Budae habitis, referunt.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 986. p. 9.

713. *S. l. et die.*
Witoldi litterae, quibus obstringit fidem suam Sigismundo regi Romanorum, cum exceptione tamen aliarum litterarum maiorum de Russia et Moldavia. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p 379. — **Cf.** Prochaska, Cod. Vit. Nr. 492. p. 228.

714. *S. l. a. et die (1412?)*
Litterae quaedam ad Sigismundum Romanorum regem, in quibus petitur, ut super mercibus Rigensibus a Witoldo ablatis apud ipsum intercedere velit.
Napiersky, Russ. livl. Urkunden Nr. 182. p. 149.

715. *S. l. a. et die (1412?)*
Clerus Bohemicus apud papam de magistro Johanne Hus conqueritur, quod scripta sua per vicina regna, etiam per Poloniam, divulget.
(Höffler in) Fontes rer. Austr. SS. VI. p. 204. — Palacky, Docum. mag. J. Huss p. 460.

1413.

716. *S. l. 17. Januarii.*
Anna m. ducissa Lithuaniae una cum Sophia filia m. ducissa Moscoviae Franckenbergo cuidam causae suae, coram judice a Sigismundo rege R. delegato dicendae, dat facultatem.
Reg. Kotzebue, Preuss. Gesch. III. p. 385.

717. *Mosseek, 22. Januarii.*
Magister generalis o. T. magistro Germaniae de soluta regi Poloniae pecunia 39,400 sexag. gr. Prag. nuntiat deque violentiis ab eodem rege Ordini illatis conqueritur.
Toeppen, Acten I. Nr. 171. p. 212.

718. *Wilnae, 6. Februarii.*
Wladislaus et Witoldus procuratores ad agendum et exhibendas magistro generali o. T. litteras super terra Samogitiae, secundum sententiam arbitralem Sigismundi Romanorum regis, constituunt.
Dogiel, Cod, dipl. Pol. IV. p. 92. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 78.

719. *Marieburgi, 24. Februarii.*
Instrumentum notarii publici de pactionibus Samogitiae Ordini cedendae a procuratoribus Poloniae et Cruciferorum habitis, quam cessionem magister generalis respuit. (Instrumentum ex parte Cruciferum).
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 156. — **Reg.** Napiersky, Index I Nr. 666. p. 162. — **Cf.** instrumentum ex parte Polonorum in Cod. Epistol. saec. XV. Pars I. Nr. 45. p. 38.

720. *Kowno, 28. Februarii.*
Ordines Poloniae atque Samogitiae, Witoldi m. ducis et Jagellonis regis filiarum necnon Witoldi uxoris nomine, coram Benedicto de Macra, ex parte Sigismundi regis Rom. subarbitro constituto, cessioni Samogitiae Cruciferis faciendae intercedunt.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1015. p. 14. — **Cf.** Dogiel IV. Nr. 85. p. 93.

721. *Kowno, 28. Februarii.*
Benedictus de Macra Wladislaum et Witoldum Sigismundi regis Romanorum sententiae, quae ad captivos Crucigeros quosdam referebatur, paruisse testatur.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV, p. 93.

722. *Romae, 3. Martii.*
Johannes XXIII. papa Nicolao, archiepiscopo Gnesnensi, mandat, ut ad concilium generale intimatum una cum praelatis suae provinciae se conferat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 9. p. 6.

723. *Neidenburg s. d. et a. (15. Martii).*
Ordinum Prussiae de Benedicti de Macra in causa Cruciferorum et Polonorum gestis consultum.
Toeppen, Acten I. Nr. 173. p. 215.

724. *Cizinowloga, 17. Martii.*
Johannes, dux Masoviae senior, procuratoribus Cruciferorum ad conventionem in Ciechanowiec 20. Martii, a Benedicto de Macra constitutam, dat salvum conductum.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 665. p. 162. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1018. p. 15.

725. *Neidenburg, 18. Martii.*
Magister generalis o. T. Sigismundo Rom. regi causas, quibus ductus Benedicti de Macra res gestas contempserit, exponit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1019. p. 15.

726. *In Nova Civitate, 20. Martii.*
Benedictus de Macra, controversiarum inter Poloniam et Cruciferos a Sigismundo Romanorum rege subarbiter constitutus, sententiam eiusdem Sigismundi dd. Budae 1. Octobris 1412 transsumit

magistroque generali Cruciferorum praecipit, ut Henricum episcopum Warmiensem dioecesi eius restituat.

Reg. Gołębiowski I. p. 216. sine loco. Locum ex originali in archivo Czartorysciano sub Nr. 295. addidi.

727. *Graudentii, (?) 25. Martii.*

Magister generalis o. T. Sigismundo Romanorum regi super causa episcopi Warmiensis scribit promittitque se sententiae regis pariturum esse.

Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1021. p. 16. **Cf.** notam ibidem. — **Cf.** litteras magistri eodem die sed Marieburgi scriptas apud Prochaska Cod. Vit. Nr. 537. p. 260.

728. *Marieburgi, 26. Martii.*

Ordines Prussiae litteris publicis testantur Benedictum de Macra a Polonis auro gratiaque corruptum esse.

Toeppen, Acten I. Nr. 174. p. 216. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1022. p. 16. -- **Reg.** Rykacz. Invent. p. 78.

729. *Cracoviae, 2. Aprilis.*

Albertus Jastrzębiec, episcopus Cracoviensis, Wenceslao Antiochiae patriarchae de Hieronymo Pragensi, quae Cracoviae gesserit, scribit.

Palacky, Documenta m. Joh. Huss p. 506.

730. *Konin, 1. Maii.*

Wladislaus, rex Poloniae, apud magistrum generalem o. T. pro quibusdam Polonis exsulibusque Prussicis, iniuriam passis, se interponit.

Toeppen, Acten I. Nr. 176. p. 221.

731. *S. l. a. et die (9—13. Maii).*

Magister generalis o. T. regi Poloniae ad litteras supra notatas (Nr. 730) respondet.

Toeppen, Acten I. Nr. 177. p. 222.

732. *Marieburgi, 4. Junii (dominica ante f. S. Vincentii).*

Magister generalis o. T. a magistro Livoniae petit, ut ad solvenda debita Poloniae, Lithuaniae atque Hungariae contribuat suadetque ei, ut pace cum Polonis haud diu duratura cum Neogardia paciscatur, scribit denique de bello inter Venetiam et Hungariam exorto et regis Angliae morte subsecuta.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 663. p. 162.; die impossibili: 22. Januarii adscripto. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1007. p. 13.; die: 15. Januarii soluto.

733. *Cracoviae, 10, Junii.*

Benedictus de Macra Wladislaum et Witoldum nullam causam ad violandam pacem praebere testatur

Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 94. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 529. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 78.

734. *Gnesnae, 14. Junii.*
Wladislaus, rex Poloniae, Thoruniensibus de magistro generali o. T., quod se apud Wenceslaum regem Bohemiae pacis violatae reum faciat, conqueritur.
Toeppen, Acten I. Nr. 179. p. 225. — Cf. Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 164.

735. *Gnesnae, 23. Junii (fer. 6. post octavas Pentecostes).*
Wladislaus, rex Poloniae, ad querelas magistri generalis o. T. propter occupatum a duce Boguslao Stolpensi oppidum Barlin respondet.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 166. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 187. p. 125.; die: 24. Junii adscripto.

736. *Pragae, 8. Julii,*
Rector universitatis Pragensis apud universitatem Vindobonensem de calumniis Johannis Sigwarti, qui Hieronymum Pragensem »gratia subversionis ad regem Poloniae fratremque ipsius« se contulisse dixerit, conqueritur.
(Höffler in) Fontes Rer. Austr. SS. VI. p. 205. — Palacky, Docum. Joh. Huss p. 512.

737. *Inowłodz, 24. Julii.*
Wladislaus, rex Poloniae, Semovitum, ducem Masoviae, postquam sibi coram ipse satisfecerit, culpa monetae Polonae cudendae liberat.
Gołębiowski I. p. 537. — Turgeniew, Suppl. Nr. 213. p. 511.

738. *Marieburgi, 27. Augusti.*
Transsumptum litterarum Ludovici imperatoris dd. Frankofurti 22. Julii 1338, quibus ipse magistrum generalem o. T. Theodoricum de Altenburg prohibet, ne terras Ordini a se datas regi Poloniae Casimiro M. tradat neve de ea re cum quoquam iure agat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 673. p. 164.

739. *Marieburgi, 27. Augusti.*
Transsumptum bullae Innocentii IV. dd. Anagniae 1. Octobris 1243, qua fratribus ordinis Praedicatorum crucem praedicantibus mandat, ut a paganis in Livonia et Prussia peregrinantes tueantur.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 674. p. 164.

740. *Marieburgi, 17. Septembris.*
Johannes, archiepiscopus Rigensis nec non nobiles quidam magistrum generalem o. T. bellum cum Polonis non conflasse, sed ad ipsum suscipiendum coactum fuisse testantur.
Bunge IV. Nr. 1948. p. 859. — Reg. Napiersky, Index I. Nr. 676. p. 165. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1024. p. 16.

741. *Horodło, 2. Octobris.*
Litterae unionis perpetuae inter Lithuaniam et Poloniam sancitae (Litterae Wladislai et Witoldi).
Długossius Hist. T. IV. p. 153. — Volum. Legum I. p. 66.; die: 2. Decembris notato. — Dumont, Corps Universel dipl. II. 1. Nr. 265. p. 361. — Działyński, Zbiór praw litewskich p. 7. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1025. p. 17. — Reg. Rykacz. Invent. p. 379 et 380.

742. *Horodło, 2. Octobris.*
Eiusdem unionis litterae nobilium Lithuanorum.
Działyński, Zbiór pr. lit. p. 20. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1026. p. 18.

743. *Horodło, 2. Octobris.*
Eiusdem unionis litterae nobilium Polonorum.
Rzyszcz. et Muczk. I. Nr. 162. p. 286. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 379.

744. *Marieburgi, 27. Octobris.*
Proceres quidam ordinis Teut. a Wladislao et Witoldo petunt, ut una cum nuntiis Ordinis tempus ad paciscendum constituant.
Toeppen, Acten I. Nr. 185. p. 234.

745. *S. l. 19. Novembris.*
Hermanus Gans, ord. Teut. praefectus, Sigismundo regi Romanorum de praestanda debita ei pecunia cavet, quo certius in bello cum Polonis erupturo Ordini opem eius conciliet.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1030. p. 19.

746. *S. l. 28. Decembris (Kindlein).*
Gaspar Schauenpflug, ordinis Teut. procurator, magistro generali Benedictum de Macra, Witoldo auctore, alteri parti studere scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1020. p. 15.; die: 25. Martii adscripto.

747. *S. l. a. et die.*
Johannes Huss Johanni Sigwart, Vindobonensis universitatis professori, scribit rationemque calumniae, quod Hieronymum Pragensem »ad regem Cracoviae eiusque fratrem subversionis gratia se contulisse dixerit«, ab ipso reposcit.
(Höfler in) Fontes Rer. Austr. SS. VI. p. 209.

748. *S. l. a, et die.*
Magister generalis o. T. nuntiis in Flandria, Bajsen et Basener, Benedicti de Macra res gestas, ab Ordinis causa alienas, exponit et ut easdem publicent, praecipit.
Fragm. Baczko, Gesch. Preuss. III. p. 158. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1017. p. 15.

749. *S. l. a. et die.*
Idem marsalco ordinis Teut. scribit mandatque, ut Benedicti de Macra decretis, ad fines spectantibus, se opponat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1016. p. 15.

750. *Marieburgi, s. die.*
Idem cognato suo de Plauen scribit petitque ab ipso, ut cum 50 vexillis contra Witoldum, bellum parantem, proficiscatur.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 678. p. 165. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1014. p. 14.

751. *S. l. et die.*
Iwanko reginae servitor Skirgelloni duci 200 »rubros« promittit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1032. p. 19.

752. *S. l. a. et die (circa 1413).*
Quidam articuli accusationis contra Cruciferos ex parte Polonorum Sigismundo regi Romanorum missi, una cum responsione Cruciferorum eisque, quae ad eam Poloni responderunt.
Działyński, Lites III. p. 52—59. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1034. p. 20. (?) — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 79. (?)

753. *In Nova Villa s. a. et die (circa 1413).*
Instrumentum notarii publici de declaratione quadam Sigismundi regis Romanorum in causa Polonorum et Cruciferorum facta deque indutiis ab utraque parte usque ad festum Nativitatis Christi pactis.
Reg. Rykacz. Invent. p. 79.

1414.

754. *Cremonae, 8. Januarii.*
Nicolaus de Mariae Verda, regis Romanorum secretarius, magistro generali scribit nuntiatque regem Poloniae Ordinem multiplicium scelerum apud regem Romanorum incusare poenamque reposcere.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1036. p. 20.

755. *Marieburgi, 12. Januarii.*
Magister generalis o. T. nuper eclectus, Michaël Küchmeister, regi Poloniae suam electionem denuntiat gratiaeque eius se commendat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1037. p. 20.

756. *Mantuae, 6. Februarii.*
Johannes XXIII. papa Dominicum de Skizino, canonicum Cracoviensem, notarium sedis apostolicae constitutum esse nuntiat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 10. p. 7.

757. *Mantuae, 8. Februarii.*
Idem archiepiscopo Gnesnensi committit, ut solitum iuramentum ab eodem Dominico de Skizino, notario apostolico, recipiat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 11. p. 8.

758. *Bononiae, 16. Martii.*
Idem Leonardum de Florentia collectorem fructuum camerae apostolicae in Polonia constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 14. p. 12.

759. *Bononiae, 16. Martii.*
Idem eidem Leonardo de Florentia, collectori in Polonia, mandat, ut proventus primi anni omnium beneficiorum vacantium et vacandorum, camerae apostolicae reservatos, colligat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 12. p. 8.

760. *Bononiae, 16. Martii.*
Idem eidem mandat, ut decimam omnium beneficiorum ecclesiasticorum proventuum, camerae apostolicae per triennium reservatam, in Polonia etc. colligat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 13. p. 10.

761. *Marieburgi, 23. Martii.*
Magister generalis o. T. Küchmeister regi Romanorum Sigismundo scribit obsecratque eum, ut tempus pactionum Budae habendarum differat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1042. p. 21. — **Cf.** Prochaska, Cod. Vit. Nr. 575. p. 282. notam.

762. *Marieburgi, 25. Martii.*
Idem apud papam Johannem XXIII. Ordinem contra calumnias Polonorum defendit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1043. p. 21.

763. *S. l. 25. Martii.*
Litterae, quibus castrum Drezdenko altero burggravio tradi probatur.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 77. p. 332.

764. *Bononiae, 29. Martii.*
Ordinis Teut. procurator magistro generali scribit monetque eum, ne, nuper electus, papae gemmam usitatam donare omittat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1044. p. 22.

765. *Rheden, 10. Maii.*
Magister generalis o. T. regi Poloniae de iniuriis violentiisque, Ordini a Polonis illatis, conqueritur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1051. p. 23.

766. *In Juveni Wladislavia, 12. Maii.*
Regis Poloniae ad epistolam magistri supra (Nr. 765.) notatam responsio.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1051. p. 23. nota.

767. *Meselanz, 12. Maii.*
Magister generalis o. T. a duce Hollandiae aliisque principibus Germaniae, cum bellum cum Polonis diutius differi non possit, opem auxiliumque implorat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1052. p. 23.

768. *Gnesnae, 21. Maii.*
Wladislaus, rex Poloniae, Henrico de Plauen, a magistratu generali o. T. remoto, nec non Henrico, commendatori Gedanensi, per Janussium Stąbarski salvum conductum mittit.
Reg. Gołębiowski I. p. 225. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 79.

769. *Keischau, 23. Maii.*
Magistri generalis o. T. de irritis pactionibus cum Polonis in oppidis Grabow et Brześć habitis litterae manifestae.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 686. p. 166. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1054. p. 23.

770. *S. l. 30. Maii.*
Johannes Nicolai, rector ecclesiae parochialis in Langow se bullas de ecclesia Haliciensi secundum mandati tenorem fideliter asservare iurat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 15. p. 13.

771. *S. l. a. et die (Maio).*
Excerptum pactionum, inter magistrum generalem o. T. et regem Poloniae in insula Raciąż habitarum.
Toeppen, Acten I. Nr. 191. p. 246.

772. *S. l. (Gnesnae) 10. Junii.*
Capituli Gnesnensis de »Subsidio Charitativo« nec non legatis, ad regem Poloniae in eadem causa mittendis, consultum.
Reg. Smolka, Archiva p. 96.

773. *Graudentii, 17. Junii.*
Magister generalis o. T. episcopo Culmensi et commendatori de Schönsee, legatis suis ad regem Poloniae missis, praecipit, ut in causa remoti magistri Henrici de Plauen caute agant, cum idem magister apud regem Poloniae moretur.
Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 2. Nr. 483. p. 388.

774. *In villa Costan, 19. Junii.*
Wladislai, regis Poloniae, de iniuriis ab ordine Teut. sibi regnoque suo illatis litterae manifestae.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1055. p. 24.

775. *Bononiae, 23. Junii.*
Johannes XXIII. papa Guillelmo, episcopo Lausanensi, in regno Poloniae apostolicae sedis nuntio, mandat, ut principibus et praelatis concilium generale Constantiense ad Kalendas Novembris indicat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 16. p. 14.

776. *Marieburgi, 28. Junii.*
Magister generalis o. T. regem Angliae militesque Germaniae obsecrat, ut sibi auxilia contra Poloniam quam citissime mittant.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1058. p. 24.

777. *S. l. et die (circa 28. Junii).*
Idem a rege Poloniae petit, ut sibi dimissi magistri, Henrici de Plauen, fratrem tradat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1057. p. 24. — **Cf.** ibid. notam.

778. *Lanciciae, 29. Junii.*
Wladislaus, rex Poloniae, ordini Teutonico bellum indicit.
Vers. Pol. Gołębiowski I. p. 231.

779. *Lanciciae, 30. Junii.*
Idem ordinibus Prussiae de iniuriis, sibi ab ordine Teutonico illatis, conqueritur hortaturque eos, ut Ordinem ad satisfaciendum sibi impellant.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 180. — Toeppen, Acten I. Nr. 192. p. 247. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1060. p. 25. — **Reg.** Prochaska,. Cod. Vit. Nr. 587. p. 291. ex Raczyński.

780. *Marieburgi, 7. Julii.*
Ordinum Prussiae ad litteras supra notatas (Nr. 779.) responsio.
Toeppen, Acten I. Nr. 194. p. 249.

781. *Bononiae, 15. Julii.*
Johannes XXIII. papa Guillelmo, episcopo Lausanensi, in regno Poloniae apostolicae sedis nuntio, tres annos et totidem quadragenas indulgentiarum concedendarum dat facultatem.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 17. p. 14.

782. *Preussisch Mark, 17. Julii.*
Magister generalis o. T. regi Poloniae de pacificis consiliis suis scribit deque statuenda ad lites componendas conventione consentit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1062. p. 25. — **Cf.** ibid. notam.

783. *Marieburgi, 19. Julii.*
Idem regi Romanorum expeditionem bellicam regis Poloniae et m. ducis Lithuaniae contra Ordinem instauratam casusque eorum in transitu Vistulae describit et ubi nunc morentur, nuntiat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1064. p. 25.

784. *Zakroczym, 24. Julii.*
Wladislaus, rex Poloniae, Nicolaum, archiepiscopum Gnesnensem et Albertum, episcopum Cracoviensem, certiores reddit auxilium sibi in expeditione contra Cruciferos praebitum de immunitatibus ecclesiae praeiudicare non debere.
Piekosiński, Cod. eccl. cath. Cracov. II. Nr. 555. p. 394.

785. *Grunau, 25. Julii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali o. T. scribit consi liumque petit ab ipso, quomodo nobilium Culmensium animis invitis, qui cum Polonis pugnare nolint, occurrendum sit.
Toeppen, Acten I. Nr. 196. p. 251.

786. *Marieburgi, 30. Julii (fer. 2. ante Vincula Petri).*
Magister generalis o. T. regi Romanorum de rebus bello cum Polonis gestis scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1066. p. 26.; die: 31. Julii falso soluto.

787. *Briesen, 1. Augusti.*
Arnoldus, episcopus Culmensis, regem Poloniae rogat, ut in bello cum Cruciferis gerendo, episcopatui suo parcere dignetur.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm. I. 2. Nr. 484 (1). p. 389.

788. *S. l. 2. Augusti.*
Libellus damnorum, a Polonis capitulo Culmensi illatorum.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm. I. 2. Nr. 485. p. 391.

789. *In loco campestri, 6. Augusti.*
Wladislai, regis Poloniae, ad epistolam episcopi Culmensis dd. 1. Augusti (vide Nr. 787.) responsio.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm. I. 2. Nr. 484 (2). p. 390. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1067. p. 26.

790. *Prope Neidenburg, 7. Augusti.*
Vicecancellarii Poloniae, Dunin, ad eandem epistolam episcopi Culmensis responsio.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm. I. 2. Nr. 484 (3). p. 390.

791. *Preussisch Mark, ante 14. Augusti.*
Magister generalis o. T. principibus Silesiae, in exercitu Polonorum militantibus, perfidiam exprobrat seque ipsos apud orbem christianum reos facturum minitatur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1068. p. 26.

792. *Mitaviae, 25. Augusti.*
Magister Livonicus magistro generali o. T. se exercitum in Prussiam contra Polonos et Lithuanos missurum promittit.
Bunge V. Nr. 1983. p. 35. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 690. p. 167. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1063. p. 25.

793. *Marieburgi, 2. Septembris.*
Magister generalis o. T. principibus, in exercitu Polonorum militantibus, crudelia facta ab eodem exercitu commissa crimini dat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 691. p. 167. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1069. p. 26.

794. *Confluentiae, 4. Septembris.*
Sigismundus, rex Romanorum, magistro generali o. T. scribit nuntiatque se a rege Poloniae petisse atque postulasse, ut a bello cum Ordine desistat et causam suam concilio Constanciensi proponat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1070. p. 26. — **Cf.** notam ibidem.

795. *In castris in Prussia, 8. Septembris.*
Principes Silesiae, in exercitu Polonorum militantes, archiepiscopo Livoniae aliisque Cruciferorum nuntiis respondent ipsorum Cruciferorum culpa factum esse, quod pax inter Polonos et Ordinem non esset inita.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 692. p. 168. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1071. p. 27.

796. *Marieburgi, 19. Septembris s. a.*
Magister generalis ordinibus Culmensibus scribit licentiamque eis concedit, ad epistolam regis Poloniae sibi transmissam, ut libuerit, respondendi.
Toeppen, Acten I. Nr. 198. p. 254.

797. *Marieburgi, 22. Septembris.*
Idem principibus Silesiae ad epistolam dd. 19. Septembris h. a. (vide Bunge V. Nr. 1969. et Proch. Cod. Vit. Nr. 595.) respondet fore, ut etiam feminas Polonorum, in custodia retentas, dimittat, si sibi captivi Ordinis restituti fuerint.
Reg. Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 596. p. 295. nota.

798. *Marieburgi, 22. Septembris s. a.*
Ordines Culmenses apud regem Poloniae Cruciferos, quod pactiones minus iuste egerint, excusant.
Toeppen, Acten I. Nr. 199. p. 255.

799. *Polock, 28. Septembris.*
Cives oppidi Polock a magistro (Livoniae) Polocenses operarios mercesque Witoldo traditas esse testantur.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 3380. p. 289.

800. *Brodnicae, (Strassburg) 30. Septembris.*
Wladislaus, rex Poloniae, capitulum ecclesiae Gnesnensis monet, ut sumtus Nicolai archiepiscopi, ad concilium Constanciense proficiscentis, in se recipiat.
Reg. Smolka, Archiva p. 107.

801. *Rheden, 6. Octobris.*
Magister generalis o. T., iubente nuntio apostólico Guillelmo, procuratores ad componendam pacem cum Polonis Lithuanisque nominat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm. I. 2. Nr. 486. p. 392.

802. *Graudentii, 8. Octobris.*
Magister generalis o. T. cum Polonis Lithuanisque pacem biennii approbat. (Litterae magistri).
Napiersky, Russ. livl. Urkunden Nr. 187. p. 154. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 694. p. 168. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1075. p. 28. — **Reg.** Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 487. p. 392.

803. *Marieburgi, 13. Octobris.*
Idem papae scribit singularique eius gratiae Ordinem suum commendat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1076 p. 28.

804. *Marieburgi, 13. Octobris.*
Eiusdem ad regem Romanorum, electores imperii nuntiosque universitatis Pisanae, Constantiae morantes, litterae eiusdem argumenti.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1077. p. 28.

805. *S. l. (Gnesnae), 21. Octobris.*
Capituli ecclesiae Gnesnensis consultum, quo pro tolerandis sumtibus archiepiscopi Nicolai, ad concilium Constanciense proficiscentis, de vendendis oppignerandisve quibusdam bonis archiepiscopalibus consentit.
Reg. Smolka, Archiva p. 107.

806. *Marieburgi, 22. Octobris.*
Magister generalis o. T. regi Poloniae de quibusdam rebus controversis, nominatim de castro Jessnitz villisque Murzynow, Orłowo et Neuendorf scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1079. p. 28.

807. *S. l. (Gnesnae), 24. Octobris.*
Capitulum ecclesiae Gnesnensis Johanni XXIII. papae archiepiscopum suum Nicolaum, ad concilium Constantiense proficiscentem, commendat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 107.

808. *Biecz, 9. Novembris.*
Wladislaus, rex Poloniae, causam suam cum Cruciferis in Johannem XXIII. papam et Sigismundum Romanorum regem compromittit nuntiosque suos ad concilium Constantiense designat.
Reg. Gołębiowski I. p. 239.

809. *Roggenhausen, 16. Novembris.*
Magister generalis Johanni duci Masoviensi de iniuriis violentiisque, Ordini a subditis ducis illatis, conqueritur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1080. p. 28.

810. *Marieburgi, 18. Decembris.*
Litterae, ad commutationem captivorum inter Cruciferos et Polonos Lithuanosque spectantes.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1081. p. 28.

811. *Costan s. die.*
Wladislaus, rex Poloniae, magistro generali o. T. de iniuriis, a Cruciferis, praesertim ab advocato Novae Marchiae regno suo illatis, conqueritur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1056. p. 24.

812. *S. l. a. et die.*
Magister generalis o. T. procuratori Romae moranti scribit se minus iuste in iudicium Budae habendum citatum esse.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1045. p. 22.

813. *S. l. a. et die.*
De pactionibus, in oppido Raciąż inter Polonos et Cruciferos habitis, Ordinis relatio.
Toeppen, Acten I. Nr. 203. p. 257. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 699. p. 169.

814. *S. l. a. et die.*
Binae litterae, quas Poloni necnon Cruciferi iudicio compromissario, a Sigismundo Rom. rege constituto, proposuerunt.
Działyński, Lites III. p. 52—66.

1415.

815. *Marieburgi, 7. Januarii.*
Magister generalis o. T. apud archiepiscopum Pragensem de quibusdam remoti magistri Henrici de Plauen fautoribus conqueritur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1083. p. 29.

816. *Marieburgi, 10. Januarii (fer. 5. infra octavas Epiphaniae).*
Idem apud regem Romanorum de rege Poloniae, sententiae Constantiensis concilii non parituro, calumniisque ac pravis studiis eius conqueritur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1085. p. 29.; die: 17. Januarii falso soluto.

817. *Constantiae, 17. Januarii.*
Johannes XXIII. papa privilegia ordinis Teutonici, commodis Lithuaniae Russiaeque contraria, abrogat.
Reg. Gołębiowski I. p. 242. s. l. a. et die. Datum supplevi ex originali diplomate in Arch. Czartorysciano Nr. 307.

818. *Constantiae, 17. Januarii.*
Idem regi Poloniae Wladislao ius patronatus ecclesiarum quarundam restituit.
Piekosiński, Cod. ecclesiae cath. Crac. II. Nr. 557. p. 396.

819. *Constantiae, 21. Januarii.*
Nuntii civitatis Frankofurti senatui suo scribunt deque legatione regis Poloniae, 29. h. m. Constantiam adventura, commemorant.
Janssen, Frankfurt. Reichscorr. I. Nr. 486. p. 277.

820. *Constantiae, 28. Januarii.*
Johannes XXIII. papa abbatibus Mogilensibus (Clarae Tumbae) insignia episcopalia concedit.
Monografia opactwa Mogil. II. Nr. 119. p. 100. (Zbiór dyplom. op. Mogil. Nr. 119. p. 100).

821. *Constantiae s. d. (28.) mense Januario.*
Andreae Lascarii, electi Posnaniensis, regis Poloniae et m. ducis Lithuaniae ad concilium legati, oratio ad Sigismundum regem Romanorum in concilii principio habita de pace et unione ecclesiae per Sigismundum paranda. *(sic).*
Hardt, Concil. Constant. Tom. II. p. 170.

822. *Constantiae, s. d. (29.) mense Januario.*
Eiusdem Andreae Lascarii oratio ad papam Johannem XXIII. in concilio habita, de humilitate papam decente spontaneave papatus abdicatione. *(sic).*
Hardt, Concil. Constant. Tom. II. p. 177. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1088. p. 29.

823. *Rigae, 1. Februarii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. promittit se cum eo dominica Jubilate (21. Aprilis) conventurum nuntiatque ei de liberae mercaturae conventione cum Witoldo facta.
Bunge V. Nr. 1992. p. 44. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 700. p. 169. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1089. p. 29.

824. *Marieburgi, 12. Februarii.*
Magister generalis o. T. archiepiscopo Rigensi, in Constantiensi concilio moranti, de pecunia ad promovendam causam Ordinis requisita respondet se non esse solvendo.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1090. p. 30.

825. *Marieburgi, 12. Februarii.*
Idem officialibus Ordinis, in Germania et Livonia constitutis, necnon archiepiscopo Rigensi et procuratori suo Romae scribit causasque exorti cum Polonis Lithuanisque belli exponit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 702. p. 109. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1091. p. 30.

826. *Constantiae, 15. Februarii.*
Johannes, archiepiscopus Rigensis, magistro generali o. T. de Polonorum in concilio Constantiensi gestis studiisque refert.
Bunge V. Nr. 1994. p. 46. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 701. p. 169. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1092. p. 30.

827. *Constantiae, 27. Februarii.*
Sigismundus, Romanorum rex, liberat ordinem Teut. ab omni impeditione sua sponte in Prussiam militatum profectorum.
Strehlke, Tabulae Nr. 291. p. 257.

828. *Tuchol, 28. Februarii.*
Magister generalis o. T. a rege Poloniae, ut ad sopiendas lites secum in oppido Gniewkow conveniat, petit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1093. p. 30.

829. *Constantiae, 4. Martii.*
Johannes, archiepiscopus Rigensis, magistro generali o. T., quid de causis Ordinis in concilio Constantiensi gestum sit, nuntiat.
Bunge V. Nr. 1997. p. 50. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 703. p. 170. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1094. p. 30.

830. *S. l. a. et die (Constantiae, 4. Martii).*
Johannes Huss Johanni de Chlum scribit deque nobilibus Polonis se in carcere visitantibus commemorat.
Palacky, Documenta p. 99.

831. *Constantiae, 9. Martii.*
Doctor quidam de concilio ad necessarium quendam scribit legatosque Samogitarum Lithuanorumque, baptisandi causa clericos a concilio petentes, commemorat.
Palacky, Documenta p. 538.

832. *Constantiae, 9. Martii.*
Commendator Christburgensis magistro generali o. T. de rebus Ordinis, in concilio propter nummorum caritatem minus secunde gestis, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1095. p. 30.

833. *Constantiae, 15. Martii.*
Johannes XXIII. papa regi Poloniae dimidiatos unius anni beneficiorum in Polonia proventus largitur.
Reg. Gołębiowski I. p. 438.

834. *Marieburgi, 24. Martii.*
Magister generalis o. T. apud regem Poloniae de iniuriis, subditis suis in Poloniam proficiscentibus illatis, conqueritur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1097. p. 31.

835. *S. l. 4. Aprilis.*
Wladislaus, rex Poloniae, Armeniis Leopolitanis privilegium confert.
Reg. (Rasp in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. XLIII. p. 424.

836. *S. l. (Constantiae), 18. Aprilis.*
Petrus Pulka, universitatis Vindobonensis in concilium Constantiense legatus, eidem universitati de gestis concilii refert deque litteris papae, ad reges Bohemiae et Poloniae missis, commemorat.
(Firnhaber in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. XV. p. 19.

837. *Constantiae, 20. Aprilis.*
Sigismundus, rex Romanorum, pactionem cum rege Poloniae in Liblo factam, renovat. (Litterae Sigismundi).
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 49. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 23. sine die et mense. — **Cf.** Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 45. p. 83. et Prochaska, Cod. Vitoldi App. Nr. 5. p. 1000.

838. *Kłajpeda (Memel), 21. Aprilis.*
Magister generalis o. T. a rege Poloniae litteras libere mercandi subditis suis concedendas petit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1099. p. 31.

839. *Constantiae, 22. Aprilis.*
Concilium Constantiense regi Poloniae suam de Johanne XXIII. papa rationem exponit.
Hardt, Conc. Const. Tom. IV. p. 131.; falso dato: 27. Aprilis adscripto. — Bzovius, Ann. eccl. Tom. XV. p. 452.

840. *S. l. (Gnesnae), 25. Aprilis.*
Capituli eccl. Gnesnensis consultum de contributione regi Poloniae concedenda.
Reg. Smolka, Archiwa p. 96.

841. *Constantiae, 13. Maii.*
Nobiles Bohemae nec non Polonae nationis in concilio Constantiensi comprehensioni magistri Johannis Huss se opponunt.
(Petri de Mladenowicz Hist. ed. Höfler in) Fontes rer. Austr. II. p. 146. — Palacky, Documenta p. 256. — **Cf.** Fontes l. c. p. 150. 153. 155. 156. 288. 290.

842. *Marieburgi, 26. Maii.*
Magister generalis o. T. Witoldum, m. ducem Lithuaniae, rogat, ut regem Poloniae ad litteras libere mercandi subditis suis concedendas impellat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1100. p. 31.

843. *Constantiae, 5. Junii.*
Johannes Huss amicis scribit commemoratque se Constantiae non habere amicos praeter quendam »patrem« et doctorem Polonum.
Palacky, Documenta p. 105.

844. *S. l. et a. (Constantiae), 10. Junii.*
Idem ad populum Bohemum scribit dominisque Poloniae pro causa sua coram concilio defensa gratias agi iubet.
Palacky, Documenta p. 116.

845. *In carcere (Constantiae), 21. Junii.*
Eiusdem litterae ad Bohemos, ubi iterum dominis Polonis gratias agit.
Palacky, Documenta p. 127.

846. *Marieburgi, 24. Junii.*
Magister generalis o. T. litteris declarat pactiones, cum Polonis Lithuanisque ad oppidum Słońsk habendas, de decretis Constantiensis concilii non praeiudicaturas.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1102. p. 31. — **Cf.** ibid. notam.

847. *S. l. a. et die (Constantiae in Junio).*
Johannes Huss Petro de Mladenowicz scribit praecipitque, ut inter ceteros et Polonos dominos salutet.
Palacky, Documenta p. 104.

848. *Cracoviae, 3. Julii.*
Johannes de Dubnice, »magister rothe« se a Wladislao, rege Poloniae, stipendia accepisse profitetur.
Rzyszcz. et Muczk. II. 2. Nr. 561. p. 823.

849. *In Constantiensi concilio, 6. Julii.*
Pauli Wladimiri de Cracovia, academiae Cracoviensis rectoris, regis Poloniae ad concilium legati, demonstratio publice concilio proposita, qua declaratur infideles armis et bello non esse ad christianam fidem convertendos nec eorum bona invadenda aut illo nomine occupanda.
Fragm. Hardt, Conc. Const. Tom. III. p. 9. et Tom. IV. p. 387.

850. *Kostera (!) 16. Julii.*
Sigismundus, rex Romanorum, regi Poloniae se causam Poloniae et Cruciferorum compositurum promittit.
Reg. Gołębiowski I. p. 241.

851. *Cracoviae, 24. Julii.*
Nicolaus Szaksh, dux partis exercitus, sibi et commilitonibus a rege Poloniae stipendia persoluta esse testatur.
Rzyszcz. et Muczk. I. Nr. 164. p. 291.

852. *Stum, 8. Augusti.*
Magister generalis o. T. apud capitaneum Maioris Poloniae de capitaneo Inowratislaviensi, qui Ordinis territoria Orłów et Murzynów vi occupaverit, conqueritur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1106. p. 32. —. **Cf.** ibid. notam.

853. *Patoviae, 10. Augusti.*
Wladislai, regis Poloniae et Witoldi, m. ducis Lithuaniae, litterae manifestae ad orbem christianum de iniuriis utrique a Cruciferis illatis, quibus petunt, ut calumniis eorum fides subtrahatur transituque gentes, eis auxilio proficiscentes, prohibeantur.
Hardt, Concil. Constant. T. III. p. 6. — **Reg.** Danił. Skarb. I. Nr 764. p. 334. ad a. 1403. — **Cf.** Hardt l. c. p. 8.

854. *Marieburgi, 13. Augusti.*
Magister generalis o. T. regi Poloniae ad propositam villarum Murzynów et Orłów cessionem respondet se ei possessione ipsarum non cessurum.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1107. p. 32.

855. *Constantiae, 16. Augusti.*
Concilium Constantiense regis Poloniae patrocinio regnum Hungariae commendat legatoque suo Stanislao, ad regem misso, fidem eius rei facit.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 50. — Katona, Hist. Crit. XII. p. 226. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1108. p. 32. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 23. — **Cf.** responsionem dd. 18. Octobris in Martene et Durand, Thesaurus II. p. 1650.; Bzovius, Ann. T. XV. p. 455. et Prochaska, Cod. Vit. Nr. 651.

856. *Constantiae, 15. Octobris.*
Petrus de Pulka universitati Vindobonensi scribit deque litteris regis »Cracoviae«, quas concilio de unione orientalis et occidentalis ecclesiae scripserat, commemorat.
(Firnhaber in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. XV. p. 35.

857. *Engelsburg, 7. Novembris.*
Magistri generalis o T. binae litterae ad regem Poloniae, quibus vehementer petit, ne ad Thorunium rates flumini traiiciendo struantur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1110. p. 33.

858. *Gołub, 15. Novembris.*
Idem regi Poloniae scribit consentitque, ut subditi utriusque bona in Prussia et Polonia libere possidere possint.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1111. p. 33.

859. *S. l. (Nowogródek), 15. Novembris.*
Episcoporum Ruthenorum »epistola decretalis«, caesari ac patriarchae Constantinopolitanis transmissa, de Photio, ex sede metropolitana Kiioviensi, in quam Gregorium elegerunt, pulso.
Kulczyński, Appendix ad Specimen eccl. ruth. ed a. 1734. p. 46. — Kulczyński, Specimen eccl. Ruth. ed. 1859. p. 207. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 24. p. 33. Ind. IX. adscripta. — Pelesz, Gesch. der Union I. p. 360. nota 70.; anno: 1416. notato. — **Vers. Pol.** **Danił** Skarb. II. Nr. 1178. p. 44.

860. *S. l. a. et die (Nowogródek, circa 15. Novembris).*
Eidem episcopi Photio, metropolitae Kiioviensi, oboedientiam renuntiant.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 23. p. 33.

861. *S. l. a. et die (Nowogródck, circa 15. Novembris.)*
Witoldi, m. ducis Lithuaniae, decretum in causa Photii, metropolitae Kiioviae, in synodo Nowogrodensi latum et epistolae ab episcopis Ruthenis Constantinopolim transmissae (vide Nr. 859) insertum.
Kulczyński, Appendix ad Specim. p. 49. — Kulczyński, Specimen p. 211. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 25. p. 35.

862. *Constantiae, 3. Decembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali o. T. de Polonorum in concilio actionibus refert.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1112. p. 33.

863. *Constantiae, 3. Decembris.*
Idem eidem iterum scribit nuntiatque concilium propter discessum regis Romanorum ac plurimorum principum otiosum esse.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1113. p. 33.

864. *S. l. (Constantiae), 7. Decembris.*
Petrus de Pulka universitati Vindobonensi scribit novamque legationem Polonorum, quae opem, a rege Poloniae Hungaris ad bellum contra Turcas ferendam, pollicita sit, commemorat.
(Firnhaber in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. XV. p. 36.

865. *Reval, 14. Decembris.*
Transsumptum bullarum quarundam, inter alias bullae Urbani IV. papae dd. Romae 20. Augusti 1264, ad donationem Constantini Russiae regis ordini Livonico factam spectantis.
Bunge V. Nr. 2028. p. 83. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 713. p. 172.

866. *Constantiae, 22. Decembris.*
Petrus de Pulka in epistola ad universitatem Vindobonensem scholarem Polonum, nuntium suum, commemorat.
(Firnhaber in) Arch. f. öst. Gesch. Tom. XV. p. 38.

867. *Marieburgi, 26. Decembris a. 1416. (sic).*
Epistola ad Janussium, ducem Masoviensem, responsum ad querelam de captis quibusdam hominibus continens.
Toeppen, Acten I. Nr. 240. p. 295.

868. *Rigae s. die (circa finem anni).*
Magister generalis o. T. Johanni, archiepiscopo Rigensi, de incursione oppidi Soldaw, Polonis auctoribus facta, nuntiat et ut de hac re caesarem et concilium certiores faciat, mandat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1116. p. 34.

869. *In carcere (Constantiae) sine die.*
Johannes Huss in epistola ad Johannem de Chlum de servitore suo Polono mentionem facit.
Palacky, Documenta p. 85.

870. *S. l. a. et die.*
Fragmentum litterarum quarundam de legatis Polonis Constantiae exspectatis commemorat.
(Höfler in) Fontes rer. Austr. VI. p. 268. — Cf. ibid. p. 315. 372. 376.

871. *S. l. et die.*
Magistri generalis o. T. praecepta, legatis ad concilium in causa Ordinis et Polonorum data.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 717. p. 173. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1117. p. 173.

872. *S. l. et die.*
Witoldus magistro generali o. T. de pactionibus suis, cum commendatore Dünaburgensi habitis, scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 716 (1). p. 173. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1118. p. 34.

873. *S. l. a. et die.*
Commendatoris Dünaburgensis ad magistrum generalem epistola eiusdem argumenti.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 716 (2). p. 173.

874. *S. l. a. et die.*
Magister generalis o. T. Witoldo ad epistolam supra (Nr. 872.) notatam respondet.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 716 (3). p. 173. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1119. p. 34.

875. *S. l. a. et die.*
Mercatores Gedanenses et Regiomontani a senatu Rigensi, ut de captivitate Witoldi liberentur, opem petunt.
Napiersky, Russ. livl. Urk. Nr. 200. p. 165. — Bunge VI. Nr. 3005. p. 395.

1416.

876. *S. l. (Constantiae), 1. Januarii.*
Petrus de Pulka universitati Vindobonensi scribit deque archiepiscopo Gnesnensi commemorat.
(Firnhaber in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. XV. p. 40.

877. *Rigae, 1. Januarii.*
Magister Livonicus magistrum generalem o. T. de praeceptis, quae legatis suis ad concilium dederit, certiorem facit.
Bunge V. Nr. 2046. p. 106. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 721. p. 174.

878. *Gedani, 18. Januarii.*
Magister generalis o. T. legatis ad concilium missis mandat, ut regem Romanorum de animo adverso regis Daniae certiorem faciant, qui cum Jagellone ac Witoldo foederatus sit.
Bunge V. Nr. 2050. p. 110. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1124. p. 35.

879. *Troki, 26. Januarii.*
Witoldus, m. dux Lithuaniae, »Praetori« cuidam villas Korczyn et Sielawa in terra Drohiczensi sitas donat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 358.

880. *Marieburgi, 31. Januarii.*
Magister generalis o. T. regi Romanorum Sigismundo significat fore, ut Jagello sententiam concilii in causa cum Ordine ferendam non exspectaret, sed bellum Ordini inferret.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1125. p. 35.

881. *Constantiae, 20. Februarii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali o. T. nuntiat se, iubente rege Romanorum, ex concilio Parisios profecturum, quo iam legati Polonorum se contulerint.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1126. p. 35.

882. *Constantiae, 25. Februarii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali o. T., ut fines terrarum Ordinis contra Poloniam et Lithuaniam muniantur, suadet.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1129. p. 36.; dato: 24. Februarii falso soluto.

883. *Constantiae, 12. Martii.*
Praepositi Schauenpflug ad magistrum generalem o. T. epistola eiusdem argumenti.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1129. p. 36.

884. *Wratislaviae, 17. Martii.*
Instrumentum notarii publici, quo episcopus Wladislaviensis Johannes ad concordiam, inter civitatem Wratislaviensem et fratres suos initam, quibusdam sub conditionibus accessisse arguitur.
Vers. Pol. Mosbach, Przyczynki p. 88.

885. *Wratislaviae, 21. Martii.*
Alterum instrumentum eiusdem argumenti.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 88. — **Cf.** aliud excerptum ibid. p. 89.

886. *Marieburgi, 23. Martii.*
Magister generalis o. T. regi Rom. Sigismundo de consiliis Polonorum, Ordini bellum inferendi, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1130. p. 36.

887. *Dionysiani ad Parisios, 8. Aprilis.*
Sigismundus, rex Romanorum, magistrum generalem o. T., ne tradendis villis Murzynów, Orłów et Neuendorf moram faciat neve hac ratione pacem christiani orbis retardet, hortatur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1133. p. 36.

888. *Marieburgi, 10. Aprilis.*
Magister generalis o. T. apud regem Poloniae prava consilia, crimini sibi data, diluere studet.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1134. p. 36. **Cf.** notam ibidem.

889. *Calissiae, 20. Aprilis.*
Auctoritas, marchioni Brandenburgensi data, villas Murzynów, Orłów et Neuendorf nomine regis Sigismundi ab Ordine recipiendi.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 90. p. 154.

1106. *Thorunii, 26. Augusti.*
Wladislaus, rex Poloniae se ab ordine Cruciferorum 12,500 flor. accepisse testatur.
Działyński, Lites I. 2. p. 62. — **Cf.** Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 89. p. 153. sine die, ubi apocha super 13,000 continetur.

1107. *S. l. (Labiaviae), 31. Augusti.*
Nuntii civitatum Prussiae de gestis suis referunt deque conventione Wielonensi commemorant.
Toeppen, Acten I. Nr. 288. p. 363.

1108. *Florentiae, 1. Septembris.*
Martinus V. papa treugas inter Wladislaum regem Witoldumque ducem et magistrum generalem o. T. spe pacis et concordiae

ineundae oblata indicit et utramque partem ad festum Nativitatis Dominicae ad ius suum vocat.

Theiner, MM. Pol. II. Nr. 30. p. 24. — **Działyński**, Lites I. 2. p. 90. — Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 95. p. 164. — **Fragm.** Raynald, Annal. VIII. p. 518. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 954. p. 217. ex transsumpto dd. 10. Maii 1421. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1301. p. 68.

1109. *Florentiae, 1. Septembris.*

Martinus V. papa magistro generali o. T. praecipit, ut treugas cum Polonis ab ipso institutas servet causamque suam sedi apostolicae decernendam festo Nativitatis Christi proponat.

Działyński, Lites I. 2. p. 92. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1302. p. 68.

1110. *Calissiae, 25. Septembris.*

Archiepiscopi Gnesnensis Nicolai statuta, »auctoritate apostolica«, inter alia ad haeresim Hussiticam in Polonia supprimendam edita.

(Heizman in) Pomniki IV. p. 175—261., ubi etiam Johannis XXIII. et Martini V. paparum bullae huc spectantes, dd., Romae, 24. Augusti 1412. et Constantiae, 7. Januarii 1418. reperiuntur.

1111. *Constantiae, 25. Octobris s. a. (1420? Freitag vor Simon und Juda).*

Petrus Wormedith, summus procurator ord. Teut., magistro generali scribit deque Witoldo, Tartaris ab eo baptizatis, cett., commemorat.

Bunge V. Nr. 2359. p. 525. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 873. p. 201.; anno impossibili 1418. addito. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1257. p. 59. ad a. 1418.

1112. *S. l. a. et die (Niepołomice, 23. Novembris?)*

Wladislaus, rex Poloniae, Martino V. papae de sententia Wratislaviensi, de Samogitis ad fidem christianam conversis nec non de ecclesia graeca cum latina unienda scribit legatosque suos commendat.

Działyński, Lites III. p. 218. — Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 29. p. 73.

1113. *S. l. a. et die (Niepołomice, 23. Novembris?)*

Idem legatis suis ad papam missis dat salvum conductum.

Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 46. p. 90. — **Cf.** Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 267.

1114. *S. l. a. et die (Novembri 1420?)*

Idem a papa petit, ut praelatum quendam, qui ipsum circumduxerit, puniat.

Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 39. p. 86.

1115. *Marieburgi, 7. Decembris.*

Magister generalis o. T. apud papam de Jagellone et Witoldo, qui sententiam regis Romanorum contemnant, conqueritur.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 969. p. 219. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1309. p. 69.

1116. *Parisiis, 24. Decembris.*
Henricus V., Angliae rex, regi Poloniae pacem a se cum regno Franciae initam nuntiat legatumque suum Gilbertum de Alueto (Lannoy) commendat.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 46. p. 85.

1117. *S. l. et die.*
Statuti Wartensis prima conscriptio.
Bandtkie, Jus Polon. p. 201. — (Helcel in) Pomniki I. p. 303., addita versione Polona.

1118. *S. l. a. et die.*
»Impugnatio iustificationis regis Romanorum pro parte regis Poloniae« (sententiae Wratislaviensis causa).
Działyński, Lites III. p. 219—224. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 537. — **Reg.** Caro, Gesch. III. p. 508. — **Vide** »Justificationem regis Romanorum« in Prochaska, Cod. Vit. Nr. 869. p. 473.

1119. *S. l. a. et die.*
Consilium Dominici de S. Gemiano de sententia Wratislaviensi descriptum.
Działyński, Lites III. p. 244—247.

1120. *S. l. a. et die.*
Aliud scriptum de eadem re.
Działyński, Lites III. p. 247—263.

1121. *S. l. a. et die.*
Consilium Johannis de Miles de eadem re.
Działyński, Lites III. p. 263—265.

1122. *S. l. a. et die.*
Consilium Gasparonis de Perusia de eadem re.
Działyński, Lites III. p. 265—276.

1123. *S. l. a. et die.*
Wladislaus, rex Poloniae, papae pro benevolentia in Wratislaviensis sententiae causa sibi significata gratias agit petitque, ne sententiam ipsam ratam habeat.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 58. p. 108.

1124. *S. l. a. et die.*
Idem ab eodem beneficiorum quorundam ecclesiae cathedralis Cracoviensis bonis canonicatus eiusdem ecclesiae dotandorum licentiam petit.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 83. p. 148.

1125. *S. l. a. et die.*
Idem eidem tertium nuntium suum, speciali mandato instructum, commendat.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 41. p. 87.

1126. *S. l. a. et die.*
Idem ab eodem petit, ut minus dignum canonicum Cracoviensem St. P(awłowski?) in alium locum transferat.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 42. p. 87.

1127. *Pyzdry sine die.*
Idem legatis suis causam quandam, apud sedem apostolicam a Petro Pyeskowski instauratam, commendat.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 51. p. 92.

1128. *S. l. a. et die.*
Wladislaus, rex Poloniae, a Martino V. papa petit, ut electum episcopum Premisliensem Johannem de Lubin confirmet.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 30. p. 77.

1129. *S. l. a. et die.*
Capitulum Premisliense ab eodem idem petit.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 31. p. 78.

1130. *S. l. a. et die.*
Zawisza Niger miles ab eodem idem petit.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 32. p. 80.

1131. *S. l. a. et die.*
Wladislaus, rex Poloniae, cardinalibus legatos suos commendat.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 37. p. 85.

1132. *S. l. a. et die.*
Idem apud magistrum ordinis S. Johannis pro tenuta quadam commendatori Posnaniensi conservanda intercedit.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 44. p. 83.

1133. *S. l. a. et die.*
Synodus Wielunensis a Wladislao rege Poloniae petit, ut ecclesiam Wielunensem munificentius dotet.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 61. p. 115.

1134. *S. l. a. et die.*
Species litterarum, quibus Fridericus marchio Brandenburgensis Wladislao regi Poloniae pro Johanne magistro ordinis S. Johannis fideiubet fore, ut idem magister condiciones, pro dato sibi castro Drahim initas, fideliter servet.
Voigt, Erwerbung der Neumark App. I. p. 404. — Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 47. p. 91.

1135. *S. l. et die.*
Żegota a Wladislao rege recognoscit se accepisse 600 ducatos spondetque praesto esse regi, ubi voluerit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 177.

1136. *S. l. a. et die (1420?)*
Martinus V. papa regem Poloniae et Witoldum, quod rebus Hussitarum faveant, severe accusat.
Vers. Pol. Niemcewicz, Pamiętniki I. p. 325. — **Vers. Pol.** Danił. Skarb. II. Nr. 1311. p. 69.

1137. *Cassoviae, s. die.*
Commendator Thoruniensis magistro generali o. T. de Swidrigellone in Prussiam profecturo, ut contra Witoldum cum Ordine foedus ineat, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1296. p. 67. **Cf.** ibid. notam.

1138. *S. l. a. et die (circa 1420).*
Fragmentum libelli cuiusdam de quatuor articulis Pragensibus, Jagelloni ac Witoldo propositi, in quo mentiones de Hussitis in Polonia occurrunt.
(Höfler, Geschichtsschr. II. in) Fontes rer. Austr. VI. p. 479. nota 2.

1139. *S. l. a. et die (circa 1420).*
Appendix ad epistolam regis Poloniae ad Witoldum de marsalco Livoniae e custodia liberato.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 925. p. 210.

1140. *S. l. a. et die (1420—1423).*
Fragmentum statuti Wladislai regis Poloniae, terris Lithuaniae et Russiae dati.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 27. p. 38.

1421.

1141. *Troki, 22. Januarii.*
Wladislaus, rex Poloniae, apud magistrum generalem in negotio Augustini de Ubrancza intercedit.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 277.

1142. *Elbingae, 11. Februarii.*
Magister generalis o. T. Casparo, episcopo Osiliae et Johanni Cyrgarthe causae Ordinis in curia Romana proponendae dat facultatem.
Działyński, Lites I. 2. p. 93.

1143. *Czaslaviae, 28. Februarii.*
Sigismundus rex Romanorum Fridericum marchionem Brandenburgensem a matrimonio filii ipsius cum filia regis Poloniae contrahendo magno cum studio dehortatur.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 383. sine dato. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars II. Tom. III. Nr. 1391. p. 393. — Palacky, Urkd. Beiträge I. Nr. 66. p. 64. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski II. p. 6. ad a. 1422. — **Cf.** reg. Prochaska, Cod. Vit. Nr. 929. p. 513.

1144. *S. l. a. et die (Februario).*
Guillermus, apostolicae sedis nuntius, mandatum causae Polonorum et Ordinis examinandae, a papa sibi datum, publicat.
Działyński, Lites I. 2. p. 1.

1145. *Babardiae, 1. Martii.*
Tres electores Rhenani papam Martinum V. rogant, ne studiis inimicorum ordinis Teutonici, contra sententiam Wratislaviensem nitentibus, aurem praebeat.
(Kerler in) Deutsche Reichstagsacten VIII. Nr. 5. p. 10.

1146. *Babardiae, s. a. et die (1. Martii).*
Iidem cardinalibus in eodem negotio scribunt.
(Kerler in) Deutsche Reichstagsacten VIII. Nr. 7. p. 12.

1147. *Babardiae, s. a. et die (1. Martii).*
Otto, archiepiscopus Trevirensis, Martino V. papae in eodem negotio scribit.
(Kerler in) Deutsche Reichstagsacten VIII. Nr. 6. p. 11.

1148. *S. l. 4. Martii.*
Consilium de sententia Wratislaviensi, a collegiis doctorum Paduae, Florentiae et Senae scriptum.
Działyński, Lites III. p. 276.

1149. *Romae, 18. Martii.*
Procuratoris ordinis Teutonici de causa Polonorum et Cruciferorum relatio.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1319. p. 72. nota.

1150. *S. l. a. et die (ante 3. Aprilis).*
Anonymus quidam ex mandato Sigismundi caesaris magistro generali o. T. de Jagellone et Witoldo ad comitia Norimbergensia, de bello Hussitico actura, invitatis scribit, ad solvendam Jagelloni reliquam pecuniae pensionem et visitanda comitia ipsum adhortatur, de Friderici Brandenburgensis cum Polonis amicitia commemorat.
(Kerler in) Deutsche Reichstagsacten VIII. Nr. 3. p. 8.

1151. *Marieburgi, 6. Aprilis.*
Magister generalis o. T. magistro Germaniae et aliis quibusdam procuratoribus suis de causa Ordinis et Poloniae cum Sigismundo caesare agendi dat facultatem.
(Kerler in) Deutsche Reichstagsacten VIII. Nr. 21. p. 24. — **Reg.** Prochaska, Cod. Vit. Nr. 932. p. 514.

1152. *Cracoviae, 8. Aprilis.*
Pactum matrimonii inter filium Friderici marchionis Brandenburgensis et filiam regis Poloniae contrahendi (Litterae Friderici Brandenburgensis).
Voigt, Erwerbung d. Neumark App. II. p. 406. — Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 3. p. 20. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 286. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 42. sine dato. — **Cf.** reg. Prochaska, Cod. Vit. NNr. 933 et 934 et Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 2. p. 18.

1153. *Romae, 29. Aprilis.*
Procurator ordinis Teutonici magistro generali de suis in curia Romana gestis et de papae in causa Polonorum et Ordinis consiliis refert.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1317. p. 71.

1154. *In Nova Civitate, 29. Aprilis.*
Wladislaus, rex Poloniae, archiepiscopo Gnesnensi actiones cum Ordine tam diu interdicit, donec reliqua pensio sibi soluta sit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1316. p. 71.

1155. *Rosenburg, 10. Maii.*
Erchardus, episcopus Pomesaniensis, litteras donationis arcis Nieszaviensis, a Conrado duce Masoviensi a. 1230. Cruciferis factae, transsumit.
Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV. p. 108.

1156. *S. l. a. et die (Wesel, circa 30. Maii).*
Electores imperii Romani Wladislaum, regem Poloniae, ut belli contra Hussitas instaurandi socius sit, invitant.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 53. p. 99.; dato: circa 10. Junii notato. — (Kerler in) Deutsche Reichstagsacten VIII. Nr. 51. p. 64.

1157. *S. l. a. et die (Cracoviae, in Maio 1421. (?)).*
Anonymus quidam ex Cracovia Pragensibus de secundis nuntii ipsorum Hynconis de Goldstein in Polonia Lithuaniaque gestis respondet.
Palaçky, Urkd. Beiträge I. Nr. 94. (A) p. 92.

1158. *S. l. a. et die (Pragae in Maio?)*
Pragensium ad epistolam supra notatam responsio.
Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 94. (B). p. 93.

1159. *Berolini, 18. Junii (feria 4. post f. S. Viti).*
Fridericus, marchio Brandenburgensis, treugas inter Poloniam et Cruciferos, a S. Margaretha (13. Julii) usque ad S. Johannem (24. Junii) duraturas, constituit.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars II. Tom. III. Nr. 1401. p. 412.; die: 19. Junii soluto. — Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 51. p. 95. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1322. p. 73.

1160. *S. l. 25. Junii.*
Electores Rhenani imperii Romani Wladislaum, regem Poloniae, rogant, ut legatos haereticorum repudiet armaque sua contra ipsos convertat.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 81. p. 90.

1161. *S. l. et a. 27. Junii.*
Hans von Schildaw magistro generali o. T. de conventione Gorlicensi scribit deque fama treugarum inter Poloniam et Ordinem initarum commemorat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 8. p. 5. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 68. p. 80.

1162. *S. l. 10. Julii.*
Statutum a senatu Semoviti IV. ducis Masoviae ordinatum.
Helcel, Pomniki I. p. 279—290.

1163. *Wratislaviae, 15. Julii.*
Thomas Mas, canonicus Wratislaviensis, magistro generali o. T. de apparatu belli contra Hussitas gerendi scribit deque epistola electorum imperii Romani ad regem Poloniae mentionem facit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 11. p. 7. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 126. p. 134. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 70. p. 82.

1164. *Posonii, 19. Julii.*
Sigismundus, rex Romanorum, legato apostolico Brandae de conventione Weselensi scribit hortaturque eum, ut bellum Ordinis contra Polonos, haereticorum fautores, excitandum curet.
Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 127. p. 136. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 63. p. 76. — **Cf.** reg. Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 952.

1165. *Marieburgi, 25. Julii.*
Magister generalis o. T. se treugas cum Polonis, a papa et marchione Brandenburgensi postulatas et constitutas, servaturum promittit.
Bunge V. Nr. 2557. p. 752. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 993. p. 224. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1324. p. 73. — **Cf.** Nr. 1152. et Turgeniew, Suppl. Nr. 116. p. 297.

1166. *Cuttnae, 17. (?) Augusti.*
Sigismundus, rex Romanorum, Wratislaviensibus pro nuntio de itinere Hynconis de Goldstein, ad regem Poloniae in causa Hussitarum suscepto, gratias agit hortaturque eos, ne eundem detinere negligant.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 92.

1167. *Romae, 1. Septembris.*
Martinus V. papa Wladislaum, regem Poloniae, ab excommunicatione, quam propter bellum Pruthenum inccurrerat, absolvit.
Reg. Gołębiowski I. p. 289.

1168. *Romae, 9. Septembris (Pontif. anno IV.).*
Martinus V. papa Wladislaum regem Poloniae, quod ab haereticis et Viclefistis dissentiat collaudat hortaturque, ne cum ipsis pacta ineat, nisi prius ad fidem catholicam convertantur.
Rykacz. Invent. p. 2.

1169. *Rigae, 11. Septembris.*
Magister Livoniae magistrum generalem interrogat, num sibi cum Witoldo de mercatura paciscendum sit, seditionemque Neogardiae exortam ei denuntiat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1002. p. 225. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1330. p. 74.

1170. *S. l. 12. Septembris (Pontif. anno IV.).*
Martinus V. papa indutias inter Polonos et Cruciferos sancit partesque ad ius suum vocat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 2. — **Cf.** Nr. 1108.

1171. *Lubon, 13. Septembris.*
Johannes dux Ratiboriensis Przemconi duci Opaviensi a se nuntios Hussitarum, ad regem Poloniae missos, comprehensos esse nuntiat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 15. p. 9. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 136. p. 146.

1172. *Aust, 17. Septembris.*
Sigismundus Coributus dux Johannem ducem Ratiboriensem hortatur atque monet, ut nuntios m. ducis Lithuaniae a subditis suis captivatos, liberos reddat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 16. p. 10. — **Reg.** Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 138. p. 148. — (Kopetzky in) Schlesische Ztschr. Tom. IX. p. 213.

1173. *Kozynicze, 19. Septembris.*
Wladislaus rex Poloniae apud Johannem ducem Ratiboriensem legatos suos auctoritate exornat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 18. p. 12. — (Kopetzky in) Schles. Ztschr. IX. p. 214. — **Reg.** Mosbach, Przyczynki p. 91.

1174. *Wieliczka, 23. Septembris.*
Abraham Niger, salis zupparius, Johanni, duci Ratiboriensi, suadet, ut bellum cum Polonis evitaturus, nuntios Bohemos in Poloniam missos, liberos dimittat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 20. p. 13. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr, 143. p. 153. — (Kopetzky in) Schles. Ztschr. IX. p. 216.

1175. *S. l. a. et die (in Septembri).*
Sigismundi, regis Romanorum, cum nuntiis regis Poloniae de cedenda Silesia actiones.
Dogiel I. p. 543.. — **Cf.** Długosz h. a. T. IV. p. 277. et Caro, Gesch. Pol. III. p. 525. notam 1.

1176. *Trenczyn, 8. Octobris.*
Sigismundus, rex Romanorum, magistro generali o. T. praecipit, ut Polonos et Lithuanos, si haereticis auxilia laturi sint, sine mora invadat.
Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 146. p. 156.

1177. *Trenczyn, 9. Octobris.*
Idem Wratislavienses hortatur, ut duci Ratiboriensi contra Polonos opem ferant suaque et Cruciferorum auxilia promittit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 21. p. 14. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 147. p. 157. — **Cf.** Palacky, Gesch. Böhm. III. 2. p. 259 et Caro, Gesch. Pol. III. p. 528. notam.

1178. *Romae, 17. Novembris.*
Vilerinus candinalis sententiam commissariorum apostolicorum in causa Polonorum et Cruciferorum dd. Varsoviae, 17. Septembris 1337. latam transsumit.
Reg. Gołębiowski I. p. 289. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 81. **Cf.** ibidem litteras sequentes.

1179. *Brunae, 19. Novembris.*
Sigismundus, rex Romanorum, Wratislaviensibus mandat, ut pro recipiendo rege Poloniae domum ipsius Wratislaviae reparent.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 23. p. 16. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 159. p. 173.

1180. *Romae, 24. Novembris (Pont. anno V.).*
Martinus V. papa Antonio Zeno causam Polonorum et Cruciferorum inquirendam committit.
Długosz ad a. 1422. Tom. IV. p. 285. — Działyński, Lites II. p. 1. — Reg. Gołębiowski I. p. 290.

1181. *S. l. 13. Decembris.*
Alexander, palatinus Moldaviae, cum Elia fratre Ringallae, regis Poloniae sorori uxorique suae, oppida Seret et Rotkowice obligat.
Reg. Dogiel I. p. 600. — Reg. Rykacz. Invent. p. 134.

1182. *Monteflaschon, 31. Decembris (1421?)*
Caspar, episcopus Osiliensis, magistro generali o. T. de pace cum rege Poloniae, cett., scribit.
Bunge V. Nr. 2573. p. 772.

1183. *Florentiae s. die.*
Martinus V. papa dioecesim Lublinensem metropoliae Gnesnensi subiectam esse declarat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 85.

1184. *S. l. a. et die.*
Magistri Pauli scriptum, quo privilegia Cruciferorum impugnantur.
Działyński, Lites III. p. 294.

1185. *Dobrystan s. die 1411. (!?)*
Wladislaus rex Poloniae Carolo VI. regi Franciae ad epistolam, per Gilbertum de Lannoy missam, amicabiliter respondet.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 54. p. 94.

1186. *S. l. a. et die.*
Witoldus m. dux Lithuaniae in calculis camerarii Rigensis commemoratur.
Bunge V. Nr. 2574. p. 786.

1187. *S. l. a. et die (1421?)*
Sigismundus rex Romanorum a baronibus Polonis (?) petit, ut regem Wladislaum ab Hussitarum partibus abducant legatisque ipsius salvum conductum praebeant.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 108. p. 178.

1188. *S. l. a. et die (1421?)*
Wladislaus, rex Poloniae, (?) anonymo cuidam pro diligentia in curia Romana adhibita gratias agit novaque negotia sua procuranda ipsi committit.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 101. p. 172.

1189. *S. l. a. et die (1421?)*
Idem (?) principi cuidam (Alexandro Moldaviensi?) de matrimonio cum cognata sua (Ringalla?) contracto gratulatur.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 134. p. 211.

1190. *S. l. a. et die (1421—1422.).*
Idem papae de sollicitis suis et archiepiscopi Gnesnensis Nicolai studiis haeresis in Polonia exstirpandae scribit, petit ab eo, ut archiepiscopo auctoritatem haereticos conversos absolvendi largiatur, mortem denique Gregorii Zemblak subsecutam denuntiat.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 72. p. 131.

1422.

1191. *Rigae, 13. Januarii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. episcopum Curoniae in litteris Mindovae et Friderici caesaris transsumendis cunctari significat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1007. p. 226. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1336. p. 75.

1192. *Grodek, 17. Januarii (sabb. post f. Marcelli).*
Wladislaus rex Poloniae Friderico marchioni Brandenburgensi ad epistolam eius amicabiliter respondet seque indutias cum Cruciferis, a marchione propositas, accepturum significat.
Voigt, Erwerbung der Neumark App. Nr. 3. p. 411. ad a. 1421. — Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 275. ad a. 1421. — Riedel, Cod. dipl. Brandenb. Suppl. Nr. 54. p. 55. ad a. 1421. — **Cf.** reg. Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 924. ad a. 1420. — Datum correxit Caro, Gesch. Pol. III. p. 523. nota 2.

1193. *Segewolde, 1. Februarii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. se 1. Martii Marieburgum venturum significat deque suis cum Pleskoviensibus propter legationem Neogardiam mittendam habitis actionibus scribit.
Bunge V. Nr. 2580. p. 795. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1009. p. 227. — **Cf.** Bunge V. Nr. 2579.

1194. *S. l. 4. Martii.*
Wladislaus, rex Poloniae, marchioni Brandenburgensi scribit monetque eum, ut advocatum Novae Marchiae, qui indutiis contemptis subditos Polonos spoliaverit, coërceat.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 282. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 192. p. 133. — **Cf.** reg. Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 994.

1195. *Łowicz, 22. Martii.*
Proceres terrae Sochaczeviensis Wladislao regi Poloniae pro Stanislao Pawłowski, archidiacono Plocensi, fideiubent.
Gołębiowski I. p. 539. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 389.

1196. *Romae, 28. Martii.*
Martinus V. papa ea, quae legatus apostolicus Zeno instituerit, si sententiae honorique Sigismundi caesaris noceant, irrita facit.
Działyński, Lites II. p. 79. — **Cf.** Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1020. p. 561.

1197. *Brigae, 25. Aprilis.*
M. Seyfrid, decanus Lignicensis, magistro generali o. T. novas quasdam res de bello Hussitico refert deque regis Poloniae et m. ducis Lithuaniae erga Hussitas consiliis quibusdam commemorat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 29. p. 19. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 177. p. 190.

1198. *S. l. 3. Maii.*
Magistri generalis o. T. mandatum, quo commendatori Brandenburgensi praescribitur, quo modo ei res Ordinis in comitiis Ratisponensibus procurandae sint.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 175. p. 208.

1199. *Seesten, 5. Maii.*
Idem apud magistrum Livoniae se excusat, qua causa ductus epistolam ipsius ad regem Romanorum retinuerit.
Bunge V. Nr. 2596. p. 817.

1200. *Cracoviae, 11. Maii.*
Barones Poloniae baronibus Hungariae scribunt hortanturque eos, ut pacem mutuam servent atque regem ad ipsam servandam impellant.
Batthyani, Leges ecclesiasticae regni Hungariae I. p. 478.; vide Nr. 1203. — Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1011. sine dato.

1201. *Wratislaviae, 15. Maii.*
Nuntius Sigismundi caesaris, Johannes Reychart, magistro generali o. T. epistolam quandam eiusdem caesaris transmittit, de conventione Brigae habenda, cett., scribit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 32. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 185. p. 202.

1202. *S. l. (Pragae), 30. Maii.*
Senatus Pragensis de mercede excercitibus Polonis aliisque solvenda decretum.
Archiv Česky I. p. 214. — **Reg.** Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 192. p. 210.

1203. *S. l. a. et die (exeunte Maio).*
Baronum Hungariae ad litteras baronum Polonorum dd.: Cracoviae, 11. Maii h. a. (vide Nr. 1200), hic insertas, responsio.
Batthyani, Leges ecclesiasticae regni Hung. I. p. 477. — **Fragm.** Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1011. p. 553.

1204. *Gnesnae, 14. Junii.*
Wladislaus, rex Poloniae, militibus Prussiae scribit significatque ordinem Cruciferorum indutias ab ipso quaesitas contempsisse falsoque se et m. ducem Lithuaniae, quod haereticis faveant, accusare.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 322. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 193. p. 133. — Toeppen, Acten I. Nr. 308. p. 389. — Cf. reg. Prochaska, Cod. Vit. Nr. 1019.

1205. *Gnesnae, 17. Junii.*
Magister Petrus Pijeschijk, canonicus Crusvicensis, regis Poloniae procurator, notario publico litteras eiusdem regis prorogat, quibus causae Polonorum et Cruciferorum agendae procuratores constituuntur.
Działyński, Lites II. p. 4.

1206. *S. l. a. et die (Gnesnae, 17. Junii).*
Duo libelli contra Ordinem ab eodem procuratore propositi.
Działyński, Lites II. p. 6.

1207. *Gnesnae, 17. Junii.*
Antonius Zeno, apostolicus ad audiendam causam Polonorum et Ordinis nuntius constitutus, magistrum generalem o. T., ut istis libellis respondeat, Glogoviam citat.
Działyński, Lites II. p. 10.

1208. *Gnesnae, 17. Junii.*
Idem magistro generali o. T. aut procuratoribus eius transeundi Glogoviam dat facultatem.
Działyński, Lites II. p. 12.

1209. *Gnesnae, 17. Junii.*
Idem magistrum generalem o. T. reprehendit, quod de indutiis, cum Polonis ineundis, secundum papae voluntatem consentire noluerit.
Działyński, Lites II. p. 12.

1210. *Fraustadii, 3. Julii.*
Idem principibus et capitaneis Silesiae se Glogoviam, causam Polonorum et Cruciferorum acturum, venturum esse nuntiat salvumque conductum ab eis petit.
Działyński, Lites II. p. 13.

1211. *Glogoviae, 3. Julii.*
Henricus, dux Glogoviensis, Antonio Zeno, apostolicae sedis legato, ut ipsum Glogoviae recipiat, postulanti, respondet.
Działyński, Lites II. p. 14.

1212. *Glogoviae, 4. Julii.*
Niclos Cijka, capitaneus Glogoviensis, Antonio Zeno, sedis apostolicae legato, ut ipsum Glogoviae recipiat, postulanti, respondet.
Działyński, Lites II, p. 14.

1213. *Fraustadii, 4. Julii.*
Antonius Zeno, legatus apostolicus, principibus et capitaneis Silesiae iterum mandat, ut sibi salvum conductum et comitatum Glogoviam venturo praebeant, excommunicationemque et interdictum minitatur.
Działyński, Lites II. p. 15.

1214. *Glogoviae, 5. Julii.*
Niclos Cijka, capitaneus Glogoviensis, legato Antonio Zeno ad litteras supra notatas respondet seque excusat.
Działyński, Lites II. p. 14.

1215. *Glogoviae, 5. Julii.*
Michaël Gola, consistorii Glogoviensis procurator, excommunicationi atque interdicto, quae Zeno legatus Glogoviae minatus est, intercedit.
Działyński, Lites II. p. 18.

1216. *Labiaviae, 6. Julii.*
Commendator Ragnetensis magistro generali nuntiat, quae sibi ex Lithuania ab exploratoribus relata sint.
Prochaska, Cod. Vitoldi App. Nr. 17. p. 1046. In indice chronologico non invenitur.

1217. *Fraustadii, 6. Julii.*
Antonius Zeno, legatus apostolicus, magistro generali vel procuratoribus eius dat salvum conductum Glogoviam veniendi.
Działyński, Lites II. p. 22.

1218. *Fraustadii, 6. Julii.*
Salvus conductus eisdem a procuratoribus Polonis datus.
Działyński, Lites II. p. 23.

1219. *Glogoviae, 7. Julii.*
Magistri generalis o. T. contra Antonii Zeno legati actiones appellatio.
Działyński, Lites II. p. 78. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 292.

1220. *Wolborz, 12. Julii.*
Wladislaus, rex Poloniae, electoribus imperii Romani scribit exponitque, quibus causis ductus Witoldus Sigismundum Coribut in Bohemiam miserit.
Prochaska, Cod. Vitoldi App. Nr. 43. p. 1068. In indice chronologico non occurrit.

1221. *Deutsch Ilaw, 19. Julii.*
Magister generalis o. T. milites Harriae et Wirlandiae hortatur, ut contra Polonos arma capiant
Bunge V. Nr. 2622. p. 853. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1032. p. 231.

1222. *Prope monasterium Czerwińsko, 23. Julii.*
Wladislaus rex Poloniae nobilibus Polonis magnum privilegium concedit.
Vol. Leg. I. p. 82. — Bandtkie, Jus Pol. p. 221.

1223. *Rybe, 25. Julii.*
Dux auxiliorum Gedanensium, in exercitu Cruciferorum contra Polonos militantium, senatui Gedanensi de novis rebus bellicis frumentariisque scribit.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 381. n. 2. **Cf.** ib. excerptum epistolae dd. Rybe, 23. Julii h. a.

1224. *Norimbergae, 26. Julii.*
Principes imperii Romani regem Poloniae, ut contra haereticos rationem ineat, cum Cruciferis pacem faciat, rogant legatosque suos annuntiant.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 292. — Cod. epist. saec. XV. Pars I. Nr. 55. p. 53. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 176. p. 210.

1225. *Kulków, 28. Julii.*
Dux auxiliorum Gedanensium, in exercitu Cruciferorum militantium, senatui Gedanensi de rebus bellicis refert.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 382. n. 3.

1226. *Norimbergae, 31. Julii sine anno.*
Commendator Brandenburgensis magistro generali o. T. de rebus Ordinis et Poloniae in comitiis Norimbergensibus scribit, quaedam consilia dat atque in posterum nuntios mandataque ab ipso petit.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 129. p. 137.

1227. *Norimbergae, 1. Augusti s. a.*
Idem eidem a rege principibusque imperii Romani ad causam Poloniae et Ordinis agendam marchionem Brandenburgensem et episcopum Wircburgensem destinatos esse nuntiat.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 130. p. 140.

1228. *Jhessen, 3. Augusti.*
Senatui Gedanensi de rebus bellicis relatio missa.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 383. n. 6.

1229. *Ruda, 3. Augusti.*
Alia relatio senatui Gedanensi de eisdem rebus facta.
Excerpt. (Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 382. n. 4.

1230. *Lobaviae, 5. Augusti.*
Advocatus Dirschaviensis magno marsalco o. T. de rebus bellicis, praesertim de obsidione Lobaviae, scribit suppetiasque petit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1035. p. 232. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1422. p. 78.

1231. *Schonemberg, 6 Augusti.*
Senatui Gedanensi de rebus bellicis amplior relatio missa.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 382. nota 5.

1232. *Colme, 15. Augusti.*
Alia relatio de rebus bellicis senatui Gedanensi missa.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 383. nota 7.

1233. *Rigae, 15. Augusti.*
Magister Livoniae apud magistrum generalem o. T. de exercitu suo diutius moram faciente se excusat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1037. p. 232.

1234. *Rigae, 17. Augusti.*
Idem eundem rogat, ne auxilia Harriae et Wirlandiae partiri permittat.
Bunge V. Nr. 2631. p. 866. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1038. p. 232.

1235. *Goluby, 18. Augusti.*
Wladislaus, rex Poloniae, bellum cum Cruciferis suscipiens, ordines terrae Culmensis ad renovandam sibi fidem hortatur.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 296. — Toeppen, Acten I. Nr. 312. p. 393. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski I. p. 480.; falso dato: 25. Augusti adscripto. — **Cf.** reg. Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1039.

1236. *Norimbergae, 21. Augusti.*
Electores imperii Romani magistro generali o. T. de studiis regis Romanorum auxilia Ordini mittendi scribunt.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 177. p. 213. — **Fragm.** SS. rer. Siles. VI. Nr. 34. p. 22.

1237. *Norimbergae, 23. Augusti.*
Commendator Brandenburgensis magistrum generalem o. T., cuius terras Poloni Lithuanique invaserint, auxilia principum imperii exspectare iubet.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 137. p. 147.

1238. *Norimbergae, 27. Augusti.*
Eiusdem ad eundem alia epistola eiusdem argumenti.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 138. p. 150.

1239. *Lanciciae, 27. Augusti.*
Antonii Zeno, apostolicae sedis legati, causae Polonorum et Ordinis T. testium citatio.
Działyński, Lites II. p. 73.

1240. *Vicovaro, 29. Augusti.*
Martinus V. papa archiepiscopo Rigensi, ut ordinem T. contra haereticos adiuvet, mandat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1039. p. 233. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1353. p. 78.

1241. *Norimbergae, 29. Augusti.*
Sigismundus, rex Romanorum, civitati Bartfae (Bardyow) praecipit, ut propter bellum cum Polonis imminens, sibi caveant.
Katona, Hist. Crit. XII. p. 398. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski II. p. 3.

1242. *Norimbergae, 31. Augusti.*
Bernhardus II. marchio Badensis Adolfo duci Montano (Berg) scribit deque regis Romanorum auxiliorum ordini T. mittendorum consiliis commemorat.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 139. p. 152.

1243. *Norimbergae, 3. Septembris (Donnerstag nach St. Egidii Tage).*
Sigismundus, rex Romanorum, magistro generali o. T. de studiis suis erga Ordinem scribit, ad perseverandum in bello cum Polonis ipsum hortatur auxiliaque ei se missurum promittit.
Kotzebue, Preuss. Gesch. III. p. 452.; die: 1. Augusti notato. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 178. p. 214. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 292.

1244. *Norimbergae, 4. Septembris.*
Conradus, archiepiscopus Moguntiae, Adolfo duci Montano de consiliis ordinis Teutonici contra Polonos adiuvandi, cett., scribit.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 141. p. 153.

1245. *Norimbergae, 5. Septembris s. a.*
Sigismundus rex Romanorum Henrico duci Glogoviensi scribit deque auxilio, a Jagellone et Witoldo haereticis misso, commemorat.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 179. p. 215.

1246. *Pragae, 7. Septembris.*
Litterae, in quibus Witołdus dominus regni Bohemiae vocatur.
Archiv Česky I. p. 216.

1247. *Norimbergae, 7. Septembris.*
Sigismundus rex Romanorum quibusdam viris, quorum nomina proponuntur, foedus cum ordine Teutonico sanciendi dat facultatem.
Reg. Palacky, Urkd. Beitr. I. App. Nr. 9. p. 497.

1248. *Tibur, 8. Septembris.*
Martinus V. papa archiepiscopo Gnesnensi mandat, ut contra quosdam subditos regni Poloniae haeresi infectos ius suum exsequatur.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 31. p. 25. — **Excerpt.** Raynaldi Ann. T. VIII. p. 553. **Cf.** ibid. p. 554. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1356. p. 79.

1249. *Grzegorzewo, 9. Septembris.*
Antonius Zeno, apostolicae sedis legatus, causae Polonorum et Cruciferorum testes citat.
Działyński, Lites II. p. 75.

1250. *Grzegorzewo, 9. Septembris.*
Eiusdem litterae aliae eiusdem argumenti.
Działyński, Lites II. p. 76.

1251. *Neumarkt, 19. Septembris sine anno.*
Commendator Brandenburgensis magistro generali o. T. de magno foedere contra Polonos sancito refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 36. p. 23.

1252. *Wirceburgi, 21. Septembris.*
Elector palatinus civitatibus quibusdam scribit seque in Prussiam proficisci commemorat.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 193. p. 239.

1253. *Ad lacum Melno, 26. Septembris.*
Commendatores Elbingensis et Thoruniensis magistro generali o. T. actiones de pace cum Polonis confectas esse nuntiant et ut ipsis sigilla ad litteras pacis obsignandas mittat, ab eo petunt.
Excerpt. Toeppen, Acten I. Nr. 314. p. 396.

1254. *S. l. a. et die (Septembri vel Octobri).*
Libellus captivorum in Poloniam ductorum ex parte Ordinis conscriptus.
Bunge V. Nr. 2639. p. 892. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1004. p. 226. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1334. p. 75.

1255. *Marieburgi, 3. Octobris.*
Magister generalis o. T magistrum Livoniae de pace cum Polonis constituta certiorem facit monetque, ut Marieburgum veniat et sigilla ad obsignandas litteras pacis transmittat.
Bunge V. Nr. 2640. p. 892. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1044. p. 233. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1361. p. 81.

1256. *Rigae, 13. Octobris.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. se sigilla ad obsignandas litteras pacis cum Polonis initae die constituto transmittere non posse significat.
Bunge V. Nr. 2643. p. 898.

1257. *Rigae, 14. Octobris.*
Idem senatum Revalensem hortatur, ut sigillum civitatis ad litteras pacis obsignandas transmittat.
Bunge V. Nr. 2644. p. 900.

1258. *S. l. 15. Octobris.*
Fridericus, marchio Brandenburgensis, ducibus exercitus in Karlstein scribit deque pace inter Poloniam et Ordinem inita atque de exercitibus, qui in Prussiam proficiscebantur, redeuntibus, commemorat.
(Höfler, Urkunden in) Abhandl. d. böhm. G. d. Wiss. XIII. (1865) Nr. 6. p. 10.

1259. *Reval, 19. Octobris.*
Senatus Revalensis magistrum Livoniae rogat, ut se apud magistrum generalem excuset, quod sigilla ad litteras pacis cum Polonis obsignandas non miserit.
Bunge V. Nr. 2647. p. 903. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1048. p. 234. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1364. p. 81.

1260. *S. l. 20. Octobris.*
Johannis de Lechtes militis ad magistrum Livoniae eiusdem argumenti epistola.
Bunge V. Nr. 2648. p. 904. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1049. p. 234. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1365. p. 81.

1261. *Rigae, 23. Octobris.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. de eadem causa litterarum pacis cum Polonis per ordines Livoniae obsignandarum scribit.
Bunge V. Nr. 2649. p. 905. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1050. p. 235. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1366. p. 81.

1262. *Rigae, 23. Octobris.*
Idem eidem archiepiscopum Rigensem, episcopum et civitatem Revalenses, sigilla hactenus non misisse nuntiat.
Bunge V. Nr. 2650. p. 906. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1051. p. 235. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1367. p. 81.

1263. *Tukum, 25. Octobris.*
Idem eidem sigilla quaedam ad litteras pacis cum Polonis obsignandas transmittit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1052. p. 235. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1368. p. 81.

1264. *Goldingen, 28. Octobris.*
Idem eidem se ipsum episcopi Revalensis sigillum allaturum significat.
Bunge V. Nr. 2652. p. 908. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1053. p. 235. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1369. p. 81.

1265. *Przyssow, 2. Novembris.*
Arnoldus de Koprzywno se castrum Drahim a rege Poloniae tenere testatur.
Raczyński, Cod. Maioris Pol. Nr. 113. p. 150.

1266. *Gniewkow, 2. Novembris.*
Articulus quidam, quem legati regis Poloniae ad pacem Melnensem addendum censebant.
Toeppen, Acten I. Nr. 317. p. 398.

1267. *S. l. 4. Novembris.*
Litterae quaedam, in quibus Witoldus dominus et rex Bohemiae appellatur.
Archiv Česky I. p. 217.

1268. *S. l. a. et die. Pontif. anno VI. (11. Novembris 1422—11. Novembris 1423).*
Martinus V. papa Wladislao regi a se, ipso petente, Alexandrum, praepositum Gnesnensem, episcopum Tridentinum renuntiatum et praepositcuram Gnesnensem Miroslao Kielczoni, cubiculario suo, datam esse significat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 3.

1269. *Heidelberg, 14. Novembris.*
Ruprechtus palatinus Constantiae civitati scribit deque reditu ex Prussia Ludovici patris sui mentionem facit.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 212. p. 256.

1270. *Niepołomice, 23. Novembris.*
Wladislai regis Poloniae edictum de moneta, terris Russiae impertitum.
AGZ. IX. Nr. 24. p. 33.

1271. *Tachau, 26. Novembris.*
Fridericus marchio Brandenburgensis principibus Bavariae de bello cum Hussitis scribit deque auxiliis Polonorum ad Karlstein pugnantibus commemorat.
Palacky, Urkd. Beitr. II. App. Nr. 13. p. 499.

1272. *Opaviae, 12. Decembris.*
Marsalcus o. T. Ludovicus de Lanszen magistro generali inter cetera de studiis Sigismundi regis Romanorum pacis inter Poloniam et Ordinem procurandae scribit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 42. p. 25.

1273. *Posonii, 26. Decembris.*
Idem eidem de magno contra Poloniam foedere contracto refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 43. p. 26. — **Cf.** ibid. Nr. 46. p. 30.

1274. *Romae, s. a. et die.*
Martinus V. papa Friderico marchioni Brandenburgensi litteras ad Jagellonem et Witoldum, quibus ipsos monet, ut Sigismundum Coribut e Bohemia revocent, transmittit mandatque ei, ut eas ad illos deferendas curet.
Raynald, Ann. Tom. IX. p. 65. ad annum impossibilem 1428. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1455. p. 97. ad a. 1428. — **Cf.** Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 115. p. 187.

1275. *S. l. a. et die.*
Testamentum Basilii, m. ducis Moscoviae, in quo uxorem suam filiumque Witoldo commendat.
Rumiancow, Sobranie hosud. hramot I. p. 82. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 308.

1276. *S. l. a. et die.*
Wladislaus, rex Poloniae, magistro generali scribit, ut arcem Drahim Sandivogii Ostrorog, palatini et capitanei generalis Maioris Poloniae, filio restituat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 279. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 302. — **Cf.** litteras dd.: 4. Octobris 1423. in Raczyński, Cod. Maior. Pol. Nr. 115.

1277. *S. l. et die.*
Processus commissionis iudiciariae inter Wladislaum Pol. regem et magistrum Cruciferorum ratione limitum. *(sic).*
Reg. Gołębiowski I. p. 301. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 82. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1371. p. 82. (?)

1278. *S. l. et die.*
Instrumentum notarii publici testimonia trium testium de limitibus inter regnum Poloniae et Novam Marchiam continens. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 177. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 301.

1279. *S. l. et die.*
Magister generalis o. T. pollicetur se curaturum, ut archiepiscopus Rigensis et episcopus Dorpatensis cum suis civitatibus pacem Melnensem approbent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 83.

1280. *S. l. et die.*
Wenceslai et Premislai, ducum Oświęcimensium litterae super cessionem Kenty. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent p. 229.

1281. *S. l. a. et die.*
Wladislaus, rex Poloniae, Johanni, magistro generali ordinis S. Mariae in monte Carmeli, de furto quodam, in monasterio Posnaniensi a priore eiusdem commisso, scribit et Andream quendam priorem eiusdem monasterii constituendum ei commendat.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 145. p. 220.

1282. *S. l. a. et die.*
Idem Swidrigelloni duci 1600 marcas singulis annis persolvendas in salis fodinis Bochnensibus et Wielicensibus inscribit.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 37. p. 75.

1283. *Biecz s. a. et die.*
Wladislai, regis Poloniae, litterae ad dolorem ipsius ex morte Johannis, ducis Masoviensis, declarandum principi cuidam scriptae.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 21. p. 55.

1284. *S. l. a. et die (ante a. 1423).*
Albertus Jastrzębiec, episcopus Cracoviensis, rumores de Johanne Odrowąż, secretario regis, percrebrescentes calumnias esse declarat
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 8. p. 55.

1423.

1285. *Posonii, 5. Januarii.*
Conradus episcopus Wratislaviensis et Primko dux Opaviensis suo ceterorumque Silesiae principum nomine se ad ineundum contra Poloniam foedus paratos declarant.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 44. p. 28.

1286. *Posonii, 6. Januarii.*
Ludovicus von Lanssen marsalcus o. T. magistro generali de sancito contra Poloniam et Lithuaniam foedere refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 45. p. 28.

1287. *Wratislaviae, 28. Januarii.*
Idem Sigismundo Romanorum regi scribit eumque de insidiis Polonorum praemonet.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 47. p. 34.

1288. *Wratislaviae, 29. Januarii.*
Idem magistro generali o. T. scribit nuntiatque se de consiliis Wladislai et Witoldi contra Ordinem, Sigismundum sociosque foedus cum Hussitis, Turcis et Tartaris ineundi certiorem factum esse.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1374. p. 82.

1289. *Circa stagnum Thur, 29. Januarii (feria 6. ante f. Purificationis).*
Wladislaus, rex Poloniae, baronibus Hungariae se de proposita conventione consentire significat.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 299. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski II. p. 4. — **Reg.** Prochaska, Cod. Vit. Nr. 1065.; die: 5. Februarii notato.

1290. *Bistritze, 2. Februarii s. a.*
Fridericus Donin, Nickel Wilke et Popo Kokeritz magistrum generalem o. T. rogant, ut se e vinculis Lithuanis liberandos curet.
Bunge V. Nr. 2679. p. 945.

1291. *Wratislaviae, 4. Februarii.*
Conradus, episcopus Wratislaviensis, sententiam Wratislaviensem Sigismundi Romanorum regis, in causa Polonorum et Cruciferorum latam, una cum litteris ad eam spectantibus, transsumit.
Sommersberg, SS. rer. Siles. III. p. 80.

1292. *Wittenbergae, 25. Februarii.*
Fridericus marchio Brandenburgensis Friderico marchioni Misnensi debitam sibi pecuniam remittit, si regem Romanorum contra regem Poloniae adiuturus sit.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars II. Tom. III. Nr. 1437. p. 445.

1293. *Yn der Lewcz, 26. Februarii.*
Erasmus Peseler et Peter Stronchyn, nuntii Wratislaviae, senatui Wratislaviensi de gestis suis referunt deque conventione regis Romanorum et regis Poloniae proposita mentionem faciunt.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 48. p. 36.

1294. *Romae, 27. Februarii.*
Martinus V. papa Ferdinandum, episcopum Lucensem, legatum suum ad pacem inter regem Romanorum et Poloniam procurandam constituit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 17. Tom. VIII. p. 570.; die: 18. Februarii notato. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 363. p. 204.

1295. *S. l. a. et die (Februario vel Martio).*
Wladislaus rex Poloniae Sigismundo Romanorum regi respondet significatque se desideriis eius, ut causam suam cum Cruciferis usque ad futuram conventionem differat, obtemperaturum.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 121. p. 193.

1296. *Rigae, 12. Martii.*
Magister Livoniae senatui Revalensi mandat, ut sigillum civitatis ad litteras pacis cum Polonis obsignandas sibi transmittat.
Bunge V. Nr. 2695. p. 966.

1297. *Kesmark, 14. Martii.*
Nuntii Wratislavienses senatui Wratislaviae de pactionibus, inter Sigismundum regem Romanorum et regem Poloniae inceptis, scribunt.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 49. p. 36. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 257. p. 282.

1298. *In Antiqua Villa, 19. Martii.*
Sigismundi regis Romanorum salvus conductus Wladislao regi et consiliariis eius secum conveniendi in villa Szlamowice vel ubivis locorum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 24. — **Reg.** Sommersberg, SS. rer. Siles. II. Mantissa p. 82. — **Cf.** alias litteras ibidem sine die.

1299. *In Antiqua villa, 19. Martii.*

Salvus conductus eisdem a proceribus regni Hungariae datus.

Reg. Gołębiowski I. p. 315. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 23. sine die. — **Reg.** Sommersberg, SS. rer. Siles. II. Mantissa p. 82. s. l. a. et die.

1300. *Romae, 23. Martii.*

Martinus V. papa Andreae episcopo Posnaniensi ad curiam Romanam et ad consilium Papiense venienti salvum conductum concedit.

Theiner, MM. Pol. II. Nr. 32. p. 26.

1301. *Leutschoviae, 27. Martii.*

Nuntii Wratislavienses senatui Wratislaviensi de actionibus inter Polonos, Cruciferos et regem Romanorum secunde gestis scribunt significantque fore, ut rex Romanorum nunc et res Wratislavienses expediat.

(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 50. p. 37. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 261. p. 285.

1302. *S. l. et a. 28. Martii.*

Polonorum Cruciferorumque actiones ad pacem Melnensem constituendam pertinentes.

Toeppen, Acten I. Nr. 323. p. 406.

1303. *Kesmark, 30. Martii.*

Pactio inter Sigismundum regem Romanorum et Poloniam Lithuaniamque inita (Litterae Sigismundi).

Dogiel, Cod. dipl. Pol. I. p. 52. — Wagner, Analecta I. Nr. 5. p. 14. — Katona, Hist. Crit. XII. p. 403. — **Reg.** Sommersberg, SS. rer. Siles. II. Mant. p. 82. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 23.

1304. *Kesmark, 30. Martii.*

Eiusdem pactionis litterae regis Poloniae.

Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 300. — Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 120. p. 206.

1305. *Kesmark, 31. Martii.*

Sigismundus, rex Romanorum, Petro de Cravar aliisque Moraviensibus de pactionibus cum Polonis Lithuanisque initis, de auxiliis ab eisdem ipsi contra Hussitas promissis deque Sigismundo Coribut sub suo salvo conductu e Bohemia revertente scribit.

Reg. Palacky, Urkd. Beitr. II. App. Nr. 15. p. 504.

1306. *Leutschoviae (Letwotzowic), 8. Aprilis.*

Idem Brandae cardinali de pactionibus foedereque contra Hussitas cum Jagellone et Witoldo initis nuntiat hortaturque eum, ut et Germaniam ad arma vocet.

Martène et Durand, Thesaurus Anecd. II. p. 1713. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 235. p. 283. — **Reg.** (Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 51. p. 37.

1307. *Leutschoviae, 9. Aprilis.*

Sigismundus, Romanorum rex, una cum Wladislao, rege Poloniae, in finibus regni congressus, testatur Wladislaum falso fuisse insimulatum, quod haereticis favisset.

Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1074. p. 503. sine die, adscripto tamen: 30. Martii. — **Reg.** Sommersberg, SS. rer. Siles. II. Mant. p. 86.; die: 8. Aprilis notato. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 315. — **Reg.** Dudik, Forschungen in Schweden App. I. p. 455. sine l. a. et die. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 33. — **Cf.** litteras Friderici Brandenburgensis dd. 10. Aprilis h. a. in Voigt, Gesch. Preuss. VII. p. 457. nota 3. commemoratas.

1308. *Cassoviae, 22. Aprilis.*

Idem episcopum Ratisbonensem hortatur, ut una cum rege Poloniae et principibus Lithuaniae, Saxoniae, Austriae aliisque bello contra Hussitas proposito intersit.

Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 268. p. 295. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 236. p. 285., ubi litterae eiusdem tenoris etiam ceteris ordinibus imperii missae commemorantur.

1309. *Cassoviae, 29. Aprilis.*

Georgius, episcopus Passoviensis, Conrado, archiepiscopo Moguntiae, de pactionibus regis Romanorum et regis Poloniae scribit, quas nuntii Adolphus de Nassau et Michaël de Wertheim ipsi latius expondituri sint.

Gudenus, Cod. dipl. Mogunt. IV. Nr. 61. p. 150. — **Reg.** (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. p. 284. nota 1.

1310. *S. l. a. et die (in Aprili).*

Witoldus, m. dux Lithuaniae, Bohemis respondet, quibus causis ductus ad ipsos non venturus sit, significatque se cum rege Romanorum foedus contra eos iniisse.

Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 262. p. 286.; dato: in Martio suppleto. — **Reg.** Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1076. p. 584. — De dato cf. Lewicki (Ein Blick in die Politik K. Sigmunds p. 25. et in) Archiv f. ö. Gesch. T. LXVIII. p. 351. notam 2.

1311. *S. l. a. et die (in Aprili).*

Sigismundus, rex Romanorum, Albrechto duci Austriae de amicitia cum rege Poloniae inita belloque contra Hussitas proposito scribit.

Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 263. p. 288.

1312. *Cassoviae, 1. Maii.*

Sigismundus, rex Romanorum, Lubecae civitati nuntios suos Henricum Oln et Laurentium Herlicht commendat, qui de societate cum Jagellone et Witoldo inita nec non de bello contra Hussitas proposito relaturi sint.

Urkdbuch der St. Lübeck VI. Nr. 516. p. 519. — **Reg.** (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 237. p. 286.

1313. *Cassoviae, 3. Maii.*
Eiusdem litterae salvi conductus cuidam Appel Witzthum datae, qui ex Cracovia 200 boves Friderico Saxoniae duci traducturus sit.
Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 270. p. 298.

1314. *Boppard, 12. Maii.*
Electores imperii Rhenani Argentinae civitati de societate regis Romanorum cum Jagellone et Witoldo inita nec non de bello contra Hussitas proposito scribunt hortanturque eam, ut bello eidem intersit.
(Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 240. p. 288.

1315. *Moguntiae, 15. Maii.*
Branda Cardinalis, apostolicae sedis legatus, episcopum Ratisbonensem ad expeditionem cruciatam praedicandam invitat, cuius una cum aliis principibus etiam rex Poloniae et m. dux Lithuaniae participes futuri sint.
Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 272. p. 299. — (Kerler in) D. Reichstagsacten VIII. Nr. 243. p. 291.

1316. *Culm, 17. Maii.*
Pauli de Rusdorf, magistri Cruciferorum, litterae continentes rationem finium regundorum cum regno Poloniae. *(sic).*
Reg. Gołębiowski I. p. 316. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 83.

1317. *S. l. a. et die (in Maio?)*
Idem Witoldo, m. duci Lithuaniae, de eodem argumento scribit.
Gołębiowski I. p. 556. — Krupowicz, Zbiór dypl. Nr. 13. p. 14. s. l. a. et die.

1522. *Romae, 16. Februarii.*
Idem Wladislao, regi Poloniae, de eodem argumento scribit.
Krupowicz, Zbiór dypl. Nr. 12. p. 12. s. a. et die. — Reg. Gołębiowski I. p. 558.

1523. *Kirchholm, 12. Martii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. litteras commendatoris Dünaburgensis de legatis Neogardiensibus Witoldo missis transmittit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1221. p. 265. — Reg. Hildebrand VII. Nr. 581. p. 403.

1524. *Waldau, 30. Martii.*
Marsalcus ord. Teut. magistro generali de litteris quibusdam pacificis regis Poloniae scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1439. p. 93.

1525. *Romae, 8. Aprilis.*
Martinus V. papa Wladislao, regi Poloniae, in negotio Stanislai Ciołek ad episcopatum Posnaniensem promovendi graviter acerbeque scribit.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 105. p. 186.

1526. *Medicae, 5. Maii.*
Wladislaus, rex Poloniae, arbitros quosdam ad designandos terrarum suarum et Ordinis limites constituit.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 571. p. 842. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 197. p. 137. — Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1218. p. 769. sine l. a. et die. — Reg. Sommersberg SS. rer. Siles. II. Mant. p. 82. — Reg. Gołębiowski I. p. 328. — Reg. Rykacz. Invent. p. 24. s. die et p. 83., die: 4. Maii notato.

1527. *Romae, 6. Junii.*
Martinus V. papa regem Poloniae de calumniis consolatur et ne adulatoribus aurem praebeat, hortatur.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 106. p. 188.

1528. *Mediolani, 7. Junii.*
Philippus Visconti, dux Mediolanensis, regi Poloniae se de filii eius morte dolorem socium capere testatur.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 110. p. 195.

1529. *Belz, 25. Junii.*
Semovitus, Casimirus et Wladislaus, Masoviae duces, de terris distribuendis inter se paciscuntur.
Cod. Masov. Nr. 163. p. 172.

1530. *Haliciae, 29. Junii.*
Barones et nobiles Rutheni Sniatinensis et Haliciensis districtuum regi Poloniae, filio filiaeque et tutoribus eorum fidem spondent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 253. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1432. p. 93. s. a. et die.

1531. *Haliciae, 29. Junii.*
Nobiles et incolae terrae Haliciensis nec non terrarum Russiae Wladislao regi et filio successoribusque eorundem fidem spondent.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 116. p. 202. s. l. a. et die. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 332. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 253.

1532. *Premisliae, 22. Julii.*
Fideiussio Wladislao regi pro »statutione« Johannis de Rzeszow, filiastri archiepiscopi Leopoliensis, quem rex e vinculis captivitatis emittit. (sic)
Reg. Rykacz. Invent. p. 389.

1533. *Twer, 3. Augusti.*
Borys Alexandrowicz, magnus dux Twerensis, cum Witoldo, m. duce Lithuaniae, foedus sancit.
Muchanow, Sbornik Nr. 1. p. 1.; falso anno a m. c.: 6901. id est 1393. adscripto. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 33. p. 46. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 499.

1534. *Romae, 18. Augusti.*
Martinus V. papa Andreae Pfaffendorf Thorunii et Andreae Slommaw Gedani plebanis praecipit, ut contra haereticos verbum crucis praedicent.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 49. p. 35. — **Reg.** Woelky, Urkdb. d. B. Culm I. 2. Nr. 542. p. 434.

1535. *Wiślica, 19. Augusti.*
Wladislaus, rex Poloniae, vectigalia pro Dunajec et Vistula fluminibus traiciendis a Sandecensibus persolvenda constituit.
AGZ. IX. Nr. 30. p. 41.

1536. *Romae, 11. Septembris.*
Martinus V. papa apud Sigismundum, regem Romanorum, se excusat, cur ipso incosulto apud regem Poloniae et m. ducem Lithuaniae de concordia cum Bohemis conciliandа agitaverit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 10. Tom. IX. p. 54. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 365. p. 205. — **Vers. Pol.** Danil. Skarb. II. Nr. 1447. p. 95.

1537. *Romae, 25. Octobris.*
Martinus V. papa ad ecclesiam contra haereticos defendendam beneficiis ecclesiasticis decimam imponit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 85. sine die. — Diem ex ipsis litteris in archivo Czartorysciano sub Nr. 364. repertis addidi.

1538. *Elbingae, 8. Novembris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo inter alia legatos de finibus prope Drezdenko et Jesnitz designandis ad Jagellonem et Witoldum mitti placitum est.
Toeppen, Acten I. Nr. 380. p. 495.

1539. *S. l. a. et die (Francofurti, 2. Decembris).*
Species consulti ordinum imperii Romani de bello Hussitico, quo inter alia legati, ad principes christianos, in eisque ad regem Poloniae et m. ducem Lithuaniae, mittendi, proponuntur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 72. p. 88.

1540. *Francofurti, 2. Decembris.*
Ordinum imperii Romani de bello Hussitico consultum, quo inter alia placitum est, ut rex Poloniae et m. dux Lithuaniae ad pecunias in bellum Hussiticum colligendas hortentur.
Janssen, Frankf. Reichscorr. I. Nr. 1260. p. 815. (teuton.). — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 492. p. 573. (latine). — (Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 76. p. 103. (lat. et teut.).

1541. *Troki, 31. Decembris (in vigilia Circumcisionis a. 1428).*
Wladislaus, rex Poloniae, negotium finium Poloniae et Prussiae prope Drezdenko designandorum in quosdam nobiles suos compromittit.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 333. — Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 198. p. 138. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 328. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 84. — **Cf.** reg. Prochaska, Cod. Vit. Nr. 1308. p. 788 et Raczyński l. c. p. 328.

1542. *Leopoli, s. a. et die.*
Wladislaus, rex Poloniae, incolis terrae Luceoriensis, catholicis atque Ruthenis, privilegia confirmat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1429. p. 92.

1543. *S. l. et die.*
Nobiles et incolae districtus Kołomiensis Wladislao, regi Poloniae, filio filiaeque et tutoribus eorum fidem spondent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 253.

1544. *S l. et die.*
Proceres et nobiles terrae Leopoliensis eisdem fidem spondent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 253.

1545. *S. l. et die.*
Incolae districtus Haliciensis et Premisliensis eisdem fidem spondent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 253. — **Cf.** NNr. 1530. 1531.

1546. *S. l. et die.*
Nobiles districtus Trębowliensis eisdem fidem spondent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 253. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1431. p. 93.

1547. *S. l. et die.*
Nobiles districtus Sanocensis eisdem fidem spondent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 253.

1548. *Cracoviae, s. die (1427?)*
Swentopelk de Gorzew suo et Nicolai de Ruszcza fratris sui germani nomine Wladislao regi contra omnes hostes, excepto Bernardo duce Opoliensi, fidem promittit.
Reg. Gołębiowski I. p. 332.

1549. *S. l. a. et die.*
Aliquot litterae Witoldi magistro generali de suis cum Ordine pactionibus missae.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1446. p. 96. **Cf.** notam ibid.

1428.

1550. *S. l. a. et die (1. Januarii?)*
Sigismundus, rex Romanorum, Witoldum, m. ducem Lithuaniae, de fama manante, verumne sit illum et Jagellonem Sigismundo Coribut opem tulisse exercitumque in Silesiam missuros esse, interrogat.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 115. (B) p. 199. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 496. p. 583.

1551. *Romae, 4. (?) Januarii (X. (!) Idus Januarii).*
Martinus V. papa Sigismundo Kiejstutowicz, Witoldi fratri, si moriturus sit, gratias quasdam spirituales largitur.
Reg. Gołębiowski I. p. 552.

1552. *Dawgy, 25. Januarii (in conversione S. Pauli).*
Witoldus, m. dux Lithuaniae, Sigismundo caesari ad litteras sub Nr. 1550. et alias quasdam, de marchione Brandenburgensi, de Sigismundo Coribut, de consiliis sibi et Jagelloni contra Silesiam minus iuste insinuatis, cett., respondet.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 115. (C) p. 200. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 498. p. 585. — **Reg.** Prochaska, Cod. Vit. Nr. 1315., die: 28. Januarii adscripto.

1553. *S. l. a. et die (circa 16. Februarii).*
Idem Brandae cardinali, quod Stanislaum Ciołek in episcopatum Posnaniensem promovendum curaverit, gratias agit.
Caro, Lib. Cancell. I. Nr. 122. (B) p. 211.

1554. *S. l. a. et die (post 18. Martii).*
Anonymus quidam magistro generali o. T. de rebus in Silesia gestis refert deque Polonorum quibusdam in Sigismundum caesarem consiliis commemorat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 80. p. 58. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 508. p. 601.

1555. *Calissiae, 1. Aprilis.*
Wladislaus, rex Poloniae, Conrado Kantner, duci Oleśnicensi, de rationibus a se contra Hussitas initis scribit, nuntios de rebus in Silesia gestis ab eo postulat, bellum in Silesia male gestum principibus exprobrat.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 83. p. 60. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 511. p. 604.

1556. *Elbingae, 12. Aprilis.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo de rebus Lithuanis atque de magistri generalis o. T. cum rege Poloniae conventione subsecutura fit mentio.
Toeppen, Acten I. Nr. 383. p. 501.

1557. *Prozelten, 22. Aprilis s. a.*
Anonymus quidam magistro generali o. T. inter cetera de regis Poloniae ad electores imperii legatis, per Germaniam proficiscentibus, scribit.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 128. p. 163.

1558. *S. l. a. et die (ineunte Maio).*
Martinus V. papa Sigismundum caesarem graviter hortatur, ut Hussitas tandem armis comprimat.
(Lewicki, Ein Blick p. 4. in) Archiv f. ö. Gesch. LXVIII. Nr. 1. p. 330. **Cf.** ibid. p. 75. [401.], notam 1.

1559. *Romae, 12. Maii.*
Procurator ordinis Teut. Johannes Tiergarth magistro generali inter alia de causa ordinis et episcopi Wladislaviensis refert.
Hildebrand VII. Nr. 711. p. 503.

1560. *Graudentii, 14. Maii.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae scribit deque itinere ab eodem magistro ad Witoldum suscipiendo commemorat.
Hildebrand VII. Nr. 712. p. 508.

1561. *Graudentii, 14. Maii.*
Idem eidem inter alia de sua cum rege Poloniae conventione habenda scribit.
Hildebrand VII. Nr. 713. p. 509. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1245. p. 270.

1562. *S. l. a. et die (post 3. Junii).*
Sigismundus, rex Romanorum, Martino V. papae ad litteras sub Nr. 1558. respondet petitque ab eo, ut regem Poloniae ad arma contra Hussitas movenda hortetur.
(Lewicki, Ein Blick p. 5. in) Archiv f. ö. Gesch. LXVIII. Nr. 2. p. 331. **Cf.** ibidem p. 75. [401.].

1563. *S. l. (Neogardiae), 5. Junii.*
Mercatores Teutonici Neogardienses Dorpat civitati scribunt deque bello Neogardiae a Witoldo indicto commemorant.
Hildebrand VII. Nr. 716. p. 511.

1564. *Gnesnae, 14. Junii.*
Warsilius de Ostrow regi Poloniae et filiis eius fidem iureiurando spondet.
Reg. Rykacz. Invent. p. 177.

1565. *Marieburgi, 15. Junii.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae scribit litterasque quasdam Witoldi transmittit.
Hildebrand VII. Nr. 718. p. 512.

1566. *Elbingae, 16. Junii.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo iter Lithuanicum commemoratur.
Toeppen, Acten I. Nr. 385. p. 506.

1567. *Wilnae, 29. Junii.*
Wladislaus, rex Poloniae, »ad obtinendam contributionem pro eximendis bonis regiis in ducatu Lithuaniae ac exsolutionem stipendii militibus debiti«, nobilibus Lithuanis de quibusdam articulis cavet.
Reg. Rykacz. Invent. p. 380.

1568. *S. l. a. et die (ineunte Julio?)*
Martinus V. papa, petente Sigismundo caesare, regem Poloniae hortatur, ut eundem caesarem contra Hussitas adiuvet.
(Lewicki, Ein Blick p. 6. in) Archiv f. ö. Gesch. LXVIII. Nr. 3. p. 332. **Cf.** ibid. p. 75. [401.] — **Cf.** Nr. 1562.

1569. *S. l. 21. Julii.*
Episcopus Lebussiensis marchioni Brandenburgensi Friderico respondet Francofurtum a. O. civitatem contributionem Hussiticam non prius se soluturam asserere, quam archiepiscopus suus Gnesnensis sibi id faciendum commiserit.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. p. 237. nota 1.

1570. *Romae, 28. Julii.*
Nicolaus Kettel, clericus Posnaniensis, haeresim Wicleffi et Hussi abiurat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 50. p. 37.

1571. *S. l. et die (ineunte Augusto?)*
Wladislaus, rex Poloniae, Martino V. papae ad litteras sub Nr. 1568. respondet se a Sigismundo caesare ipso adhuc prohibitum fuisse, quominus contra Hussitas arma capiat, nunc vero se papae petenti libenter obsecuturum.
(Lewicki, Ein Blick p. 8. in) Archiv f. ö. Gesch. LXVIII. Nr. 4. p. 334. **Cf.** ibid. p. 76. [402.] notam 1.

1572. *S. l. a. et die (ineunte Augusto?)*
Idem Sigismundo caesari se ad preces eius ad arma contra Hussitas capienda paratum esse significat.
(Lewicki, Ein Blick p. 11. in) Archiv f. ö. Gesch. LXVIII. Nr. 5. p. 337. **Cf.** ibid. p. 76. [402.].

1573. *Nowogrodek, 22. Augusti.*
Witoldus magistro generali o. T. sententiam suam in causa regis Poloniae et Ordinis longius dilatam esse nuntiat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1461. p. 99.

1574. *S. l. a. et die (ineunte Septembri?)*
Sigismundus, rex Romanorum, regi Poloniae ad litteras sub Nr. 1572. respondet eique castra in Bohemia oppugnanda et summam imperii in bello Hussitico offert.
(Lewicki, Ein Blick p. 12. in) Archiv f. ö. Gesch. LXVIII. Nr. 6. p. 338.

1575. *Iljed, 11. Septembris.*
Caspar Schlick senatui Francofurtensi scribit deque Zawisza Nigro mortuo mentionem facit.
Aschbach, K. Sigismund III. App. XII. p. 413. — Palacky, Urkd. Beitr. I. Nr. 540. p. 639.

1576. *S. l. a. et die (ineunte Octobri?)*
Wladislaus, rex Poloniae, Hussitis bellum annuntiat.
(Lewicki, Ein Blick p. 13. in) Archiv f. ö. Gesch. LXVIII. Nr. 7. p. 339.

1577. *Lebussii, 16. Octobris.*
Episcopus Lebussiensis marchioni Brandenburgensi Friderico Francofurtum a. O. civitatem contributioni Hussiticae solvendae resistere nuntiat, quia ab archiepiscopo suo Gnesnensi ad eam solvendam non sit admonita.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 195. p. 237. — **Cf.** Nr. 1569.

1578. *Mihuld, 18. Novembris.*
Sigismundus, rex Romanorum, papae scribit conqueriturque inter cetera, quod Witoldum ad adiuvandum archiepiscopum Rigensem et capitulum eius, ordini inimicos, hortatus sit.
Hildebrand VII. Nr. 763. p. 539.

1579. *Rownemborch, 29. Decembris.*
Archiepiscopus Rigensis apud Fridericum, marchionem Brandenburgensem, contributionem Hussiticam non solutam bello, a Ruthenis infidelibus sibi imminente, excusat.
Reg. (Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 204. p. 247.

1580. *S. l. a. et die.*
Magister Livoniae apud regem Romanorum se excusat sese contra Hussitas arma non cepisse, quod pericula sibi a Pskow, Neogardia, Lithuanis Polonisque immineant.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1237. p. 268. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1457. p. 97.

1581. *Korczyn s. die.*
Wladislaus rex Jacobo palatino Siradiensi et Kachnae consorti suae, Johannique et Praedborio filiis, ob praestita ab eadem Kachna

servitia in vigiliis et sollicitudinibus operosis in educatione filiorum regis, dum adhuc in infantia essent et lacte nutrirentur, castrum Lelow confert. *(sic)*

Reg. Gołębiowski I. p. 333. — Reg. Rykacz. Invent. p. 200.

1429.

1582. *Luceoriae, 18. Januarii.*
Wladislaus, rex Poloniae, commendatori Thoruniensi de promotione eius gratulatur.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 335.

1583. *Luceoriae, 29. Januarii.*
Sigismundus, rex Romanorum, in conventione Luceoriensi Gorlice oppido Lusatiae ius monetae cudendae confert.
Oberlaus. Urkdbuch Nr. 800. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 564. p. 10. Cf. ibid. Nr. 565.

1584. *Cracoviae, 8. Februarii.*
Hannos Steinkeller senatui Wratislaviensi de conventione Luceoriensi refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 113. p. 83. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 569. p. 16.

1585. *S. l. a. et die (Norimbergae post 4. Martii).*
Libellus declarationum de contributione Hussitica comitiis propositarum, quo episcopum Lebussiensem non prius se contributionem soluturum, quam ab archiepiscopo Gnesnensi admoneretur, significasse probatur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 209. p. 256.

1586. *Romae, 18. Aprilis (XIV. Kal. Maii).*
Martinus V. papa abbatem Clarae Tumbae et decanos Gnesnensis et Wratislaviensis capituli iurium universitatis Cracoviensis conservatores constituit.
Zbiór dypl. klaszt. Mogilskiego Nr. 124. p. 109. — Cod. Univ. Crac. I. Nr. 85. p. 165.; dato: 12. Aprilis soluto.

1587. *Posonii, 5. Maii.*
Sigismundus, rex Romanorum, Bartfensibus praecipit, ut propter conventionem Hungarorum et Polonorum in oppido Ofalu proxime habendam, iniurias sibi a Polonis illatas per legatos ipsi proponant.
Katona, Hist. Crit. XII. p. 526.

1588. *S. l. 12. Junii.*
De actionibus commendatoris Thoruniensis cum rege Poloniae Gnesnae, de finibus Novae Marchiae, praesertim de Drezdenko oppido, habitis, relatio.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 80. p. 335. — Reg. Prochaska, Cod. Vitoldi Nr. 1359. p. 839. ex ipsis litteris manu scriptis.

1589. *S. l. (Posnaniae), 2. Julii.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae pro exstirpandis haereticis subsidium charitativum concedit.
Reg. Łukaszewicz, Opis hist. kościołów paraf. I. p. XCII.

1590. *Leske, 3. Julii.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae de Taboritarum cum caesare conventione atque indutiis initis scribit deque consilio Prussiam invadendi a Polonis expromto commemorat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 25. p. 15.

1591. *Anagni, 12. Julii.*
Procurator ordinis Teut. Caspar Wandofen magistro generali suadet, ut episcopum Cubantem homicidio, alios inimicos ordinis veneno e medio tolli iubeat, curiam Romanam vero, Polonorum more, pecunia placet.
Hildebrand VIII. Nr. 36. p. 27. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1269. p. 274.

1592. *Drawenborch, 19. Julii.*
Advocatus Novae Marchiae magistro generali o. T. Drezdenko castrum a se munitum esse nuntiat.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars I. Tom. XVIII. Nr. 81. p. 336.

1593. *Supino, 23. Augusti.*
Procurator ordinis T. Caspar Wandofen magistro generali de suis in curia gestis refert Witoldumque ab archiepiscopo Rigensi protectorem contra Ordinem constitutum esse commemorat.
Hildebrand VIII. Nr. 69. p. 49.

1594. *Posonii, 7. Septembris.*
Sigismundus, rex Romanorum, ordini Teutonico Novam Marchiam adiudicat.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Pars II. Tom. IV. Nr. 1527. p. 103. — Strehlke, Tabulae ord. Teut. Nr. 213. p. 204. — **Fragm.** Gerken, Cod. dipl. Brand. V. p. 254. — **Cf.** ibid. passim alias litteras super eodem argumento.

1595. *Romae, 19. Septembris.*
Martinus V. papa archiepiscopo Gnesnensi praecipit, ut Wladislao regi de mandatis quibusdam, libertati ecclesiasticae contrariis, revocandis, persuadere studeat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 51. p. 37.

1596. *Romae, 11. Octobris (V. Idus Octobris pontif. anno XII.).*
Martinus V papa regi Poloniae scribit monetque eum, ne pravis consiliariorum suorum consiliis in rebus ecclesiasticis aurem praebeat, quaedam mandata revocet et Brandam cardinalem in pacifica archidiaconatus Gnensnensis possessione defendat.
Gołębiowski I. p. 558.; die: VII. Kal. Xbr. Pont. a. XIII. adscripto. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 52. p. 37. — **Fragm.** Raynald ad a. 1429. Nr. 13. Tom. IX. p. 76.; adscripto dato: VII. Kal. Sept. pont. a. XIII. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1482. p. 103. — **Cf.** Raynald ib. Nr. 14. et Danił. Skarb. II. Nr. 1483. — **Cf.** Nr. 1595.

1597. *Kieś (Wenden) s. die (Novembri exeunte vel ineunte Decembri).*
Magister Livoniae magistro generali o. T. scribit deque praelatorum Livoniae in Polonos voluntatibus propensis, novissimo bello exhibitis, mentionem facit.
Hildebrand VIII. Nr. 123. p. 78.

1598. *Kozienice, 2. Decembris.*
Johannes de Szczekociny, castellanus Lublinensis, regi Poloniae obtento capitaneatu Dobrinensi ad certa officia exsequenda se adstringit.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. dipl. Pol. II. Nr. 381. p. 446.

1599. *Kozienice, 2. Decembris.*
Idem eidem pollicetur se capitaneatum Dobrinensem fideliter conservaturum nec non filio et filiae eius fidem spondet.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. dipl. Pol. II. Nr. 382. p. 447. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 333.

1600. *S. l. a. et die (Posonii, 4—13. Decembris).*
Libellus in comitiis Posoniensibus conscriptus, quo causam Witoldi coronandi a Sigismundo caesare ordinibus Germaniae propositam esse probatur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 286. p. 365.

1601. *Posonii, 30. Decembris.*
Conradus archiepiscopus Moguntinus et Fridericus marchio Brandenburgensis Witoldo ad litteras eius, caesari et Friderico scriptas, respondent famamque apud Polonos percrebrescentem de caesare propter causam Hussiticam segniter gestam removendo veram esse negant.
Osio, Documenti diplomatici II. Nr. 353. p. 478. — (Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 284. p. 355.

1602. *S. l. a. et die.*
Witoldus Sigismundo, regi Romanorum, de suis cum proceribus Polonis de corona regia accipienda actionibus accurate scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1475. p. 101. **Cf.** notam ibidem.

1430.

1603. *Jedlno, 4. Martii.*
Wladislaus, rex Poloniae, nobilibus Polonis magnum privilegium confert.
Długosii Hist. h. a. Tom. IV. p. 391. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 177. — **Cf.** Caro, Gesch. IV. p. 38. notam et Caro, Lib. Cancell. I. p. 116.

1604. *Jedlno, 4. Martii.*
Proceres regni Poloniae consentiente Witoldo unum de filiis Wladislai, regis Poloniae, rege mortuo se electuros, dummodo iura

confirmet, pollicentur, contra alios, qui has litteras confringere aut haeresim fovere voluerint, conspirant.
Reg. Rykacz. Invent. p. 177.

1605. *Sandomiriae, 10. Martii.*
Wladislaus, rex Poloniae, archiepiscopatui Leopoliensi omnia iura, quibus ecclesia Gnesnensis fruitur, confert.
AGZ. IV. Nr. 79. p. 142. — **Reg.** AGZ. X. Nr. 62. p. 4.

1606. *S. l. 16. Martii.*
Lewin von Wirsberg commendatori de Kalau fratri suo de expeditionibus Hussitarum scribit magistroque generali consilia Hussitarum Prussiam invadere cogitantium nuntiare eum iubet.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 665. p. 126.

1607. *Tirnaviae, 19. Martii.*
Sigismundus, rex Romanorum, in litteris donationis Martino castellano factae, de meritis eius in bellis cum Polonis gestis nec non in legationibus in Poloniam habitis commemorat.
Katona, Hist. Crit. XII. p. 538.

1608. *Oleśnica, 28. Martii s. a.*
Conradus iunior dux Oleśnicensis magistro generali de Hussitarum in Silesiam, Puchala Polono duce, expeditione deque consilio ipsorum Poloniam invadendi refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 123. p. 95. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 670. p. 133.

1609. *Norimbergae, 29. Martii.*
Calculi Norimbergae civitatis comitiorum causa scripti, ubi legatus Witoldi et »regis de Cracovia« bis commemoratur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 342. p. 430, 431.

1610. *S. l. (Norimbergae), 11. Aprilis.*
Nuntii Argentinae civitatis senatui suo de comitiis Norimbergensibus referunt deque legatis regis Poloniae et Witoldi, ibidem praesentibus, mentionem faciunt.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 331. p. 420.

1611. *S. l. (Norimbergae), 12. Aprilis.*
Iidem senatui Argentinensi iterum scribunt legatosque Polonorum una cum ordinibus imperii propter absentiam regis Romanorum Norimberga discessisse ac super Rhenum ad principes se contulisse significant.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 332. p. 422.

1612. *Kalau, 18. Aprilis.*
Vincentius de Wirsberg, commendator de Kalau, magistro generali o. T. litteras fratris dd. 16. Martii (vide Nr. 1606.) transmittit atque illustrat legatosque Polonos cum Friderico Brandenburgensi Norimbergae conventuros esse significat.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 672. p. 134.

1613. *In conventu Mościscensi post 23. Aprilis (?) (post conductum Paschae 1439 (?))*
Proceres et nobiles terrarum Russiae se, de consensu Witoldi et baronum Lithuaniae, unum de duobus filiis Wladislai, regis Poloniae, regem suscepturos, contra eos autem, qui huic ordinationi adversari vel pacem regni turbare vel errores haereticos fovere tentaverint, se insurrecturos pollicentur.
Reg. Rykacz. Invent. p. 255. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1527. p. 113. sine die. — **Cf.** Nr. 1604., quo annum 1430. his littteris adscribendum esse indicari videtur.

1614. *Norimbergae, 30. Aprilis.*
Legati Argentinae civitatis proconsuli suo de comitiis referunt deque actionibus a legato Witoldi cum principibus susceptis mentionem faciunt.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 336. p. 424.

1615. *Cracoviae, 3. Junii.*
Nicolaus Pnijewy, ordinis Praedicatorum in Polonia provincialis, a magistro generali ord. Teut. Praedicatoribus Thoruniensibus gratiam petit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. B. Culm I. 2. Nr. 552. p. 443.

1616. *Aldethorun, 18. Julii.*
Commendator Thoruniensis, cum commendatore Swieciae nuntius in Poloniam missus, magistro generali o. T. litteras regis Poloniae dd. 16. Julii h. a. transmittit atque in posterum mandatum ab eo petit.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 340. — Litteras regis vide ib. p. 341. et **reg.** Prochaska, Cod. Vit. Nr 1417.

1617. *Romae, 25. Julii.*
Oddonis de Varis, papae camerarii, litterae testimoniales visitationis liminum apostolorum pro Johanne episcopo Wladislaviensi, per Clementem de Nawojowa, canonicum Wladislaviensem, factae. *(sic)*
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 53. p. 38.

1618. *Norimbergae, 9. Augusti.*
Calculi Norimbergae civitatis, ubi famuli, qui duos equos a Sigismundo caesare Witoldo missos ducunt, commemorantur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 377. p. 468.

1619. *Elbingae, 14. Augusti.*
Marsalcus o. T. magistro generali, ne Wilnam Witoldi coronandi causa proficiscatur, dissuadet.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1501. p. 108.

1620. *Norimbergae, 6. Septembris.*
Calculi Norimbergae civitatis, ubi nuntius, cum epistola episcopi Zagrabiensis in causa regis Poloniae ad caesarem missus, notatur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 377. p. 469.

1621. *Romae, 1. Octobris sine anno.*

Martinus V. papa regem Poloniae ad bellum cum Hussitis suscipiendum hortatur.

Długosii Hist. ad a. 1429. Tom. IV. p. 375. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 353. — Datum correxit Palacky, Gesch. v. Böhm. III. 2. p. 503. nota.

1622. *Romae, 1. Octobris (Pontif. anno XIII.).*

Eiusdem alia bulla secrete regi Poloniae eodem argumento scripta.

Długosii Hist. ad a. 1429. Tom. IV. p. 378.

1623. *Norimbergae, 8. Octobris.*

Expensum Norimbergae civitatis Witoldi coronandi causa factum in calculis notatur.

(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 379. p. 477. articulus 2.

1624. *Romae, 13. Octobris.*

Martinus V. papa »episcopum Culmensem ad instantiam Wladislai regis monet, ne Witoldum regem Lithuaniae et Russiae in Sigismundi caesaris gratiam coronet.« *(sic)*

Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1484. p. 104. s. l. a. et die. **Cf.** ibidem Nr. 1490., ubi idem Martinus papa hoc anno eidem episcopo Witoldum coronandum praecepisse scribitur. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 345. — **Reg.** Woelky, Urkdb. d. B. Culm I. 2. Nr. 553. p. 444. — **Cf. reg.** Rykacz. Invent. p. 4.

1625. *Troki, 21. Octobris.*

Wladislaus, rex Poloniae, bona episcopo et capitulo Wilnensibus a Witoldo donata confirmat.

Długosii Hist. h. a. Tom. IV. p. 408.

1626. *Norimbergae, 1. Novembris.*

Expensum Norimbergae civitatis Witoldi coronandi causa factum notatur.

(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 379. p. 478. art. 3.

1627. *Troki, 7. Novembris.*

Wladislaus, rex Poloniae, Swidrigellonem fratrem magnum ducem Lithuaniae a proceribus electum confirmat.

Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1517. p. 111.

1628. *Troki, 9. Novembris.*

Swidrigello, magnus dux Lithuaniae, Sigismundo caesari primordia imperii sui denuntiat, foedus contra omnes hostes offert studiumque coronam regiam obtinendi exprimit.

Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1519. p. 112.

1629. *Romae, 13. Novembris (Pontif. a. XIV.).*

Martinus V. papa instante rege Wladislao Sigismundo caesari, ne Witoldum regem coronet, dissuadet.

Długosii Hist. ad a. 1429. Tom. IV. p. 388. — Katona, Hist. Crit. XII. p. 523. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1485. p. 104. ad a. 1429. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 344.

1630. *Romae, 13. Novembris (Pontif. a. XIV.).*
Idem Witoldo super eodem argumento scribit.
Długosii Hist. ad a. 1429. Tom. IV. p. 389. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1486. p. 104. ad a. 1429.

1631. *Trikaten, 20. Novembris.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. nuntium a Swidrigellone se accepisse denuntiat, quem de sui imperii primordiis nuntiare, amicitiam offerre legatumque missurum esse significat.
Hildebrand VIII. Nr. 366. p. 212. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1290. p. 278. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1524. p. 113.

1632. *Norimbergae, 29. Novembris.*
Expensum Norimbergae civitatis Witoldi coronandi causa notatur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 379. p. 478. artic. 4.

1633. *Romae, 5. Decembris.*
Martinus V. papa Witoldo, m. duci Lithuaniae, concordiam ab eo cum rege Poloniae factam gratulatur.
Długosii Hist. h. a. Tom. IV. p. 407. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1525. p. 113.

1634. *Romae, 21. Decembris.*
Idem episcopo Cuiaviensi mandat, ut causam praepositi Thoruniensis Andreae Pfaffendorf, haeresis accusati, dirimat.
Woelky, Urkdb. d. B. Culm I. 2. Nr. 557. p. 446.

1635. *Norimbergae, 27. Decembris.*
Expensum Norimbergae civitatis Witoldi coronandi causa notatur.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 379. p. 478. artic. 5.

1636. *S. l. a. et die.*
Legati apostolici de actionibus, ad Witoldum coronandum pertinentibus, relatio.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1502. p. 108.

1637. *S. l. a. et die.*
Juris consultorum Sigismundi caesaris et regis Poloniae de iure caesaris reges coronandi sententiae.
Reg. Gołębiowski I. p. 348.

1638. *Norimbergae, s. d.*
Sigismundus, rex Romanorum, civibus Bartfensibus scribit monetque eos, ut, imminente propter Witoldum coronandum cum Polonis bello, mercatores Polonos coërceant paratique sint.
Katona, Hist. Crit. XII. p. 531.

1639. *S. l. a. et die.*
Iwan Teodorowicz, m. dux Rjasaniensis cum Witoldo foedus sancit.
Akty archeograf. expedycyi 1836. Tom. I. Nr. 25. p. 17. — **Vers. Pol.** Danił. Skarb. II. Nr. 1488. p. 105.

1640. *S. l. a. et die.*
Iwan Wladimirowicz, dux Proniensis, cum Witoldo foedus sancit.
Akty archeograf. expedycyi 1836. Tom. I. Nr. 26. p. 18 — **Vers. Pol.** Danił. Skarb. II. Nr. 1489. p. 105.

1641. *S. l. et die.*
Swidrigellonis promissio, quod reddet regi et haeredibus eius et regno arces Kamieniec, Smotrycz, Skała et Czerwień (Czerwonogród? Czerniany?), si inter Polonos et Lithuanos de eis non convenerit, et postea ius suum si videbitur prosequetur et repetet. Remittit etiam offensam incolis locorum. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 381. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1521. p. 112.

1642. *S. l. et die.*
Proceres Lithuaniae pactionem supra notatam approbant.
Reg. Rykacz. Invent. p. 381. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1522. p. 112.

1643. *S. l. a. et die.*
Swidrigellonis alia cum Jagellone de terra Podoliae pactio.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1523. p. 112.

1644. *Troki s. die.*
Swidrigello, magnus dux Lithuaniae se cum rege ad locum certum conventurum promittit et de discordiis componendis tractaturum et interea se quiete mansurum. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 380. — **Reg.** Danił. Skarb. II Nr. 1520. p. 112.

1645. *Kamieniec s. die.*
Nobiles terrae Podoliae unum ex filiis Wladislai regis se regem suscepturos promittunt.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1528. p. 113.

1646. *S. l. et die.*
Derslaus de Włostowice promittit castrum et civitatem Sandecensem se fideliter administraturum nullique alii nisi regi et regno traditurum esse ad omnem requisitionem principis. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 200.

1647. *S. l. (Posnaniae) et die.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae 40 marcas subsidii charitativi pro exstirpandis haereticis concedit.
Reg. Łukaszewicz, Opis hist. kościołów Tom. I. p. XCII.

1648. *Kieś s. a. et die.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. de Rutheno quodam Narvae interfecto, de legatis Pskowiensibus libere dimittendis, de legatis Livonis Wilnam missis, cett., scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1276. p. 276. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1511. p. 109.

1649. *S. l. a. et die (ante a. 1431).*
»Intimatio Hussitarum in studio Cracoviensi«.
Palacky, Italienische Reise I. p. 108. — **Cf.** Caro, Gesch. Pol. IV. p. 24. notam 2.

1431.

1650. *Romae, 13. Januarii.*
Martinus V. papa regi Poloniae doloris sui ex morte Witoldi declarandi causa scribit hortaturque eum, ut bellum contra Hussitas suscipiat.
Długosii Hist. ad a. 1430. Tom. IV. p. 420. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1529. p. 113. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 353.

1651. *Soldau, 17. Januarii.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae de Sigismundi caesaris in Prussiam adventu exspectato, de consiliis Swidrigellonis coronandi, de foedere cum Ordine a Polonis contra Lithuanos quaesito, scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1293. p. 279. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1531. p. 114. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 395. p. 230.

1652. *Burtnik, 23. Januarii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. suadet, ut amicitia, quam Poloni offerunt, neglecta, foedus cum Swidrigellone servet.
Hildebrand VIII. Nr. 398. p. 232. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1294. p. 279. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1532. p. 114.

1653. *Wilnae, 25. Januarii a. a m. c. 693[9] Ind. IX.*
Neogardia civitas cum Swidrigellone foedus sancit.
Muchanow, Sbornik hosud. hram. Nr. 19. p. 24. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1533. p. 115.

1654. *Romae, 27. Januarii.*
Martinus V. papa Swidrigelloni, m. duci Lithuaniae, propter rumorem de Jagellone ab ipso comprehenso scribit monetque eum atque hortatur, ut regem liberum dimittat.
Długosii Hist. ad a. 1430. Tom. IV. p. 426. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1535. p. 115.

1655. *Romae, 27. Januarii.*
Idem baronibus Polonis super eadem causa scribit.
Długosii Hist. ad a. 1430. Tom. IV. p. 427. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1536. p. 116.

1656. *Romae, 27. Januarii.*
Idem Sigismundo caesari super eadem causa scribit.
Długosii Hist. ad a. 1430. Tom. IV. p. 428. — Katona, Hist. Crit. XII. p. 554. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1537. p. 116. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 362. ad a. 1430.

1657. *Romae, 27. Januarii.*
Idem Jagelloni regi de eadem causa scribit.
Dlugosii Hist. ad a. 1430. Tom. IV. p. 430. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1534. p. 115.

1658. *Norimbergae, 7. Februarii.*
In calculis Norimbergae civitatis expensum quoddam notatur, pro episcopo Zagrabiensi factum, cum una cum duobus sociis cum corona in Lithuaniam iret et rediret.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 449. p. 611.

1659. *S. l. (Norimbergae), 13. Februarii.*
Nuntii Nördlingen civitatis senatui suo de comitiis Norimbergensibus referunt significantque litteras Polonorum et Hussitarum ibidem lectas esse, ex quibus consilia utrorumque foedus inter se ineundi patefacta sint.
(Kerler in) D. Reichstagsacten IX. Nr. 432. p. 576.

1660. *Kieś, 19. Februarii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. inter cetera de legatis Swidrigellonis, primordia imperii eius nuntiantibus foederaque antiqua renovanda offerentibus, significat.
Hildebrand VIII. Nr. 407. p. 237.

1661. *S. l. 9. Martii.*
Eugenius IV. papa Sophiae reginae filiisque, ut tempore ecclesiastici interdicti missas celebrari faciant, licentiam concedit.
Reg. Gołębiowski I. p. 552. — Reg. Rykacz. Invent. p. 4.

1662. *Troki, 12. Martii.*
Swidrigellonis binae litterae magistro generali o. T. de Rumpoldo marsalco a rege Poloniae capto scriptae, quibus querelae de eodem rege continentur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1538. p. 117.

1663. *Troki, 16. Martii.*
Idem marsalco o. T. Henrico Holt de Polonorum in Podoliam itinere scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1539. p. 117.

1664. *S. l. Martio.*
Eugenius IV. papa Sigismundo Kiejstutowicz, magno duci Lithuaniae (?), gratias spirituales concedit.
Reg. Gołębiowski I. p. 431.

1665. *Cracoviae, 7. Aprilis.*
Wladislaus, rex Poloniae, Sigismundo caesari de conventione cum legatis Bohemorum Cracoviae habita deque studiis suis, quae conferat, ut Bohemi ad concilium Basiliense legatos mittant, refert.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 734. p. 205.

1666. *Stum, 8. Aprilis.*
Magister generalis o. T. procuratori Romae moranti de lite inter regem Poloniae et Swidrigellonem exorta, de Polonis cum Hussitis foederantibus, cett., scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1540. p. 117.

1667. *Norimbergae, 24. Aprilis.*
Sigismundus caesar magistrum generalem o. T. monet atque hortatur, ut citius cum Swidrigellone foedus ineat insidiasque regis Poloniae caveat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1541. p. 118.

1668. *W Nowiehradczy, 29. Aprilis.*
Swidrigello, m. dux Lithuaniae, Sigismundo Coribut pro foedere per Meczkonem quendam sibi eius nomine oblato gratias agit, petit, ut capitaneos et proceres idem foedus tenere atque confirmare iubeat, eidemque Meczkoni legationis suae fidem facit.
Časopis Českého Museum ex a. 1831. p. 281.

1669. *W Nowiehradczy, 29. Aprilis.*
Idem capitaneis Hussitarum de eodem negotio scribit.
Časopis Českého Museum ex a. 1831. p. 282.

1670. *Nowogródek, 29. Aprilis.*
Swidrigello, m. dux Lithuaniae, marsalco o. T. de suis cum Jagellone actionibus deque eiusdem atque suis cum Hussitis commerciis scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1542. p. 118.

1671. *Grodno, 9. Maii.*
Idem magno marsalco o. T. de suis cum Jagellone super terra Podoliae actionibus nec non de foedere a principe Tartarorum sibi promisso scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1543. p. 118.

1672. *Cracoviae, 15. Maii.*
Petrus senior de Pieskowa Skała, palatinus Sandomiriensis, se castrum et terram Cracoviensem a rege Wladislao recepisse testatur neminique ea nisi regi vel eius successoribus se traditurum spondet.
Reg. Rykacz. Invent. p. 201.

1673. *Egrae s. d. (circa 30. Maii).*
Sigismundus, rex Romanorum, regi Poloniae de vanis suis cum Hussitis, ut ad concilium Basiliense accedant, actionibus scribit petitque ab eo, ut se contra Hussitas adiuvet et subditos a commerciis cum eis ineundis abstineat.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 737. p. 209.

1674. *Środa, 11. Junii.*
Praelati et barones Maioris Poloniae in comitiis congregati a magistro generali o. T. petunt, ut vasallos regis Poloniae, qui bona in Nova Marchia possideant, a iurisdictione iudicum Novae Marchiae eximat.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 348., notato dato: dominica ante f. sanctae Paschae (!) Virginis. — Riedel, Cod. d. Brandenb. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 199. p. 139.

1675. *Kowno, 15. Junii.*
Swidrigello magistro generali se feria sexta (?) in vigilia (?) S. Johannis ad foedus ineundum in oppidum Christmemel adventurum significat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1544. p. 118.

1676. *Christmemel, 19. Junii.*
Swidrigello, m. dux Lithuaniae, Paulus Russdolf, magister generalis o. T. et Cysse von Ruttenberg, magister Livoniae, foedus contra omnes hostes inter se ineunt atque sanciunt.
Kotzebue, Preuss. Gesch. III. p. 468. — Narbutt, Dzieje n. Lit. VII. App. II. — Hildebrand VIII. Nr. 462. p. 271. — Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1299. p. 280. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1545. p. 118. — Reg. Napiersky, RL. Urkd. Nr. 228. — Reg. Woelky, Urkdb. d. B. Culm I. 2. Nr. 559. p. 447.

1677. *Christmemel, 19. Junii.*
De coronatione Witoldi in irritum redacta, de electione Swidrigellonis subsecuta nec non de foedere Ordinis cum ipso sancito refertur.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1300. p. 280. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1546. p. 119.

1678. *S. l. a. et die (circa 19. Junii).*
Magister generalis o. T. ordinibus Prussiae causas exponit, quibus ductus foedus cum Swidrigellone contra Poloniam inierit atque sanxerit.
Toeppen, Acten I. Nr. 403. p. 537.

1679. *Kowno, 20. Junii.*
Swidrigello regi Poloniae se cum magistro generali o. T. et cum magistro Livoniae foedus contra quemcunque hostem iniisse nuntiat.
Turgeniew, Suppl. ad. Hist. Russ. MM. p. 302. — Hildebrand VIII. Nr. 463. p. 274. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1554. nota p. 122.

1680. *Wilnae, 22. Junii.*
Idem magistrum generalem o. T. ad se visendum proficiscentem cum gaudio invitat nuntiosque suos marsalco obviam se mittere significat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1547. p. 119.

1681. *Wilnae, 25. Junii.*
Idem eidem terras suas a Polonis invasas et oppidum Horodło destructum esse significat, deque causa virginis cuiusdam Pomeranae et conventione cum caesare ad Borysthenem proposita scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1549. p. 119.

1682. *Czirsko, 29. Junii.*
Boleslaus, dux Masoviensis, Annae matri, si mortuus sit, terram Warssaviensem ad vitae tempus confert.
Cod. Masov. Nr. 167. p. 175.

1683. *Nowogródek, 3. Julii.*
Swidrigello marsalco o. T. se nuntium de Polonis ad terras suas appropinquantibus accepisse significat, hortatur eum, ut copias suas colligat, deque litteris caesari missis mentionem facit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1550. p. 120.

1684. *Nowogródek, 3. Julii.*
Idem magistrum generalem o. T. ad colligendos in Prussia exercitus et ad Poloniam invadendam monet atque hortatur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1551. p. 120.

1685. *Stepanie, 12. Julii (f. 5. post Octavam S. Pauli).*
Idem eundem ad mittenda sibi ex pacto contra Polonos auxilia iterum atque iterum hortatur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1552. p. 120.; dato 13. Julii soluto.

1686. *Circa limites regni Bohemiae, 20. Julii.*
Bohemi apud concilium Basiliense de audientia sibi denegata conqueruntur deque suis erga regem Poloniae in hac re studiis commemorant.
Marténe et Durand, Vet. SS. ampl. Coll. VIII. p. 16.

1687. *Circa limites regni Bohemiae, 21. Julii.*
Bohemorum super eadem re litterae publicae.
(Palacky et Birk) MM. Concil. Gener. I. Nr. 78. p. 147.

1688. *Ante Horodło, 21. Julii.*
Wladislaus, rex Poloniae, magistro generali o. T. de Swidrigellone fratre, qui ipsum comprehenderit legatumque suum sceleratissime tractaverit, conqueritur, iniurias suas accurate exponit et litteras Swidrigellonis, sub Nr. 1679. designatas, transmittit.
Turgeniew, Suppl. ad Hist. Russ. MM. Nr. 117. p. 298. — Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1302. p. 281.; dato: dominica ante Alexii i. e. 15. Julii adscripto. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1554. p. 120. — Reg. Napiersky, RL. Urkd. Nr. 229., die: 15. Julii iterum notato.

1689. *Prope Horodło, 21. Julii.*
Idem Sigismundo, regi Romanorum, ad litteras quasdam respondet, de conventione cum Bohemis scribit, de auxiliis contra Bohemos propter Swidrigellonem novas res molientem non missis se excusat, opem petit, litteras denique Swidrigellonis transmittit.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 349. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1557. p. 122.

1690. *Kieś, 25. Julii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. sigillum ad litteras foederis cum Swidrigellone initi obsignandas transmittit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 479. p. 284.

1691. *S. l. et die (Julio?)*
Sophia regina a magistro generali o. T. opem contra Swidrigellonem petit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1556. p. 122.

1692. *S. l. a. et die (Julio?)*
Rex Poloniae magistro generali o. T., bello contra Swidrigellonem suscepto, uxorem filiumque commendat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1555. p. 122.

1693. *Łuck, 1. Augusti.*
Idem eidem bellum cum Swidrigellone secunde gestum et Łuck castrum a se obsessum esse nuntiat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1558. p. 122.

1694. *Marieburgi, 12. Augusti.*
Magister generalis o. T. Swidrigelloni ad litteras de ope sibi ferenda respondet seque ad Poloniam invadendam paratum esse significat
Vers. Pol. Danil. Skarb. II. Nr. 1552. p. 120. nota.

1695. *Troki, 13. Augusti.*
Swidrigello a magistro generali o. T. petit, ut Conrado episcopo Wratislaviensi a se discedenti ductores praebeat, animum ducis Stolpensis erga se investiget civibusque Wratislaviensibus sibi amicis salvum conductum det.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1559. p. 122.

1696. *Ante Luceoriam, 14. Augusti.*
Rex Poloniae magistro generali o. T. de compromisso cum Swidrigellone inito, de Luceoria obsessa, de nuntiis ad conventionem cum Ordine destinatis, cett., scribit.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 352.

1697. *Marieburgi, 17. Augusti.*
Magister generalis regi Poloniae bellum indicit.
Kotzebue, Preuss. Gesch. III. p. 472., anno 1430. notato, quem Caro Gesch. III. p. 18. nota 2. correxit. — **Vers. Pol.** Danil. Skarb. II. Nr. 1560. p. 122.

1698. *Ante Luceoriam, 20. Augusti.*
Rex Poloniae Swidrigelloni et sequacibus eius, armistitio sancito, ad agendum de pace salvum conductum dat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1561. p. 123.

1699. *Luceoriae, 26. Augusti.*
Rex Poloniae cum Swidrigellone fratre, ordine Teutonico et Livono nec non cum palatino Walachiae indutias sancit (Litterae regis).
Kotzebue, Preuss. Gesch. III. p. 477. — Narbutt, Dzieje VII. App. 4. — **Vers. Pol.** Danil. Skarb. II. Nr. 1562. p. 123.; testibus dominica ante Nativitatem Mariae, i. e. 2. Septembris subscriptis. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1305. p. 281.; dato: 2. Septembris notato. **Cf.** Nr. 1304. ibid. — **Reg.** Napiersky, RL. Urkd. Nr. 230.; die 2. Septembris notato.

1700. *Kieś, 31. Augusti (am Abend Egidii).*
Magister Livoniae magistro generali auxilia promittit, simulac ipse cum legatis Neogardiae pactiones inierit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1303. p. 281.; die: 1. Septembris soluto.

1701. *Czartorysk, 1. Septembris (die S. Egidii)*
Indutiarum sub Nr. 1699. litterae Swidrigellonis.
Turgeniew, Suppl. ad Hist. Russ. MM. Nr. 118. p. 303. sine l. a et die, adscripto tamen: Ante Luceoriam 8. Septembris 1431. — **Reg.** Gołębiowski I. p. 375. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 381. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 501. p. 298.

1702. *Marieburgi, 1. Septembris.*
Magister generalis o. T. Swidrigellonem de exercitibus Ordinis tribus locis Poloniam invadentibus certiorem facit hortaturque, ut Polonos a tergo adoriatur.
Hildebrand VIII. Nr. 500. p. 297. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1213. p. 263., ad a. 1426. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1423. p. 91., ad a. 1426.

1703. *In castris ad Styr flumen, 4. Septembris.*
Swidrigello magistrum generalem o. T. de indutiis, a se cum rege Poloniae sancitis, certiorem facit et ut exercitum in Prussiam reducat, hortatur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1563. p. 126.

1704. *Ad Luceoriam, 6. Septembris.*
Principes proceresque Lithuaniae regi Poloniae de captivis e custodia dimissis cavent.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1564. p. 126. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 381.

1705. *Thorunii, 8. Septembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali o. T. inter cetera animum Poloniam invadendi significat.
Toeppen, Acten I. Nr. 405. p. 541.

1706. *Marieburgi, 10. Septembris.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae de tribus exercitibus Poloniam invadentibus scribit, de foedere Polonorum cum Hussitis sanciendo mentionem facit, pecuniam petit, pacem cum Russia inire suadet, litteras Roma scriptas transmittit.
Excerpt. Hildebrand VIII. Nr. 503. p. 298. — **Reg.** Napierský, Index I. Nr. 1306. p. 282. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1567. p. 127.

1707. *Krasnystaw, 13. Septembris.*
Vincentius de Szamotuły, castellanus Mezerecensis, regi Poloniae se castra Leopoliense et Premisliense ipsius nomine conservaturum pollicetur.
Reg. Rykacz. Invent. p. 254.

1708. *Krasnystaw, 13. Septembris.*
Rex Poloniae palatino Rheni de Cruciferis, quod pacem ruperint, conqueritur.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 357.

1709. *S. l. a. et die (13. Septembris).*
De tribus exercitibus Cruciferorum Poloniam invadentibus nec non de exercitus Livoniae clade ad Nakło accepta commemoratio.
SS. rer. Pruss. III. p. 496. nota 1. — Hildebrand VIII. Nr. 504. p. 299.

1710. *Lublin, 15. Septembris (?) (sabb. in crastino s. crucis (exaltationis?))*
Rex Poloniae regi Romanorum de ordine T. propter ruptam pacem conqueritur.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 355.

1711. *Kamorsky, (!) 17. Septembris.*
Supremus marsalcus o. T. magistro generali commendatoris de Tuchol et marsalci Livoniae cladem a Polonis allatam nuntiat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 506. p. 302.

1712. *Tuchol, 18. Septembris.*
Curator o. T. de Bütow magistro generali de clade a Polonis ad Nakło ordini allata refert.
Hildebrand VIII. Nr. 507. p. 302. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1308. p. 282.

1713. *Marieburgi, 20. Septembris.*
Magister generalis o. T. a Swidrigellone petit, ut marsalcum Livoniae sociosque eius a rege Poloniae e vinculis dimittendos indutiasque ab ipso tenendas curet.
Hildebrand VIII. Nr. 508. p. 303.

1714. *Człuchów, 21. Septembris.*
Commendator de Człuchów magistro generali o. T. de clade ordinis ad Nakło accepta refert.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 510. p. 304.

1715. *Marieburgi, 22. Septembris.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae de clade ad Nakło accepta accurate scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 511. p. 305. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1309. p. 283. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1569. p. 127.

1716. *Woraz, 25. Septembris.*
Swidrigello magistro generali o. T. ad epistolam dd. 20. Septembris h. a. (vide Nr. 1713.) ad aliamque quandam respondet.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 512. p. 306.

1717. *S. l. a. et die (in Septembri).*
Rex Poloniae concilio Basiliensi de Cruciferis propter ruptam pacem conqueritur.
Caro, Lib. Cancell. II. App. H. p. 247.

1718. *Rigae, 4. Octobris.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. de officialibus in pugna ad Nakło captis scribit deque indutiis quatuor annorum cum Neogardia initis nuntiat.
Hildebrand VIII. Nr. 517. p. 307. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1310. p. 283.

1719. *S. l. a. et die (13.. Octobris 1431—1432).*
Calculus (Berndae von Haldern) de itinere, quod ad litteras foederis ab Ordine cum Swidrigellone initi obsignandas in Prussiam susceperat.
Hildebrand VIII. Nr. 518. p. 308.

1720. *Feldkirch, 21. Octobris.*
Caspar Schlick magistro generali o. T. de epistola quadam regis Poloniae regi Romanorum scripta refert, qua rex Pol. regi Romanorum contra palatinum Valachiae auxilia offert, si ipsum contra Ordinem adiuturus sit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1570. p. 127.

1721. *Basileae, 21. Octobris.*
Concilium Basiliense regi Poloniae de lite ipsius cum Swidrigellone fratre scribit operamque suam in ea componenda offert.
Marténe et Durand, Vet. SS. ampl. Coll. VIII. p. 37. — Mansi, Concilia XXX. p. 66. — (Palacky et Birk) MM. Concil. I. Nr. 67. p. 121.

1722. *Basileae, 21. Octobris.*
Concilium Basiliense magistrum generalem et ordinem T. hortatur, ut Jagellonem et Swidrigellonem inter se reconciliandos curent.
Marténe et Durand, Vet. SS. ampl. Coll. VIII. p. 39. s. l. a. et die. — Mansi, Concilia XXX. p. 69. — (Palacky et Birk) MM. Concil. I. Nr. 68. p. 122.

1723. *Premisliae, 26. Octobris.*
Rex Poloniae apud Swidrigellonem de Cruciferis propter pacem ruptam conqueritur.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 359. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1571. p. 127.

1724. *Symino, 28. Octobris.*
Swidrigello magistro generali o. T. de Puchała, nomine regis Poloniae et ipso rege, exercitus congregantibus, scribit auxiliumque promittit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1572. p. 128.

1725. *Trikaten, 6. Novembris.*
Magister Livoniae magistro generali de officialibus in locum eorum, qui ad Nakło ceciderunt, ad tempus nominatis nec non de litteris foederis cum Swidrigellone obsignandis scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 524. p. 313. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1573. p. 128. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1311. p. 282.

1726. *Ulmae, 8. Novembris sine anno.*
Sigismundus, rex Romanorum, magistro generali o. T. scribit seque et magni ducis (Swidrigellonis) coronandi et aliorum negotiorum ordinis procurandorum causa, in Prussia eum visurum promittit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1574. p. 128.

1727. *Romae, 12. Novembris.*
Procurator ordinis T. magistro generali ad litteras dd. 8. Aprilis h. a. (vide Nr. 1666.) respondet papamque, Polonis instantibus, pace cum Polonis ab ordine rupta graviter offensum esse significat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1575. p. 128.

1728. *S. l. 12—17. Novembris (proxima septimana post f. Martini).*
Bohemi concilio Basiliensi condiciones quasdam proponunt deque sua cum Polonis Cracoviae conventione habita commemorant.
(Palacky et Birk) MM. Concil. I. p. 155.

1729. *Ciplau, 10. Decembris.*
Magister generalis o. T. procuratori Romae moranti de animo regis Poloniae, Swidrigellonem fratrem in conventione proximo anno habenda sibi reconciliare cupientis, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1576. p. 128.

1730. *Wołożyn, 16. Decembris.*
Swidrigello magistro generali o. T. de officialibus Ordinis ad Nakło captis scribit seque societatem cum Ordine initam, neglectis regis Poloniae studiis, servaturum pollicetur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1577. p. 129. **Cf.** ibidem notam. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 530. p. 315.

1731. *Kieś, 17. Decembris.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. de officialibus Ordinis ad Nakło captis scribit deque Jagellonis et Swidrigellonis conventione habenda commemorat.
Hildebrand VIII. Nr. 531. p. 315.

1732. *Olszany, 17. Decembris.*
Gabriel quidam magistro generali o. T. de Swidrigellone scribit, qui regi Poloniae adeo diffidat, ut ne vino quidem sibi ab ipso misso uti voluerit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1578. p. 129.

1733. *Rastenburg, 22. Decembris.*
Curator de Rastenburg magistro generali o. T. de variis consiliis regis Poloniae, quibus Swidrigellonem fratrem sibi reconciliare studeat, deque rege Romanorum Swidrigelloni et Ordini favente scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 532. p. 316. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1313. p. 283. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1579. p. 129.

1734. *Cracoviae, 26. Decembris.*
Rex Poloniae Swidrigelloni ad querelas quasdam suas nec non Cruciferorum Valachorumque respondet.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 361.

1735. *Marieburgi, 27. Decembris a. 1432 (sic!)*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae de irritis suis studiis captivos Cruciferos liberandi scribit significatque se nuntium ad conventionem in Brześć oppido habendam missurum, cum illo tamen prius Regiomonti congredi velle.
Hildebrand VIII. Nr. 533. p. 317. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1339. p. 288.; anno 1432. adscripto.

1736. *Cracoviae, 30. Decembris (dominica infra octavas Nativitatis Christi).*
Szafraniec, capitaneus Cracoviensis, Swidrigelloni scribit eumque a societate et comerciis cum Cruciferis abducere studet.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1581. p. 129.; die: 6. Januarii 1432. falso soluto.

1737. *S. l. a. et die.*
Rumpoldus, supremus marsalcus Lithuaniae, e custodia dimissus, se die Nativitatis Christi reversurum regi pollicetur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1565. p. 126.

1738. *S. l. a. et die.*
Idem et Gastoldus una cum aliis obsidibus ad Pascham se reversuros pollicentur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1566. p. 127. **Cf.** ibid. notam. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 381.

1739. *S. l. a. et die.*
Martinus V. papa Wladislao, regi Poloniae, libertatem ecclesiasticam oppressam exprobrat.
Gołębiowski I. p. 560.

1740. *S. l. a. et die.*
Idem senatui regni Poloniae litteras supra notatas transmittit.
Fragm. Gołębiowski I. p. 560.

1741. *S. l. a. et die.*
Sigismundus, rex Romanorum, magistro generali o. T. binas litteras Swidrigellonis ad Hussitas scriptas et a rege Poloniae sibi communicatas transmittit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1530. p. 114.

1742. *S. l. a. et die.*
Julianus cardinalis Eugenio IV. papae scribit litterasque Polonis et Cruciferis de bello suspendendo a curia scriptas commemorat.
Raynald h. a. Nr. 28. Tom. IX. p. 111.

1743. *S. l. a. et die.*
Capitulum Posnaniense Johanni Drzewicki, canonico Posnaniensi, ad regis ministeria Cracoviam proficiscenti, 4 marcas solvi iubet.
Reg. Łukaszewicz, Opis kościołów I. p. XCII. nota.

1432.

1744. *Wilnae, 5. Januarii.*
Swidrigello magistro generali o. T. Rumpoldum et Gastoldum e custodia suis studiis dimissos significat deque querelis a Polonis propter fines laesos prolatis scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 535. p. 320. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1580. p. 129.

1745. *Troki, 10. Januarii.*
Idem archiepiscopo Rigensi persuadere studet, ut exemplum ordinis T. secutus foedus secum ineat.
Hildebrand VIII. Nr. 538. p. 321. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1582. p. 129.

1746. *S. l. 13. Januarii.*
Julianus cardinalis Eugenio IV. papae de concilio Basiliensi non solvendo scribit deque legatis concilii ad regem Poloniae missis mentionem facit.
(Birk et Palacky) MM. Concil. II. p. 100.

1747. *Troki, 16. Januarii.*
Advocatus de Bratian magistro generali o. T. cupere Swidrigellonem significat, ut archiepiscopus Rigensis et episcopus Dorpatensis pactionibus communibus comprehendantur, idem de legatis Ordinis a Swidrigellone amicabiliter recipiendis eiusque erga Ordinem animo grato scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 541. p. 323. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1583. p. 129.

1748. *Radoszyce, 17. Januarii.*
Rex Poloniae apud Swidrigellonem de iniuriis sibi ab Ordine illatis conqueritur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1585. p. 130.

1749. *Ad Elbingam, 25. Januarii.*
Recessus ordinum Prussiae de exercitibus una cum magistro generali et magistro Livoniae contra Poloniam mittendis.
Toeppen, Acten I. Nr. 412. et 411. — Hildebrand VIII. Nr. 546. p. 325. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1317. p. 284. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1586. p. 130.

1750. *Grodno, 26. Januarii.*
Commendatores de Gniew et Bałga magistrum generalem o. T. de salvo conductu, a rege Poloniae, qui solo cum Swidrigellone pacturus sit, sibi denegato, certiorem faciunt.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1588. p. 130.

1751. *S. l. a. et die (Januario).*
Magister generalis o. T. commendatoribus de Gniew et Bałga ad conventionem Parczoviensem salvum conductum dat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1587. p. 130.

1752. *S. l. a. et die (Januario?)*
Swidrigello magistro generali o. T. de vanis Polonorum conatibus, ut ipsum ab Ordinis societate abducant, nec non de captivis Livonis et comitiis a rege de pace habendis scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1584. p. 129.

1753. *Mosty, 2. Februarii.*
Advocatus de Bratian magistro generali o. T. de Swidrigellone scribit, qui titulum magni ducis sibi a rege denegatum aegre ferat legatosque Polonos re infecta abire iusserit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1589. p. 130.

1754. *Rigae, 7. Februarii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. nuntiat se litteras Swidrigellonis praelatis Livonis non transmisisse, Swidrigelloni tantum eosdem praelatos ab Ordine in foedus non receptos significasse.
Hildebrand VIII. Nr. 551. p. 327. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1318. p. 284. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1591. p. 130.

1755. *Wołkowyska, 8. Februarii.*
Swidrigello magistro generali o. T. de regis Poloniae Cruciferorum a conventione Luceoriae habenda excludendorum ad se delato consilio deque sua responsione nec non de bellicis Polonorum consiliis, sibi a Fedor Koributowicz relatis, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1592. p. 131.

1756. *Lublin, 9. Februarii.*
Mathias Bank alias Stronczek de Osieczna castrum et civitatem Wschowa testatur se a Wladislao, rege Poloniae, recepisse neminique nisi regi vel filiis eius resignaturum esse.
Raczyński, Cod. d. Maioris Pol. Nr. 120. p. 164. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski II. p. 157. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 281.

1757. *Lublin, 11. Februarii.*
Wladislaus, rex Poloniae, Casimiri Magni de exercitibus instruendis decretum renovat.
Helcel, Pomniki II. p. 369.

1758. *Romae, 12. Februarii.*
Eugenius IV. papa Jacobinum de Rubeis collectorem camerae apostolicae in Polonia constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 54. p. 39.

1759. *Marieburgi, 14. Februarii.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae exempla epistolarum Swidrigellonis, de conventione in Brześć habita scriptarum, transmittit hortaturque eum, ut ad bellum incipiendum paratus sit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 553. p. 328.

1760. *Słonim, 17. Februarii.*
Swidrigello magistro generali o. T. de auxiliis Lithuanorum et palatini Moldaviensis, Ordini contra regem mittendis, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1594. p. 131. **Cf.** ibid. notam.

1761. *Słonim, 17. Februarii.*
Idem ab eodem petit, ut se de iniuriis Ordini a Polonis illatis certiorem faciat, pro litteris regis Romanorum sibi transmissis

gratias agit, de legatis ad ipsum regem mittendis nec non de responso a palatino Valachiae legatis Ordinis dato, cett., scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1593. p. 131.

1762. *Słonim, 18. Februarii.*
Idem eidem Henricum Holt, o. T. marsalcum, legationem suam expositurum commendat, rogatque eum, ut eundem Henricum ad se reverti iubeat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1595. p. 131.

1763. *S. l. a. et die (Słonim post 18. Februarii).*
Advocatus de Bratian magistro generali o. T. de legatis Valachis ad ipsum mittendis nec non de legatis Ordinis ex Valachia revertentibus scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1596 (1). p. 132.

1764. *S. l. a. et die (Słonim post 18. Februarii).*
Idem eidem de pactionibus Swidrigellonis cum legatis Polonis in Ordinis gratiam commodumque habitis refert.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1596 (2). p. 132.

1765. *S. l. 24. Februarii.*
Commendator de Osterode magistro generali o. T. scribit deque rebus Polonis passim commemorat.
Toeppen, Acten I. Nr. 417. p. 555.

1766. *Kieś, 26. Februarii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. suadet, ne praelatos Livoniae belli cum Polonis gerendi participes esse iubeat, vaticiniaque quaedam Elisabeth eremitae de Polonis transmittit.
Hildebrand VIII. Nr. 561. p. 333. — Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1319. p. 284. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1597. p. 132.

1767. *Iskara, ante 9. Martii (ante Invocavit).*
Johannes Kretkowski, castellanus Dobrinensis, terram et civitatem Radomiensem se a Wladislao rege recepisse testatur easque reformatas eidem regi vel Sophiae reginae se restituturum promittit.
Reg. Rykacz Invent. p. 239.

1768. *S. l. 14. Martii.*
Rex Poloniae Wratislaviae civitati Hinczkonem de Gorzow, ipso intercedente, causam suam cum Wratislavia agendam in episcopum Wratislaviensem compromisisse nuntiat.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 96.

1769. *Kieś, 16. Martii.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. suadet, ut Harriae et Wirlandiae milites ad auxilium contra Polonos ferendum exhortetur.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 564. p. 336.

1770. *Küstrin, 18. Martii.*
Advocatus Novae Marchiae magistrum generalem o. T. inter cetera de consiliis Johannis, ducis Saganensis, 1000 haereticos Polonis auxilio adducendi praemonet.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 153. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 797. p. 277.

1771. *Romae, 18. Martii.*
Eugenius IV. papa Andreae de Laschis, episcopo Chelmensi, praecipit, ut in Polonia certam decimam in subsidium regis Poloniae contra Tartaros, schismaticos et Bohemos haereticos colligat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 55. p. 40.

1772. *S. l. (Cracoviae), 22. Martii.*
Senatus civitatis Cracoviensis senatui Wratislaviensi, causa Hinczkonis de Gorzow transacta, commercia renovanda offert.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 96.

1773. *Holland, 30. Martii.*
Commendator Elbingensis magistro generali o. T. magnas copias in finibus Masoviae a Swidrigellone collectas esse significat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1598. p. 132.

1774. *S. l. 3. Aprilis.*
Swidrigello magistro generali o. T. de studiis regis Poloniae, ut ipsum ab Ordinis societate abstrahat, scribit deque conventione communi post Pascham habenda se consentire significat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1599. p. 132.

1775. *Troki, 6. Aprilis.*
Idem eidem palatinum Wilnensem Gedigoldum et legatum Walachum Bohussium ad eum a se missos significat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1600. p. 132.

1776. *Kieś, 7. Aprilis.*
Magister Livoniae ex magistro generali quaerit, num aestate proxima expeditio in Poloniam exspectanda sit, deque captivis Livonis, de palatini Moldaviae morte subsecuta, de Polonorum in Prussiam incursibus, cett., nuntios ab eo petit.
Hildebrand VIII. Nr. 575. p. 341.

1777. *Norimbergae, 13. Aprilis.*
Johannes Nider Johanni de Ragusio scribit deque Taboritarum consiliis in Poloniam proficiscendi mentionem facit.
(Palacky et Birk) MM. Concil. I. Nr. 118. p. 216.

1778. *Marieburgi, 17. Aprilis.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae ad epistolam sub Nr. 1776. notatam respondet indutiasque cum Polonis dubias, ipsos cum haereticis foederatos esse nec non foedus a palatini Moldaviae defuncti filiis cum Swidrigellone initum significat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 581. p. 344.

1779. *Kail, 23. Aprilis.*
Magister Livoniae magistro generali o. T. se in Prussiam proficisci nuntiat petitque ab eo, ut res frumentariae sibi parentur.
Hildebrand VIII. Nr. 583. p. 345. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1322. p. 285. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1601. p. 133.

1780. *Elbingae, 30. Aprilis.*
Recessus ordinum Prussiae, quo ad quasdam condiciones, de foedere cum Swidrigellone ineundo deque bello Polonis inferendo a magistro generali ipsis propositas, responsum datur.
Toeppen, Acten I. Nr. 424. p. 563.

1781. *Smoleńsk, 3. Maii.*
Swidrigello magistro generali o. T. respondet deque consiliis suis eum certiorem facit.
Karamsin, Historia (polon.) V., notae p. 146.

1782. *S. l. 8. Maii.*
Swidrigello magistro generali o. T. scribit nuntiatque se feria sexta ad oppidum Kowno et inde ad Christmemel profecturum esse.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1602. p. 133.

1783. *Karkus, 10. Maii.*
Magister Livoniae »magnam Gildam« Rigensem hortatur, ut sibi in Prussiam contra Polonos Hussitasque proficiscenti, auxilia mittat.
Hildebrand VIII. Nr. 586. p. 347.

1784. *Christmemel, 15. Maii.*
Proceres, nobiles civitatesque Lithuaniae se pactionem inter ordinem Teutonicum et Swidrigellonem in Christmemel initam servaturos iureiurando promittunt.
Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 231. (a) p. 189. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1324. p. 285. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1603. p. 133.

1785. *Christmemel, 15. Maii.*
Ordines Prussiae idem iureiurando spondent.
Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 231. (b) p. 189. — Toeppen, Acten I. Nr. 426. p. 565. — Hildebrand VIII. Nr. 589. p. 349. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1323. p. 285. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1604. p. 133.

1786. *Waldau, 18. Maii.*
Magister generalis o. T. magistro Livoniae de sua cum Swidrigellone in Christmemel conventione habita foedereque cum ipso et nuntio Moldaviensi ibidem sancito, 15. Augusti obsignando, cett., scribit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 590. p. 350.

1787. *Waldau, 18. Maii.*
Idem eidem iterum scribit deque Swidrigellonis animo indutias cum Polonis servandi, de legatis Polonorum ipsum m. ducem ab Ordine avertere frustra conantibus, significat et ut ad bellum paratus sit, eum hortatur.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 591. p. 350.

1788. *Grodno, 30. Maii.*
Swidrigello magistrum generalem de suis cum legatis Polonis actionibus habitis et de conventione cum rege Poloniae 30. Septembris ad Thorunium celebranda, de qua concesserit, certiorem facit et ut eiusdem conventionis particeps sit, invitat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1605. p. 133.

1789. *Grodno, 7. Junii (in vigilia Pentecostes).*
Idem magistro generali Neogardiam a se Georgio Lingwenowicz collatam denuntiat, de foedere cum Suecia et Norvegia ineundo ab eo quaerit regisque Poloniae litteras ei transmittit.
Kotzebue, Switrigail App. Nr. 121. p. 10. — Narbutt, Dzieje VII. App. p. 39. — Hildebrand VIII. Nr. 596. p. 352. — Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1325. p. 285., die: 14. Junii adscripto. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1606. p. 134., die: 14. Junii adscripto. — Reg. Napiersky, RL. Urk. Nr. 232.

1790. *Pobiedziska, 11. Junii.*
Wladislaus rex Pol. apud Swidrigellonem de rapinis ab hominibus eius et Cruciferis in terris Polonis commissis conqueritur.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 368.

1791. *Marieburgi, 14. Junii.*
Magister generalis a magistro Livoniae propter incertas cum Polonis indutias petit, ut ad bellum paratus sit.
Excerpt. Hildebrand VIII. Nr. 600. p. 354.

1792. *Posnaniae, 16. Junii.*
Proceres, nobiles totaque communitas Maioris Poloniae se unum filiorum Wladislai regis Pol., si privilegia confirmaverit, futurum regem accepturos promittunt nec non contra pacis turbatores et haereticos confoederationem sanciunt.
Gołębiowski I. p. 543. — Raczyński, Cod. Maior. Pol. Nr. 119. p. 162. — Vers. Pol. Malinowski ed. Wap. II. p. 154. — Reg. Rykacz. Invent. p. 276. — Cf. litteras eiusdem tenoris dd. Dobrzyń, 23. Aprilis 1434. apud Gołębiowski I. p. 355. notatas.

1793. *Nowogródek, 16. Junii.*
Swidrigello magistro generali o. T. respondet, ubi locorum legati Ordinis ipsum convenire possint.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1607. p. 134.

1794. *Nowogródek, 22. Junii (dominica infra octavas Corporis Christi).*
Idem eidem de ducum Masoviensium consiliis secum et cum Ordine foedus ineundi et de conventione cum eisdem in Grodno vel Goniądz habenda nec non de similibus principum Odojewski animis denique de exercitu Moldaviensi remittendo scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1608. p. 134., die: 29. Junii soluto. Cf. ibid. notam.

1795. *S. l. 23. Junii s. a.*
Henricus de Maltitz magistro generali o. T. inter cetera de Hussitis et Polonis contra Silesiam et Prussiam prava consilia molientibus scribit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 158. p. 109. **Cf.** ib. Nr. 159. p. 110. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 806. p. 286.

1796. *Kieś, 28. Junii.*
Magister Livoniae magistro generali scribit deque pecuniis ad expeditionem bellicam sibi necessariis commemorat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 602. p. 355.

1797. *S. l. 7. Julii.*
Gorlicenses Sigismundo caesari indutias inter Ordinem et Polonos sancitas esse nuntiant deque legatorum Polonorum Swidrigellonis ab Ordine avertendi inanibus studiis, cett., scribunt.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 809. p. 290.

1798. *Kieś, 10. Julii.*
Magister Livoniae a Revalensibus, ut sibi sigillum ad litteras foederis cum Swidrigellone initi obsignandas mittant, expostulat.
Hildebrand VIII. Nr. 603. p. 355.

1799. *S. l. a. et die (post 15. Julii).*
Rex Poloniae Swidrigelloni cautionem pro captivis Livonis sibi datam insufficientem significat marsalcumque Livoniae et commendatorem de Goldingen e carcere ad hospitium a se dimissos esse nuntiat.
Hildebrand VIII. Nr. 610. p. 359. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 925. p. 210., ad a. 1420. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1287. p. 65., ad a. 1420.

1800. *Grodno, 18. Julii.*
Swidrigello regi Poloniae scribit foedusque ab eo cum haereticis sancitum vehementer exprobrat nec non pro captivis apud eum intercedit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1609. p. 134.

1801. *Grodno, 20. Julii.*
Idem magistro generali ad epistolam de rege Poloniae et haereticis contra Ordinem bellum parantibus respondet significatque se omnes foederatos ad arma hortatum esse atque apud regem Poloniae pro captivis Livonis intercessisse.
Hildebrand VIII. Nr. 606. p. 356. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1610. p. 135. **Cf.** ibid. notam.

1802. *Stum, 24. Julii.*
Magister generalis magistro Livoniae procuratoris de Roma epistolas transmittit, hortatur eum, ut legatum causam Ordinis contra Polonos defensurum constituat, haereticosque Odram transgressos esse significat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 607. p. 357.

1803. *S. l. 24. Julii.*
Eugenius IV. papa archiepiscopo Gnesnensi actiones cum haereticis committit.
Raynald, Ann. ad a. 1432. Nr. 10. Tom. IX. p. 125. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1611. p. 135. — **Cf.** Palacky, Iter Italic. Nr. 233. p. 88.

1804. *Opoczno, 26. Julii.*
Rex Poloniae Swidrigelloni ad querelas eius de foedere cum Bohemis a se inito nec non ad nuntium de victoria a Tartarorum imperatore reportata respondet legatisque suis ad conventionem communem proficiscentibus salvum conductum ab eo petit.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 369. — Riedel, Cod. d. Brand. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 202. p. 142. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1612. p. 135.

1805. *Grodno, 28. Julii.*
Swidrigello magistro generali de sua cum Semovito, iuniore duce Masoviensi, conventione celebrata refert.
Vers. Pol. Danił. Skarb. II. Nr. 1613. p. 136.

1806. *Grodno, 28. Julii.*
Idem magno commendatori de irritis regis Poloniae studiis, ut Semovitum, ducem Masoviensem, sibi conciliet, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1614. p. 136.

1807. *Rigae, 29. Julii.*
Bernd von Haltern, consul Revalensis, senatui Revalensi litteras foederis cum Swidrigellone initi 15. Augusti obsignandas esse nuntiat.
Hanserecesse Pars II. tom I. Nr. 137. — Hildebrand VIII. Nr. 608. p. 358.

1808. *Worany, 4. Augusti.*
Swidrigello magistro generali legatum suum ad captivos Livonos visendos a rege non admissum esse significat litterarumque regis eam rem spectantium exemplar transmittit.
Hildebrand VIII. Nr. 611. p. 359. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1615. p. 136.

1809. *S. l. (Ad Ostrowiec) 10. Augusti.*
Recessus, in conventione legatorum regis Poloniae, Swidrigellonis et magistri generalis, in insula Vistulae ad Ostrowiec celebrata, conscriptus.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1616. p. 137.

1810. *Lipniszki, 10. Augusti.*
Advocatus de Bratian magistro generali de Swidrigellonis per Andrzejkonem servitorem cum rege Poloniae actionibus habitis, de victoria a Tartarorum imperatore reportata et de auxilio ab ipso Swidrigelloni promisso, de Pskoviensibus eidem opem offerentibus, Masoviensibus autem tergiversantibus, cett., refert.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1617. p. 137.

1811. *S. l. 16. Augusti.*
Recessus sub Nr. 1809. notati aliud exemplar.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 371.

1812. *Kiernow, 17. Augusti.*
Swidrigello magistro generali Golymin, capitaneum Wielunensem et Saulum secretarium ad litteras foederis obsignandas a se missos significat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1329. p. 286. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1618. p. 137. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 619. p. 363.

1813. *Budae, 19. Augusti.*
Nicolaus Gara, palatinus Hungariae, Sigismundo caesari legatos Polonorum, in comitiis Hungarorum praesentes, unionem cum Bohemis contra Hungaros a Polonis initam negasse et foedus cum Hungaria renovasse nuntiat.
Marténe et Durand, Vet. SS. amp. Coll. VIII. p. 161. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 818. p. 303.

1814. *Kaproncza, 25. Augusti (fer. 2. post f. Bartholomaei).*
Johannes, episcopus Zagrabiensis et cancellarius regni Hungariae, Sigismundo caesari de legatis Polonis, societatem cum Bohemis solum contra omnes Teutonos, non contra Hungaros a se initam esse asserentibus, refert.
Marténe et Durand, Coll. VIII. p. 164.; die: 26. Augusti adscripto. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 820. p. 307.

1815. *S. l. a. et die (in Augusto?).*
Anonymi de Swidrigellone a magno ducatu Lithuaniae remoto deque Sigismundo, nuper electo magno duce, foedus ordini T. offerente, relatio.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1316. p. 284. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1620. p. 137.

1816. *Wilnae, 2. Septembris.*
Reibenitz, advocati de Bratian, relatio eiusdem argumenti magistro generali facta.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1621. p. 138.

1817. *In castro Połocensi, 3. Septembris.*
Swidrigello magistro generali se a Sigismundo Kiejstutowicz improviso oppressum esse, sed in Połock civitatem se contulisse significat, opem ab eo petit nuntiumque suum Paulum Rogala ei commendat.
Hildebrand VIII. Nr. 624. p. 365. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1331. p. 287.; die: 4. Sept. adscripto. **Cf.** ib. notam. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1622. p. 138. **Cf.** ibid. notam.

1818. *Basileae, 3. Septembris.*
Concilii Basiliensis litterae publicae inter alia de archiepiscopo Gnesnensi ex auctoritate papae cum Bohemis agente commemorant.
(Palacky et Birk) MM. Concil. II. p. 247.

1819. *Kutnae, 8. Septembris.*
Johannes Czapek et Otek de Loża, Taboritarum et Orphanorum duces, apud ordinem Teutonicum pro Polonis intercedunt bellumque eidem minitantur.
Marténe et Durand, VV. SS. Coll. VIII. p. 240. — (Palacky et Birk) MM. Concil. I. Nr. 159. p. 276. — (Toeppen) SS. rer. Pruss. III. p. 500. nota 5.

1820. *Kieś, 9. Septembris.*
Magister Livoniae magistro generali litteras Swidrigellonis nuper acceptas transmittit deque auxilio ab ipso postulato, quid ei videatur, ex eo quaerit.
Hildebrand VIII. Nr. 627. p. 367.

1821. *Romae, 19. Septembris.*
Johannes S. Sixti cardinalis causam, quae 12 annis inter Johannem episcopum Wladislaviensem et civitatem Gedanensem de domo ibidem sita a civibus destructa agebatur, diiudicat et instrumento notarii publici confirmari iubet.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 1. Nr. 384. p. 451.

1822. *Troki, 26. Septembris.*
Ludovicus de Lansen, commendator de Gniew, magistro Livoniae animum Sigismundi, m. ducis Lithuaniae, foedus cum Ordine inire cupientis, significat et ut societatem cum Swidrigellone rumpat, suadet.
Hildebrand VIII. Nr. 630. p. 368. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1322. p. 287. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1625. p. 140.

1823. *Kieś, 7. Octobris.*
Magister Livoniae magistro generali de Swidrigellonis legatione sibi missa refert suadetque, ut certis ex causis eundem contra Sigismundum Kiejstutowicz adiuvet.
Kotzebue, Gesch. Preuss. III. p. 486. — Hildebrand VIII. Nr. 632. p. 369. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1628. p. 142.

1824. *Soldau, 10. Octobris.*
Commendator Osterodensis magistrum generalem de Culmensibus, novas res, si rex Poloniae Prussiam intraverit, molientibus, praemonet.
Toeppen, Acten I. Nr. 429. p. 570.

1825. *Senis, 12. Octobris.*
Sigismundus caesar Francofurtum a. M. ceterasque civitates de Wetterau de foedere Polonorum cum Hussitis contra Teutonos inito certiores facit.
Janssen, Frankf. Reichscorr. I. Nr. 710. p. 381.

1826. *Leopoli, (?!) 15. Octobris.*
Wladislai, regis Poloniae, litterae, quibus iura nobilium Ruthenorum m. ducatus Lithuaniae iuribus nobilium Polonorum et Lithuanorum

aequantur, quaeque regis Poloniae nomine, priusquam ipse suum sigillum maiestaticum eis appendi iusserit, sigillis nobilium quorundam Polonorum ad tempus obsignantur.

Vers. Pol. Malinowski ed. Wapowski II. p. 207. nota.

1827. *Grodno, 15. Octobris.*
Sigismundus, magnus dux Lithuaniae, unionem Lithuaniae cum regno Poloniae sancit (Litterae Sigismundi).

Długossius, Hist. h. a. IV. p. 482. — Dumont, Corps dipl. univers. II. 2. Nr. 160. p. 255. — Turgeniew, Suppl. ad H. Russ. MM. Nr. 217. p. 514. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1630. p. 143. **Cf.** ib. Nr. 1631. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 382.

1828. *Grodno 15. Octobris.*
Idem Horodło ad regnum Poloniae pertinere testatur.

Długossius, Hist. h. a. IV. p. 486. — Dumont, Corps. dipl. univers. II. 2. Nr. 159. p. 254. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1632. p. 144. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 265., falso dato adscripto et iterum 382. s. die.

1829. *Senis, 31. Octobris.*
Sigismundus caesar concilio Basiliensi inter cetera de foedere Polonorum cum Hussitis contra Teutonos inito scribit.

Martène et Durand, Vet. SS. Coll. VIII. p. 197.

1830. *Marieburgi, 31. Octobris.*
Magister generalis magistro Livoniae praecipit, ut quam celerrime Swidrigellonem de Sigismundi Kiejstutowicz cum Polonis foedere inito certiorem faciat eique auxilia et legatos mittat.

Hildebrand VIII. Nr. 634. p. 371.

1831. *Leopoli, ante 1. Novembris.*
Wladislaus, rex Poloniae, iura et libertates tam Romanae quam Graecae ecclesiae, item civium, Armenorum et Judaeorum (terrae Luceoriensis?) confirmat, nec non se terram Luceoriensem a regno non alienaturum, ecclesias ruthenas conservaturum neque ullum hominem ritus Graeci ad fidem Romanae ecclesiae vi impulsurum promittit ac denique subditos terrae eiusdem stationibus solitis liberat.

Reg. Rykacz. Invent. p. 271.

1832. *Wratislaviae, 5. Novembris.*
Conradus, episcopus Wratislaviensis, magistro generali o. T. de rebus in Lithuania, Polonia Bohemiaque nuper gestis, cett., refert.

(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 166. p. 116. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 834. p. 326.

1833. *Kieś, 7. Novembris.*
Magister Livoniae magistro generali litteras Swidrigellonis transmittit deque auxiliis eidem a se missis et de quattuor Lithuanis quibusdam, proditoribus, a Sigismundo m. duce supplicio capitis affectis, scribit.

Hildebrand VIII. Nr. 636. p. 372. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1333. p. 287. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1634. p. 144.

1834. *Braunsberg, 10. Novembris.*
Hans Balg magistro generali o. T. de Swidrigellone prope Wilnam militante deque Lithuanis se eidem adiungentibus scribit nec non de Tartaris et Michaële duce mentionem facit.
Vers. Pol. Danił. Skarb. II. Nr. 1635 p. 145.

1835. *Elbingae, 12. Novembris.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo de condicionibus a magistro generali propositis agitur, ut animi in Prussia foedere cum Swidrigellone inito irritati placentur.
Toeppen, Acten I. Nr. 430. p. 571.

1836. *Borysow, 13. Novembris.*
Swidrigello magistro generali de Owrucz oppido a suis occupato et de affini reginae Poloniae capta, de bello a palatino Moldaviae regi Poloniae indicto et de rebus a Sigismundo Kiejstutowicz male gestis scribit eundemque ad arma movenda hortatur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1636. p. 145.

1837. *Marieburgi, 14. Novembris.*
Magister generalis magistrum Livoniae suis in Samogitia nuntium ipsis familiarem et mandatum mittere iubet, ne in utriusque magni ducis Lithuaniae contentione alterutram partem sequantur.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 637. p. 373.

1838. *S. l. 14. Novembris.*
Rex Poloniae senatui Wratislaviensi nuntiat in comitiis Siradiensibus fructus regni Poloniae hac de causa exportari vetitos esse, ne nummi spurii in regnum importentur.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 96.

1839. *Dünamünde, 24. Novembris.*
Magister Livoniae magistro generali litteras Swidrigellonis transmittit significatque inter cetera Sigismundum Kiejstutowicz foedus Ordini, quod se servaturum promittat, iterum offerre.
Hildebrand VIII. Nr. 639. p. 374.

1840. *Oszmiana, 30. Novembris.*
Swidrigello magistro Livoniae pro ope sibi lata gratias agit, tormenta bellica ab eo expostulat familiaremque suum Juszkonem ei missum commendat.
Hildebrand VIII. Nr. 642. p. 376. — **Reg.** Napiersky, Index **I.** **Nr.** 1335 (2) p. 288. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1639. p. 145.

1841. *In curia Wakmyk, 30. Novembris.*
Sigismundus Kiejstutowicz, m. dux Lithuaniae, magistro generali scribit seque pacis cum Swidrigellone condiciones sibi propositas accepturum negat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1637. p. 145.

1842. *Ad Oszmiana, 9. Decembris.*
Idem magistro generali magnam suam victoriam a Swidrigellone reportatam nuntiat deque militibus Livonis, suone consilio contra ipsum arma ceperint, eum interrogat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1638. p. 145. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 645. p. 378.

1843. *Burtnik, 13. Decembris.*
Magister Livoniae magistro generali litteras Swidrigellonis dd. 30. Novembris (vide Nr. 1840.) transmittit, Tartaros, Valachos, Ruthenos Swidrigellonem adiuturos ipsumque ex Oszmiana Wilnam versus castra movisse, cett., significat.
Hildebrand VIII. Nr. 646. p. 378. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1335. (1.) p. 287. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1639. p. 146.

1844. *Pskow, 13. Decembris.*
Swidrigello magistro generali cladem ad Oszmiana a Sigismundo, non sine magnis damnis ipsius, sibi illatam nuntiat opemque ab eo petit atque obsecrat.
Hildebrand VIII. Nr. 647. p. 379. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1334. p. 287. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1640. p. 146.

1845. *Troki, 17. Decembris.*
Sigismundus, m. dux Lithuaniae, apud magistrum generalem de ordine Livoniae, quod hostem suum adiuverit, conqueritur, quidque sibi ab eo exspectandum sit, interrogat.
Hildebrand VIII. Nr. 649. p. 380. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1336. p. 288. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1641. p. 146.

1846. *Jarosław, 21. Decembris (?) (dominica ante (?) f. S. Thomae).*
Rex Poloniae in ecclesia cathedrali Premisliensi quaedam dona S. Andreae inscribit, cuius ope a Tartaris et schismaticis victoriam reportaverit.
Reg. Pawłowski, Premislia p. 89.

1847. *Wejtwiszki, 21. Decembris.*
Ludovicus de Lanse, commendator de Gniew, magistro generali de consiliis Swidrigellonis et Valachorum Lithuaniam et Poloniam eodem tempore invadendi, de Połąga civitate Ordini a Swidrigellone concessa, cett., scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 650. p. 381. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1337. p. 288. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1642. p. 146.

1848. *Wejtwiszki, 26. Decembris.*
Idem magistro generali victoriam Fedkonis ducis ex Polonis relatam nuntiat et ut in Połąga praesidia collocet, suadet.
Hildebrand VIII. Nr. 651. p. 382. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1338. p. 288. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1643. p. 146. **Cf.** ib. Nr. 1644. notam.

1849. *Wejtwiszki, 26. Decembris.*
Idem marsalco o. T. de eodem argumento scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1644. p. 147.

1850. *S. l. a. et die (exeunte anno 1432?)*
Henricus Rabnaw, legatus Ludovici ducis Silesiae, de sua apud magistrum generalem legatione deque foedere, quod idem dux cum Swidrigellone et Ordine inire cogitat, refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 170. p. 119. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 840. p. 334.

1851. *S. l. a. et die.*
De Sigismundi Kiejstutowicz cum Polonis in Grodno actionibus habitis relatio.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1627. p. 141.

1433.

1852. *Waldau, 1. Januarii.*
Marsalcus o. T. magistro generali de variis cum Swidrigellone actionibus habitis refert officialesque quosdam Ordinis de rebus apud Sigismundum Kiejstutowicz gestis excusat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1647. p. 147.

1853. *Kieś, 2. Januarii.*
Magister Livoniae magistro generali epistolas quasdam commendatoris de Gniew, apud Swidrigellonem morantis, transmittit nuntiatque se 25. Januarii cum exercitu in finibus Lithuanis ad Dünaburgum praesto futurum esse.
Hildebrand VIII. Nr. 657. p. 389.

1854. *Cracoviae, 3. Januarii.*
Wladislaus, rex Poloniae, unionem Lithuaniae cum regno Poloniae sancit. (Litterae Wladislai).
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. I. Nr. 175. p. 307. — Cf. Nr. 1827.

1855. *Wejtwiszki, 6. Januarii.*
Lanse, commendator de Gniew, magistro generali auxilium Swidrigelloni a Tartarorum imperatore promissum nec non mandatum Michaëli Kijoviensi, ut Swidrigellonem adiuvet, ab ipso datum significat litterasque eiusdem imperatoris transmittit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1648. p. 147.

1856. *Cracoviae, 9. Januarii.*
Wladislai, regis Poloniae, magnum privilegium Polonis saecularibus et ecclesiasticis concessum.
Vol. Leg. I. p. 89. — Bandtkie, Jus Pol. p. 224. — AGZ. V. Nr. 54. p. 69. (loci differentes). — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1652. p. 148.

1857. *Cracoviae, 9. Januarii.*
Wladislaus rex »similibus aliis litteris (nisi quod in iis Sigismundi Kieystuti filii ducis Lithuaniae ad vitam iuri caveatur) confirmat

iura regni Poloniae et specialiter ducatum Lithuaniae et Russiae haereditaria successione ad coronam devolvi testatur.« *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 177. — Cf. litteras supra notatas.

1858. *Senis, 16. Januarii.*
Sigismundus caesar concilio Basiliensi litteras magistri generalis o. T. de Polonorum cum Bohemis societate inita agentes transmittit causamque ordinis T. commendat.
Marténe et Durand, Vet. SS. ampl. Coll. VIII. p. 239. — (Palacky et Birk), MM. Concil. I. Nr. 158. p. 275.

1859. *Senis, ante 20. Januarii.*
Sigismundi, imperatoris Romanorum, mandatum legatis ad concilium Basiliense missis datum, in quo de foedere regis Poloniae cum papa civitatibusque liberis Italiae contra concilium imminenti fit mentio.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 843. p. 339.

1860. *Gedani, 20. Januarii.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo inter cetera de commerciis cum Polonia fiunt mentiones.
Toeppen, Acten I. Nr. 436. p. 577. et passsim.

1861. *Troki, 20. Januarii.*
Sigismundi, m. ducis Lithuaniae, foedus cum Wladislao rege cum subiectione et recognitione de Podolia et Volhynia, quod ad regnum pertineant et quod coronam non accipiet contra voluntatem regis, eius successorum et coronae Poloniae. *(sic).*
Danil. Skarb. II. Nr. 1649. p. 147. — Reg. Rykacz. Invent. p. 382.

1862. *Marieburgi, 24. Januarii.*
Magister generalis o. T. palatinum Minoris Podoliae Iliaszko hortatur, ut ad invadendam Poloniam paratus sit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1342. p. 289. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1650. p. 148.

1863. *Troki, 28. Januarii.*
Sigismundus Kiejstutowicz, m. dux Lithuaniae, magistro generali se de condicionibus eius Swidrigellonis sustentandi consentire significat, litteras bellum denuntiantes sibi a magistro Livoniae missas nuntiat et ipsiusne voluntate id fiat, eum interrogat.
Hildebrand VIII. Nr. 659. p. 390. — Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1343. p. 289. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1651. p. 148.

1864. *Cracoviae, 31. Januarii.*
Wladislai, regis Poloniae, statutum contra eos, qui excommunicationis sententiam ultra annum sustinent.
Vol. Legum I. p. 193., in transsumpto Casimiri IV. dd. 26. Aprilis 1458. — Bandtkie, Ius Pol. p. 246., ut supra.

1865. *Wolaw, 8. Februarii s. a.*
Conradus iunior, dux Silesiae, magistro generali milites a se congregandos offert atque in duabus appendicibus de regis Poloniae

studiis Conradi Kantner fratris sui conciliandi, de foedere eiusdem cum aliis Silesiae principibus inito deque expeditione Conradi Kantner in Lithuaniam a Polonis impedita scribit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 174. p. 121.

1866. *Regiomonti, 9. Februarii.*
Summus marsalcus o. T. magistro generali de Samogitis Ordini et Swidrigelloni foedus contra Sigismundum Kiejstutowicz offerentibus scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1653. p. 148. **Cf.** ibid. notam.

1867. *S. l. a. et die (post 9. Februarii).*
De expeditione bellica a magistro Livoniae in Lithuaniam suscepta refertur atque de Fedkone Ostrogski cum Polonis militante mentio fit.
SS. rer. Pruss. III. p. 409. nota. — Hildebrand VIII. Nr. 663. p. 395.

1868. *Łukomla, 11. Februarii.*
Commendator de Gniew Lanse magistro generali de mandatis quibusdam non convenientibus sibi datis scribit, ut foedus cum Swidrigellone initum servet, suadet atque de legatorum ad Sigismundum m. ducem et Jagellonem missorum gestis commemorat.
Hildebrand VIII. Nr. 661. p. 391. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1344. p. 289. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1654. p. 148.

1869. *Finstirwalde, 14. Februarii.*
Henricus Maltitz magistro generali de Hussitarum consiliis Polonos contra Ordinem adiuvandi et de legatorum Polonorum in Misnia rebus gestis refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 175. p. 121.

1870. *Kieś, 18. Februarii.*
Magister Livoniae magistro generali de sua in Lithuaniam expeditione, de Tartarorum et ducis Twerensis auxiliis exspectatis, cett., scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 662. p. 394. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1345. p. 289. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1656. p. 149.

1871. *Cracoviae, 23. Februarii.*
Nicolaus de Michałow, castellanus Cracoviensis, a magistro generali salvum conductum nuntio regis Poloniae, de indutiis acturo, dandum expostulat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1657. p. 149.

1872. *Kieś, 24. Februarii.*
Magister Livoniae magistro generali litteras commendatoris de Gniew transmittit ipsoque consentiente ab eo petit, ut nunc etiam Polonis bellum inferat commeatuque Lithuanos intercludat.
Hildebrand VIII Nr. 664. p. 395. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1344. nota.

1873. *Kieś, 24. Februarii.*
Idem eidem Woltherum Baar quendam, qui expeditioni Lithuanae interfuit, commendat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 665. p. 396.

1874. *Kieś, 25. Februarii.*
Idem Reval civitati propter bellum cum Lithuanis et Polonis proxima aestate imminens interdicit, ne quemquam, mercatoribus exceptis, navibus transferat.
Hildebrand VIII. Nr. 666. p. 396. — **Reg.** Melanges Russes IV. Nr. 113. p. 740.

1875. *Marieburgi, 26. Februarii.*
Magister generalis o. T. apud Sigismundum, m. ducem Lithuaniae, magistrum Livoniae excusat, pacifica sua consilia ei asseverat, quidque sibi ab eo exspectandum sit, eum interrogat.
Fragm. Hildebrand VIII. Nr. 669. p. 397.

1876. *Elbingae, 9. Martii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo pacem cum Polonis ineundam petunt atque postulant.
Toeppen, Acten I. Nr. 440. p. 582.

1877. *Marieburgi, 17. Martii.*
Magister generalis o. T. Gedanum civitatem ad defendendos contra Polonos fines hortatur.
Toeppen, Acten I. Nr. 444. p. 589.

1878. *Witebsk, 22. Martii.*
Swidrigello fratrem quendam ord. Teut. Pfaffendorf suum in concilio Basiliensi procuratorem constituit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1346. p. 290. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1659. p. 150.

1879. *Witebsk, 22. Martii (dominica Laetare).*
Principes et nobiles Rutheni apud concilium Basiliense queruntur de Sigismundo duce et rege Poloniae conciliique iudicio ius suum committunt.
Marténe et Durand, VV.,SS. Coll. VIII. p. 575.; die: 26. Martii falso soluto. — **Cf.** Grosse, Stosunki p. 31.

1880. *Stolpen, 24. Martii.*
Nicolaus Ylaw »official zum Stolpen« senatui Gorlicensi de concilii Basiliensis rebus gestis atque de quibusdam papae consiliis refert, qui inter cetera regnum Bohemiae regi Poloniae committere cogitet.
Palacky, Urk. Beitr. II. Nr. 851. p. 351.

1881. *Kieś, 30. Martii.*
Magister Livoniae magistro generali epistolas quasdam transmittit Lithuaniamque a commendatore Dunaburgensi invasam denuntiat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 673. p. 398.

1882. *Marieburgi, 3. Aprilis.*
Magister generalis o. T. Gedano civitati de domo quadam episcopi Cuiaviensis prope Gedanum diruta scribit.
Toeppen, Acten I. Nr. 445. p. 590.

1883. *Marieburgi, 11. Aprilis.*
Idem apud Swidrigellonem, cur bello cum Polonis gesto non interfuerit, se excusat, se mense Maio Poloniam invasurum significat, hortatur eum, ut ipse cum magistro Livoniae Lithuaniam, principes Podoliae Poloniam invadant, denique nuntium suum, commendatorem de Gniew, annuntiat.
Hildebrand VIII. Nr. 677. p. 401. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1347. p. 290. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1660. p. 150.

1884. *Brześć, 14. Aprilis.*
Nobiles palatinatus Brestensis Wladislao regi se filium post eius mortem regem accepturos spondent.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. Nr. 576. p. 850.

1885. *Gniew, 15. Aprilis.*
Commendator de Gniew Lanse magistro generali de auxiliis e Livonia mittendis scribit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 679. p. 402.

1886. *S. l. (Wratislaviae), 15. Aprilis.*
Wratislavienses magistro generali de Taboritarum cum Polonis foedere inito cosiliisque Prussiam invadendi referunt.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 177. p. 123.

1887. *Wratislaviae, 18. Aprilis s. a.*
Conradus, episcopus Wratislaviensis, Gorlicensibus de discordiis inter Polonos et Taboritas exortis deque novo Polonorum cum ordine Teutonico et Swidrigellone bello exspectando scribit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 179. p. 124. — Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 856. p. 355.

1888. *Marieburgi, 19. Aprilis.*
Magister generalis Ludovico, duci Silesiae, pro auxiliis contra Polonos promissis gratias agit iuriumque eius pro quibusdam terris a Polonis ei ablatis se defensorem fore promittit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 180. p. 124.

1889. *Ilau, 23. Aprilis.*
Commendator de Osterode magistro generali de rebus Swidrigellonis iterum secunde gestis, de rebus Bohemis, de principibus Masoviensibus, cett., scribit suadetque, ut Poloniam invadat.
Vers. Pol. Danil. Skarb. II. Nr. 1661. p. 150.

1890. *Regiomonti, 24. Aprilis s. a.*
Sigismundus von der Leipe magistro generali de suo cum Conrado Albo Oleśnicensi colloquio, de variis rebus Polonis, de

Hussitarum cum rege Poloniae conventione habita, de ducibus Silesiae Henrico et Johanne in Poloniam proficiscentibus refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 181. p. 125.

1891. *S. l. (Posnaniae), 25. Aprilis.*
Capitulum Posnaniense 4 nuntios in oppidum Kościan mittit »ad audiendum responsum ex parte Prutenorum per legatos regi Poloniae dandum.«
Reg. Smolka, Archiwa p. 59.

1892. *Schönsee, 25. Aprilis.*
Commendator de Schönsee magistro generali inter alia de damnis indutiarum tempore a Polonis Ordini illatis refert.
Toeppen, Acten I. Nr. 450. p. 594.

1893. *Marieburgi, 25. Aprilis.*
Magister generalis o. T. concilio Basiliensi litteras concilii suasque, ad pacem cum Polonis invitantes, a se Swidrigelloni missas esse pacificamque eiusdem Swidrigellonis mentem significat, si tamen ipsi bona a Polonis ablata restituantur.
Marténe et Durand, VV. SS. Coll. VIII. p. 582.

1894. *Wratislaviae, 28. Aprilis s. a.*
Conradus, episcopus Wratislaviensis, magistro generali o. T. de Hussitis per Poloniam in Hungariam proficiscentibus, de consiliis Hussitarum, potius Swidrigelloni quam regi Poloniae se affuturos asserentium, de ducibus Silesiae, Conrado Albo et Johanne de Sagan, regi Poloniae munera offerentibus, cett., scribit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 182. p. 126.

1895. *Bautzen, 29. Aprilis.*
Peter Czane magistro generali inter cetera de ducum Silesiae cum Polonis pactionibus Calissiae initis refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 183. p. 127.

1896. *S. l. a. et die (Smoleńsk, 3. Maii).*
Swidrigello magistro generali de suis cum palatino Moldaviae, cum Russiae ducibus et Tartaris rationibus, cett., scribit.
Karamsin V. p. 146. — Narbutt, Dzieje VII. App. p. 132. — Hildebrand VIII. Nr. 681. p. 402 — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1348, (2.) p. 290.

1897. *Olsin, 7. Maii.*
Conradus Albus, dux Oleśnicensis, magistro generali de Hussitarum, in Hungariam proficiscentium, populationibus in Polonia factis, refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 185. p. 128.

1898. *S. l. (Posnaniae), 11. Maii.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae 60 marcas »pro honorificentia« offert.
Reg. Łukaszewicz, Opis I. p. XCII. nota. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 52.

1899. *Kieś, 15. Maii.*
Magister Livoniae magistro generali de Swidrigellone, qui secum in civitate Połock se iungere velit, scribit litterasque eiusdem transmittit.
Hildebrand VIII. Nr. 685. p. 405. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1348 (1). p. 290. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1662. p. 151.

1900. *Soldau, 25. Maii.*
Commendator de Osterode magistro generali novas res bellicas nuntiat magnumque proelium inter duces Sigismundum et Swidrigellonem brevi tempore committendum significat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1663. p. 151.

1901. *Wratislaviae, 26. Maii.*
Johannes Scolym magistro generali de Hussitarum, cum Polonis foederatorum, in Silesiam expeditione refert.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 187. p. 129.

1902. *S. l. 3. Junii.*
Helia palatinus Moldaviae regi Poloniae litteris homagium praestat.
Reg. Dogiel, Cod. d. Pol. I. p. 601. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 135.

1903. *S. l. a. et die (4. Junii).*
Wladislaus, rex Poloniae, apud concilium Basiliense de legatis non missis se excusat petitque, ut ipsis, concilio intercedente, a Bavariae duce et Brandenburgiae marchione salvus conductus detur.
Caro, Lib. Cancell. II. Nr. 80. p. 137. — De dato vide: Grosse, Stosunki p. 33. notam 4.

1904. *Kryczawa, 6. Junii.*
Swidrigello magistro generali de suis cum Masoviensibus rationibus scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1664. p. 151.

1905. *Marieburgi, 9. Junii.*
Magister generalis apud concilium Basiliense de fratre Hieronymo de Praga, qui Polonis faveat, queritur, nec non contra Polonos opem mandatumque petit, ut auxilia sibi missa per terras marchionis Brandenburgensis ducumque Pomeraniae liberum habeant transitum.
Martène et Durand, VV. SS. Coll. VIII. p. 608.

1906. *Marieburgi, 15. Junii.*
Legati concilii Basiliensis eidem concilio super süis de pace inter Poloniam et Ordinem actionibus habitis referunt.
Reg. Rykacz. Invent. p. 84.

1907. *Wieluń, 15. Junii.*
Legati Poloni pactionem quandam inter Bernardum, ducem Opoliae civesque de Namslau et Dobek Puchala, Polonum, constituunt.
Reg. (Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 190. p. 132.

1908. *Marieburgi, 17. Junii.*
Magister generalis Swidrigelloni Novam Marchiam a Polonis invasam esse nuntiat hortaturque eum, ut Valachos, Ruthenos de Podolia Tartarosque in Poloniam mittat, ipse vero cum magistro Livoniae in Lithuaniam proficiscatur.
Hildebrand VIII. Nr. 693. p. 410. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1349. p. 290. -- **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1665. p. 151.

1909. *Kreuzburg, 23. Junii.*
Ludovicus, dux de Brige et Legnitz, magistrum generalem de castris Kreuzburg et Pitschen ab haereticis et Polonis recuperatis certiorem facit, pecunias ab eo petit auxiliumque contra Polonos ei promittit.
(Grünhagen in) SS. rer. Siles. VI. Nr. 191. p. 132.

1910. *Cracoviae, 1. Julii (?) (fer. 4. post f. S. Pauli (!))*
Hrycko Kierdejowicz testatur se castra Chełm et Lubomla ad 4 annos tenenda a rege Poloniae accepisse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 254.

1911. *Połock, 3. Julii.*
Swidrigello magistro generali laetitiam suam ex eo, quod Poloni e Nova Marchia eiecti sint, captam exprimit nuntiatque se cum Livonis et Tartaris Lithuaniam invasurum.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1666. p. 152.

1912. *Marieburgi, 5. Julii.*
Magister generalis magistro Livoniae scribit suadetque, ut eo auctore Swidrigello Polonos e Nova Marchia eiectos et nunc ad Człuchow castra locantes a tergo adoriatur nec non, ut ducem Masoviensem natu minimum ad militiam suam recipiat.
Reg. Napiersky, Index I. N. 1087. p. 241.; anno 1423. adscripto. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1381. p. 83., ad a. 1423. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 701. p. 413., qui datum correxit. **Cf.** ibid. notam.

1913. *S. l. 7. Julii.*
Wilhelmus de Gersdorf duci Glogoviensi Henrico res novas bellicas e Silesia, Polonia, Prussia et Lithuania denuntiat.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 868. p. 367.

1914. *Kieś, 8. Julii.*
Magister Livoniae magistro generali scribit nuntiatque se die hodierna in Lithuaniam castra moturum, commendatore Rigensi vicario suo relicto.
Hildebrand VIII. Nr. 703. p. 414. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1350. p. 290. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1668. p. 152.

1915. *Grunau, 15. Julii.*
Advocatus de Leipe magistro generali de Culmensibus scribit, qui nisi certis sub condicionibus versus Gniewkow procedere nolint.
Toeppen, Acten I. Nr. 461. p. 602.

1916. *S. l. (Posnaniae), 19. Julii.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae de contributione quadam, ab episcopo Posnaniensi Stanislao Ciołek regi persolvenda, respondet.
Reg. Smolka, Archiwa p. 52.

1917. *S. l. (Posnaniae), 21. Julii.*
Duo canonici Posnanienses, rege requirente, exercitui Bohemo ad Nakło moranti »pro qualibet czwertnia per sex grossos« offerunt.
Reg. Smolka, Archiwa p. 53.

1918. *Kłajpeda, 25. Julii.*
Commendator de Kłajpeda magistrum generalem de rebus quibusdam, quae in Samogitia acciderint, certiorem facit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1669. p. 152.

1919. *Ploczerw (!), 25. Julii.*
Swidrigello concilio Basiliensi respondet animumque suum Ruthenos ad unionem cum ecclesia catholica convertendi testatur.
Marténe et Durand, VV. SS. Coll. VIII. p. 622.

1920. *Rigae, 18. Augusti.*
Commendator de Leal, Rigae praefectus, magistro generali de exercitibus Ordinis in Lithuania militantibus, de clade ab eis Sigismundo, ut dicitur, allata nec non de Wilna civitate ab incolis combusta refert.
Hildebrand VIII. Nr. 715. p. 419. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1330. p. 286., ad a. 1432. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1619. p. 137., ad a. 1432.

1921. *Brodnya, 21. Augusti.*
Sanguszko dux se a rege Poloniae Rathno et Crosnyczyn accepisse testatur.
Stadnicki, Synowie Gedymina II. p. 265. — Turgeniew, Suppl. Nr. 218. p. 518. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1677. p. 154. s. l. et die.

1922. *Starogrod, 7. Septembris.*
Legati quidam, quibus a Bohemis et Polonis ad agendum de pace salvus conductus datus est, proponuntur.
Toeppen, Acten I. Nr. 463. p. p. 604.

1923. *Marieburgi, 9. Septembris.*
Magister generalis Gedano civitati praecipit, ut quam celerrime legatos ad agendum de pace Graudentium mittat.
Toeppen, Acten I. Nr. 464. p. 604.

1924. *Regiomonti, 10. Septembris.*
Commendator Ragnetensis magistro generali de Swidrigellonis in Lithuania rebus secunde gestis et de Sigismundo a baronibus suis et Samogitis derelicto scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 720. p. 420. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr 1351. p. 291. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1670. p. 152.

1925. *Ante castrum Jessenicz, 13. Septembris.*
Indutiae inter Poloniam Lithuaniamque et ordinem Teut. usque ad 25. Decembris initae (Litterae regis Poloniae).
Turgeniew, Suppl. Nr. 119. p. 307. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1352. p. 291. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1671. p. 152. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 84. — **Reg.** Napiersky, Russ. Livl .Urkd. Nr. 233. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 781. p. 421.

1926. *S. l. a. et die (circa 13. Septembris).*
Marsalcus o. T. et commendatores quidam indutias supra notatas ratas habent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 84.

1927. *Rigae, 19. Septembris.*
Magister Livoniae magistro generali de suis in bello Lithuano cladibus acceptis refert novasque res de bello Prutheno ab eo petit.
Hildebrand VIII. Nr. 724. p. 422.

1928. *Pyzdry, 20. Septembris.*
Nicolaus de Michałow magistro generali nuntium, qui legatum Ordinis ad m. ducem Sigismundum perduceret, a rege Poloniae missum esse denuntiat.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 376.

1929. *Marieburgi, 21. Septembris.*
Magister generalis apud regem Poloniae pro captivis Ordinis usque ad 25. Decembris e vinculis dimittendis intercedit admonetque eum, ut Swidrigello de indutiis initis certior fiat.
Hildebrand VIII. Nr. 725. p. 423.

1930. *Dünamünde, 24. Septembris.*
Magister Livoniae ex magistro generali quaerit, num Lithuania indutiis nuper initis comprehendenda sit, morbumque suum et mortem multorum suorum denuntiat.
Hildebrand VIII. Nr. 727. p. 425.

1931. *Lipniszki, 25. Septembris (w piatnicu pered »Pokrowuiu«).*
Sigismundus, m. dux Lithuaniae, regi Poloniae de indutiis cum Ordine et Swidrigellone initis, cett., scribit.
Gołębiowski I. p. 549.

1932. *S. l. a. et die (Septembri — Decembri).*
Swidrigello apud magistrum generalem nuntio suo, Jasko Mikowii, fidem mandati sui facit auxiliumque ab eo petit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1672. p. 153.

1933. *In castro Mstislaviensi (?) 3. Octobris s. a.*
Idem eidem Georgium Lyngwenowicz e carcere elapsum esse, Sigismundum m. ducem cum Polonis multos congregare exercitus nuntiat petitque ab eo, ut in Poloniam incurrat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1673. p. 153.

1934. *Thorunii, 9. Octobris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de haereticis, eorum cum Polonis discordiis exortis, de damnis ab eis terris Polonis allatis, cett., scribit.
Palacky, Urkd. Beitr. II. Nr. 883. p. 386.

1935. *Romae, 13. Octobris.*
Eugenius IV. papa regi Poloniae de concilio Basiliensi et de suis cum eodem concilio actionibus scribit spemque suam fore, ut se contra concilium adiuvet, exprimit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 22. Tom. IX. p. 154.

1936. *Goldingen, 19. Octobris s. a.*
Commendator de Goldingen marsalco Livoniae de litteris eius a Samogitis interceptis refert.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 733. p. 428.

1937. *Regiomonti, 20. Octobris.*
Summus marsalcus o. T. a magistro generali petit, ut ante conventionem in Brześć oppido habendam, Culmensibus postulantibus, ordines Prussiae convocet.
Toeppen, Acten I. Nr. 469. p. 607.

1938. *Basileae, 31. Octobris.*
Andreas Pfaffendorf magistro generali, ne Swidrigellonem derelinquat, aliaque suadet.
Kotzebue, Switrigail App. Nr. 122. p. 12. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1674. p. 153.

1939. *Beskoin, 1. Novembris.*
Milites de Wedel regi et regno Poloniae homagium praestant.
Reg. Rykacz. Invent. p. 84.

1940. *Elbingae, 19. Novembris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo legati ad conventionem Brzestensem mittendi decreti sunt.
Toeppen, Acten I. Nr. 470. p. 608.

1941. *Marieburgi, 23. Novembris.*
Magister generalis Gedano civitati praecipit, ut inter alios legatos etiam virum litteratum ad conventionem Brzestensem mittat.
Toeppen, Acten I. Nr. 471. p. 610.

1942. *Marieburgi, 27. Novembris.*
Magister generalis Gedano civitati de legatis ad conventionem Brzestensem mittendis iterum scribit.
Toeppen, Acten I. Nr. 472. p. 610.

1943. *S. l. a. et die (ante 30. Novembris).*
Rex Poloniae episcopo Warmiensi aliisque legatis ordinis Teut. ad conventionem Brzestensem missis dat salvum conductum.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 473. p. 611.

1944. *Briszky, (!) 30. Novembris.*
Limitum inter Novam Marchiam et Poloniam descriptio.
Riedel, Cod. d. Brand. Pars II. Tom. IV. Nr. 1548. p. 133.

1945. *Basileae, 1. Decembris.*
Concilium Basiliense regem Poloniae hortatur, ut, quemadmodum Sigismundus caesar fecerit, causam suam et eiusdem caesaris in concilium compromittat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 4.

1946. *Thorunii, 11. Decembris.*
Magister generalis episcopo Warmiensi aliisque agendi de pace cum Polonis confert mandatum.
Kętrzyński, O narodowości p. 78. — Toeppen, Acten I. Nr. 475. p. 611.

1947. *Lanciciae, 13. Decembris.*
Wladislaus, rex Poloniae, Stephano, palatino Moldaviae, quasdam terras donat.
Reg. Dogiel I. p. 601. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 135.

1948. *Lanciciae, 15. Decembris.*
Indutiae 12 annorum inter ordinem Teut. et Poloniam sancitae (Litterae Jagellonis).
Dogiel IV. p. 119. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski II. p. 195. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1354. p. 291. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1675. p. 354. — **Reg.** Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 234. p. 193., locis quibusdam differentibus notatis. — **Excerpt.** Hildebrand VIII. Nr. 742. p. 431. — **Cf.** Nr. 1951.

1949. *Graudentii, 16. Decembris.*
Magister generalis Gedano civitati mandat, ut legatum ad litteras indutiarum cum Polonis initarum magno sigillo obsignandas mittat.
Toeppen, Acten I. Nr. 477. p. 613.

1950. *Marieburgi, 20. Decembris.*
Idem ab eadem civitate sententiam de Swidrigellone derelinquendo petit.
Toeppen, Acten I. Nr. 481. p. 616.

1951. *Marieburgi, 21. Decembris.*
Indutiarum sub Nr. 1948. notatarum litterae magistri generalis.
Reg. Rykacz. Invent. p. 84. — **Reg.** Toeppen, Acten I. Nr. 482. p. 617.

1952. *Basileae, s. die.*
Concilium Basiliense pro concordia inter magistrum et regem Poloniae stabilienda mittit episcopum Parmensem aliosque duos oratores. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 84.

1953. *Basileae, s. die.*
Idem concilium Swidrigellonem hortatur, ut regi Poloniae reconcilietur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1676. p. 154.

1954. *S. l. a. et die.*
Wladislaus rex Poloniae Alexandro palatino Moldaviae ratione rupti foederis et damnorum illatorum impunitatem concedit.
Reg. Dogiel I. p. 601. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 135.

1955. *Kołomyja s. die (a. a m. cr. 6941.)*
Homagium Wladislao regi a Stephano palatino Moldaviae praestitum.
Reg. Rykacz. Invent. p. 135.

1956. *S. l. et die.*
Consiliarii regni Poloniae approbant pacta inter Wladislaum regem Pol. et Stephanum palatinum Moldaviae per Michaëlem Buczacki facta et homagium ab eodem palatino regi praestitum ratum habent.
Reg. Dogiel I. p. 601. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 135.

1957. *S. l. a. et die.*
Alexander palatinus Moldaviae duas villas donat Drohowski. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 135.

1958. *S. l. a. et die.*
Donatio 4 villarum sub titulo Alexandri palatini. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 135.

1959. *S. l. a. et die.*
Subditi ducis Stolpensis magistro generali amicitiam renuntiant.
Kotzebue, Preuss. Gesch. III. p. 496. — **Cf.** SS. rer. Pruss. III. p. 501.

1960. *Radoschice s. die.*
Wladislaus rex Poloniae magistro generali respondet seque eo petente Andream de Lubino in quadam causa secreta ad eum mittere significat.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 373.

1961. *S. l. a. et die.*
Ludovicus Lanse, ad Swidrigellonem nuntius missus, magistro generali de suis actionibus refert.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1667. p. 152.

1962. *S. l. a. et die (circa a. 1433.).*
Anonymus quidam magistro generali de Tartaris in Podolia militantibus nec non de episcopis Polonis a papa excommunicatis scribit.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 374. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. II. p. 191. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1341. p. 289. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1655. p. 149. — **Cf.** Caro, Gesch. Pol. IV. p. 81. notam. 2.

1963. *S. l. a. et die (circa a. 1433).*
Wladislaus rex Poloniae quaedam episcoporum de libertatibus ecclesiasticis statuta, a Casimiro Magno papisque approbata atque sancita, rata habet.
Vol. Leg. I. p. 95—114.

1964. *S. l. a. et die (ante a. 1434).*
Consiliarii Moldaviae cum Elia palatino regi Poloniae et filiis eius fidem iureiurando promittunt.
Reg. Rykacz. Invent. p. 137. — De dato vide: Caro, Gesch. Pol. IV. p. 475. notam.

1434.

1965. *Marieburgi, 8. Januarii.*
Magister generalis Gedanum civitatem de indutiis 12 annorum cum Polonis sancitis certiorem facit easque promulgare iubet.
Toeppen, Acten I. Nr. 484. p. 620.

1966. *Cracoviae, 11. Januarii.*
Nicolaus de Michałow, castellanus Cracoviensis, capitaneis et burgraviis praecipit, ut captivos ordinis Teut. marsalco Livoniae restituant.
Hildebrand VIII. Nr. 761. p. 443. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1355. p. 291.; die: 8. Januarii adscripto. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1678. p. 154.; die: 8. Januarii adscripto.

1967. *Merecz, 12. Januarii.*
Sigismundus, m. dux Lithuaniae, magistro generali se indutias sancitas servaturum asseverat mercatoresque detentos a se dimissos esse nuntiat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 762. p. 443.

1968. *Romae, 12. Januarii.*
Eugenius IV. papa regi Poloniae se, caesare et rege Franciae petente, cum concilio reconciliatum esse significat hortaturque eum, ut legatos ad concilium mittat atque sedem apostolicam defendat.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 4. Tom. IX. p. 168. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1679. p. 154.

1969. *Basileae, 20. Januarii.*
Concilium Basiliense Alberto archiepiscopo Gnesnensi, Sbigneo episcopo Cracoviensi et Petro abbati Clarae Tumbae mandat, ut monasterium Tinecense contra impugnationes saecularium tueantur.
Codex Tinecensis II. Nr. 173. p. 277.

1970. *Dobrini, 25. Januarii.*
Terra Dobrinensis se Wladislao rege mortuo filium eius regem creaturam spondet.
Rzyszcz. et Muczk. II. Nr. 578. p. 856. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 177.

1971. *Marieburgi, 28. Januarii.*
Marsalcus Livoniae magistrum generalem de suo et 23 aliorum captivorum e vinculis reversione certiorem facit petitque ab eo, ut captivos Polonorum usque ad suum adventum detineat.
Hildebrand VIII. Nr. 770. p. 449. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1356. p. 291. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1680. p. 155.

1972. *Rastenburgi et Elbingae, 26. Februarii — 2. Martii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo ordines una cum magistro generali etiam contra rogationem ordinis Livoniae se indutias cum Polonis servaturos decernunt.
Toeppen, Acten I. Nr. 491. p. 634. — Hildebrand VIII. Nr. 779. p. 453.

1973. *Kłajpeda, 27. Februarii.*
Commendator domus de Kłajpeda summum marsalcum de Samogitarum circa Połąga die hesterna vexationibus factis nec non de Waysotte, Swidrigellonis affinis et legati, adventu certiorem facit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 3152. (8). p. 248. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 780. p. 453.

1974. *Korczyn, 27. Februarii.*
Praelati et barones Poloniae de unione inter Wladislaum regem Poloniae et Sigismundum m ducem Lithuaniae sancita cavent.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. I. Nr. 176. p. 312. — **Reg.** Gołębiowski II. p. 15. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 383. — **Cf.** Nr. 1854.

1975. *Grodno, 27. Februarii.*
Sigismundus, m. dux Lithuaniae, cum Wladislao, rege Poloniae, unionem sancit. (Litterae Sigismundi).
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1681. p. 155. — **Cf.** Nr. 1854.

1976. *Basileae, 28. Februarii.*
Sigismundus caesar magistrum generalem de indutiis cum Polonis initis Swidrigelloneque ab eo derelicto reprehendit.
Kotzebue, Switrigail App. Nr. 123. p. 16. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1357. p. 292. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1682. p. 155. **Cf.** ibidem Nr. 1658. et notam — **Reg.** Gołębiowski II. p. 34. — **Reg.** Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 235.

1977. *Basileae, 28. Februarii.*
Sigismundus caesar ordinibus Prussiae et Livoniae in eodem negotio scribit legatosque suos auctoritate exornat.
Narbutt, Dzieje VII. App. p. 48. — Hildebrand VIII. Nr. 781. p. 454.

1978. *Nova Civitate, 5. Martii.*
Andreas Ciołek de Żelechow, capitaneatum Maioris Poloniae suscipiens, Wladislao regi, eius filiis et regno Poloniae fidem spondet.
Reg. Rykacz. Invent. p. 276.

1979. *Suczawa, 18. Martii.*
Stephanus, palatinus Moldaviae, mercatoribus Leopoliensibus liberae mercaturae privilegia confirmat.
AGZ. VII. Nr. 4. p. 216.

1980. *Basileae, 25. Martii.*
Johannes Kaldenbach Waltero de Schwarzenberg, civi Frankofurtensi, indutias Lancicienses ab Ordine ruptas falso denuntiat.
Janssen, Frankf. Reichscorr. I. Nr. 736. p. 400.

1981. *In Koschcziewo, 26. Martii.*
Swidrigello magistro Livoniae legatos a rege Poloniae sibi missos significat animumque magistri ante responsum dandum explorare studet.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 789. p. 462.

1982. *Wiazma, 7. Aprilis.*
Idem magistro generali de victoria socii sui Georgii, m. ducis Moscoviae, de Wasilone duce reportata scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1683. p. 155.

1983. *Wiazma, 11. Aprilis.*
Idem magistro generali Tartarorum imperatorem terram Kijoviensem invasisse mandataque ab eo petere nuntiat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1684. p. 155.

1984. *Wolmar, 19. Aprilis.*
Magister Livoniae magistro generali se, cum indutias cum Polonis servaturus non sit, castra in finibus Lithuaniae munire significat petitque ab eo, ut legati Swidrigellonis sustententur.
Hildebrand VIII. Nr. 797. p. 466. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1358. p. 292. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1685. p. 156.

1985. *Marieburgi, 29. Aprilis.*
Magister generalis Gedano civitati mandat, ut, cum Sigismundus imperator ad rumpendas indutias cum Polonis initas se ordinesque Prussiae graviter hortatus sit, tres consules ad hanc rem agendam Elbingam mittat.
Toeppen, Acten I. Nr. 495. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 803. p. 469.

1986. *Smoleńsk, 1. Maii.*
Swidrigello magistro generali de consiliis Polonorum Łuck et Krzemieniec civitates occupandi, de auxiliis imperatoris Tartarorum et magni ducis Moscoviae sibi mittendis scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1686. p. 156.

1987. *Elbingae, 10. Maii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo mandatum imperatoris de rumpendis indutiis cum Polonis sancitis a magistro generali repudiatum esse probatur legatique in Poloniam mittendi constituuntur.
Toeppen, Acten I. Nr. 496. p. 638.

1988. *Thorunii, 17. Maii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali Thorunienses legationis in Poloniam mittendae, ceteris civitatibus inconsultis, participes esse nolle significat.
Toeppen, Acten I. Nr. 498. p. 640.

1989. *Cracoviae sine die (ante 31. Maii).*
Wladislaus, rex Poloniae, privilegiorum a filio suo Wladislao confirmandorum fideiussores constituit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 178.

1990. *Marieburgi, 2. Junii.*
Magister generalis Gedano civitati de legatis Thoruniensibus legationi in Poloniam adiungendis scribit.
Toeppen, Acten I. Nr. 500. p. 642.

1991. *Rigae, 6. Junii.*
Commendator Rigensis magistro Livoniae inter cetera Sigismundum m. ducem castra movisse, Swidrigellonem contra Polonos egressurum nuntiat.
Hildebrand VIII. Nr. 816. p. 474. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1360. p. 292. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1687. p. 156.

1992. *S. l. a. et die (Basileae, 11—17. Julii).*
Sermo de commendatione mortui regis Poloniae Wladislai.
Excerpt. Theod. Mayer in Notizblatt zum Archiv f. öst. Gesch. Tom. IX., a. 1860.

1993. *Marieburgi, 13. Julii.*
Magister generalis Swidrigelloni respondet seque eum ulterius adiuturum esse promittit.
Hildebrand VIII. Nr. 828. p. 483.

1994. *Marieburgi, 22. Julii s. a.*
Idem papae Jonam Millersdorf, de Ruthenis convertendis bene meritum, commendat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1689. p. 157.

1995. *Cracoviae, 25. Julii.*
Wladislaus III., rex Poloniae, ordinibus Poloniae se, cum aetatem plenam consecutus sit, privilegia et libertates confirmaturum pollicetur, alioquin subditos suos oboedientia sibi praestita liberos declarat.
Reg. Gołębiowski II. p. 5.

1996. *Cracoviae, 12. Augusti.*
Wladislaus III., rex Poloniae, legatos suos ad concilium Basiliense missos publica auctoritate exornat.
Caro, Lib. Cancell. II. p. 138. nota. — Cod. Univ. Crac. II. Nr. 125. p. 50., ex transsumpto dd. 4. Februarii 1445.

1997. *Cracoviae, 14. Augusti (in vigilia Assumptionis).*
Wladislaus III., rex Poloniae, se indutias 12 annorum cum ordine Teut. initas servaturum pollicetur, alioquin subditos suos fide sibi praestita liberos reddit.
Reg. Gołębiowski II. p. 16.

1998. *Marieburgi, 19. Augusti.*
Magister generalis Swidrigellonem de Sigismundi Korybut ad ipsum (Swidrigellonem) per Livoniam profecturi adventu certiorem facit, quid sibi in hac causa faciendum sit, interrogat nuntioque suo Clementi fidem huius rei facit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 846. p. 491.

1999. *Płock, 21. Augusti.*
Semovitus, dux Masoviensis, Stanislao, episcopo Plocensi, ut sibi fratrem Wladislaum ducem reconciliet, salvum conductum dat.
Cod. Masov. Nr. 172. p. 181.

2000. *Libau, 23. Augusti.*
Werner von Nesselrode, senior marsalcus Livoniae, magistro generali se ceterosque captivos tempestatibus detentos esse nuntiat petitque ab eo, ut sibi sociisque apud Polonos aut libertatem aut tempus reditus prorogatum impetret.
Hildebrand VIII. Nr. 848. p. 492. Cf. ibid. NNr. 844. 847.

2001. *Marieburgi, 28. Augusti.*
Magister generalis Gedanum civitatem ad conventionem Thorunii habendam invitat, ut de conventione cum Polonis (in Słońsk oppido) consilium capiatur.
Toeppen, Acten I. Nr. 505. p. 649.

2002. *Thomasdorf, 28. Augusti.*
Magister Livoniae apud magistrum generalem precibus marsalci senioris de captivis liberandis suffragatur (cf. Nr. 2000) deque militibus Livoniae, qui ad ipsius novissimam expeditionem Lithuanam accedere noluerint, scribit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 849. p. 493.

2003. *Troki, 1. Septembris.*
Sigismundus, m. dux Lithuaniae, magistro generali captivos a se iam dudum liberatos esse significat deque magistro Livoniae conqueritur, qui, indutiis cum Ordine durantibus, sibi pacem renuntiaverit, bellum intulerit et legatos suos detineat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 854. p. 498.

2004. *Schrunden, 1. Septembris.*
Commendator de Goldingen commendatori de Kłajpeda copias suas in Samogitia deletas esse nuntiat.
Hildebrand VIII. Nr. 853. p. 498. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1361. p. 292. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1690. p. 157.

2005. *Labiau, 6. Septembris (off den montag vor unser lesten vrouwentag).*
Hans Balg magistro generali de sua ad Sigismundum, m. ducem Lithuaniae, legatione habita refert.
Kotzebue, Preuss. Gesch. III. p. 488., a. 1432. adscripto. — Hildebrand VIII. Nr. 855. p. 499. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1623. p. 139., ad a. 1432.

2006. *S. l. a. et die (circa 8. Septembris).*
Fragmentum litterarum de conventione Ordinis et Polonorum 8. Septembris habita referentium.
Toeppen, Acten I. Nr. 506. p. 649.

2007. *Labiau, 9. Septembris.*
Commendator Ragnetensis magistro generali de trinarum copiarum Livonarum clade in Samogitia accepta scribit invasionemque magistri Livoniae in Lithuania exspectatam significat.
Hildebrand VIII. Nr. 856. p. 502. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1362. p. 292. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1691. p. 157.

2008. *Marieburgi, 11. Septembris.*
Magister generalis magno commendatori de captivis Livonis vinculis Polonis liberandis scribit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 857. p. 503.

2009. *Raciąż, 12. Septembris.*
Legati Polonorum legatis Ordinis salvum conductum 2 dierum ad conventionem dant.
Reg. Toeppen, Acten I Nr. 507. p. 650.

2010. *S. l. a. et die (ante 14. Septembris).*
Ordo Teut. et praelati Prussiae concilium Basiliense rogant, ut respectis multis damnis a Polonis acceptis, dimidia pecunia concilio debita absolvantur.
Hildebrand VIII. Nr. 859. p. 504.

2011. *Krzemieniec, 14. Septembris.*
Fedko, dux Nieswiezensis, vinculis Swidrigellonis liberatus, coronae Poloniae fidem praestat.
Krupowicz, Zbiór dypl. Nr. 16. p. 18. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1703. p. 160.

2012. *Brześć, 17. Septembris.*
Indutiae inter ordinem Teut. et Polonos initae.
Reg. Gołębiowski II. p. 21. **Cf.** ib. notam sequentem.

2013. *Thorunii, 18. Septembris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo ipsi indutias cum Polonis initas sibi communicari probant deque litteris obsignandis, quibus magister generalis, si indutias ruperit, subditos suos a fide sibi praestita absolvat, agunt.
Toeppen, Acten I. Nr. 508. p. 651.

2014. *Marieburgi, 23. Septembris.*
Magister generalis Gedanum civitatem ad legatos Elbingam mittendos hortatur, ut propter novam cum Polonis conventionem, 8. Decembris habendam, consilia capiantur.
Toeppen, Acten I. Nr. 511. p. 653.

2015. *Elbingae, 1. Octobris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo consultum fit, ut conventio cum Polonis habenda differatur legatique ad imperatorem et Gnesnam mittantur.
Toeppen, Acten I. Nr. 513. p. 654.

2016. *Rigae, 18. Octobris s. a.*
Marsalcus ordinis Livoniae magistro generali de clade ordinis in Samogitia accepta refert.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1693. p. 157.

2017. *Florentiae, 20. Octobris.*
Eugenius IV. papa Paulo episcopo Caminacensi mandat, ut Sigismundum et Swidrigellonem duces inter se reconciliare studeat.
Kotzebue, Switrigail App. Nr. 127. p. 29. **Cf.** litteras eiusdem argumenti ad episcopum Wilnensem ib. p. 30. in nota. — Narbutt, Dzieje Tom. VII. App. VIII. p. 62. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1365. p. 293. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1696. p. 159.

2018. *Florentiae, 20. Octobris.*
Idem Swidrigellonem pro studiis eius atque Gerasimi metropolitae Ruthenorum ad ecclesiam catholicam convertendorum laudat, ut metropolitam eundem ad se mittat nec non ut cum rege Poloniae et Sigismundo m. duce concordiam ineat, hortatur.
Kotzebue, Switrigail App. Nr. 125. p. 22. — Narbutt, Dzieje Tom. VII. App. p. 56. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1363. p. 292. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1694. p. 158.

2019. *Florentiae, 20. Octobris.*
Idem Gerasimo metropolitae Kijoviensi de eodem argumento scribit.
Kotzebue, Switrigail App. Nr. 126. p. 26. — Narbutt, Dzieje Tom. VII. App. p. 59. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1364. p. 293. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1695. p. 158.

2020. *Florentiae, 20. Octobris.*
Idem Sigismundum, m. ducem Lithuaniae, hortatur, ut Sophiam, Swidrigellonis uxorem, ex vinculis liberatam marito remittat.
Kotzebue, Switrigail App. Nr. 124. p. 20. — Narbutt, Dzieje Tom. VII. App. p. 60. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1366. p. 293. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1697. p. 159.

2021. *Basileae, 21. Octobris.*
Johannes Karsche licentiatus magistro generali de gestis concilii Basiliensis refert et inter alia de Polonis ibidem morantibus atque de exspectato episcopo Cuiaviensi commemorat.
Hildebrand VIII. Nr. 871. p. 512.

2022. *Thorunii, 22. Octobris.*
Johannes Sterz, a Gedano civitate in Poloniam missus, ab eadem civitate, ut sibi amplior pecunia subministretur, petit.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 516. p. 658.

2023. *Darowo, 2. Novembris.*
Sigismundus, m. dux Lithuaniae, magistro generali ad querelam de mercatoribus Prussiae in Lithuania detentis respondet deque magistro Livoniae, quod legatos suos detineat, conqueritur.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 873. p. 516.

2024. *Basileae, 5. Novembris.*
Litterae, quibus legati Polonorum concilio Basiliensi incorporati esse probantur.
Cod. Univers. Cracov. II. Nr. 126. p. 52., ex transsumpto dd. 5. Februarii a. 1445.

2025. *Holland, 16. Novembris.*
Magister generalis o. T. a Gedano civitate petit, ut legati civitatis, ad conventionem cum Polonis 8 Decembris habendam destinati, ante ipsam conventionem se visuri Graudentium veniant.
Toeppen, Acten I. Nr. 518. p. 659.

2026. *S. l. (Łąkoszyn), 18. Novembris.*
Statuta quaedam a Masoviensibus una cum Lanciciensibus in Łąkoszyn oppido constituta.
Helcel, Pomniki I. p. 296.

2027. *Rigae, 19. Novembris.*
Magister Livoniae magistro generali inter alia legatum suum, ad conventionem cum Polonis 8. Decembris habendam destinatum, commendat.
Hildebrand VIII. Nr. 877. p. 521. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1367. p. 293.

2028. *Osterode, 20. Novembris.*
Magister generalis a Gedano civitate petit, ut ad Swieć civitatem conventione cum Polonis durante tegendam 20 armatos commendatori Gedanensi mittat.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 519. p. 659.

2029. *Preusz Mark, 24. Novembris.*
Idem eidem mandat, ut civitas contra Polonos muniatur.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 520. p. 659.

2030. *Thorunii, 26. Novembris.*
Thorunium civitas Gedano civitati respondet sibi a magistro generali nihil de armatis contra Polonos mittendis, sed tantum de conventione Graudentii habenda scriptum esse.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 521. p. 660.

2031. *Graudentii, 5. Decembris.*
Magister generalis a Gedano civitate iterum petit, ut sibi armatos contra Polonos mittat.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 522. p. 660.

2032. *Graudentii, 6. Decembris.*
Legati Gedanenses Gedano civitati de actionibus Graudentii habitis referunt.
Toeppen, Acten I. Nr. 523. p. 660.

2033. *Smoleńsk, 6. Decembris.*
Swidrigello magistrum generalem rogat, ut legato imperatoris ductorem praebeat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1698. p. 159.

2034. *Rigae, 10. Decembris.*
Magister Livoniae magistro generali respondet deque bello Livoniae a Sigismundo m. duce Lithuaniae impendente nec non de legatis ad concilium Basiliense mittendis scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 881. p. 524. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1368. p. 293. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1699. p. 160.

2035. *S. l. a. et die (Florentiae, ante 15. Decembris).*
Petitio quaedam Eugenio IV. papae nomine ordinis Teutonici proposita, in qua de rebus Lithuaniae et Russiae, praecipue de Ruthenis ad fidem catholicam convertendis, agitur.
Hildebrand VIII. Nr. 883. p. 525.

2036. *Brześć, 19. Decembris.*
Barones Poloniae legato ordinis Teutonici, ad conventionem Brestiae habendam misso, dant salvum conductum.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1369. p. 294. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1700. p. 160.

2037. *Thorunii, 24. Decembris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo magister generalis, ut neglecto ordine Livoniae pacem cum Polonis servet, graviter monetur.
Hildebrand VIII. Nr. 888. p. 530. — **Excerpt.** Toeppen, Acten I. Nr. 524. p. 661.

2038. *Marieburgi, 31. Decembris.*
Magister generalis o. T. legato Sigismundi, m. ducis Lithuaniae, in Livoniam misso, dat salvum conductum.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 890. p. 531.

2039. *Florentiae, s. a. et die.*
Eugenius IV. papa Wladislao III., regi Poloniae, oboedientiae sibi praestitae nomine scribit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 27. Tom. IX. p. 182. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski II. p. 227. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1688. p. 156.

2040. *S. l. a. et die.*
Idem Sophiae, reginae Poloniae, eodem nomine scribit.
Krupowicz, Zbiór dypl. Nr. 15. p. 17. — **Fragm.** Raynald, Ann. h. a. Nr. 27. Tom. IX. p. 183.

2041. *S. l. et die (a. a m. cr. 6942).*
Stephanus, palatinus Moldaviae, se Wladislao, regi Poloniae, per Michaëlem Buczacki iuramentum fidei spopondisse testatur.
Reg. Dogiel I. p. 601. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 136.

2042. *S. l. et die (a. a m. cr. 6942).*
Eiusdem Stephani litterae super villam Baczynin. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 136.

2043. *S. l. a. et die.*
Sigismundi imperatoris responsum legato Swidrigellonis, Sigismundo Rot, datum.
Excerpt. Danił. Skarb. II. Nr. 1701. p. 160.

2044. *S. l. a. et die.*
Articulus tertius pactionis inter Sigismundum caesarem et Swidrigellonem initae.
Excerpt. Danił. Skarb. II. Nr. 1702. p. 160.

1435.

2045. *S. l. (Cracoviae), 13. Januarii (fer. 5. post Epiphaniam).*
Consules Cracovienses consulibus Wratislaviae de novis teloneis, a Conrado duce Oleśnicensi constitutis, scribunt.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 96.; die: 14. Julii adscripto.

2046. *Wyszegród, 19. Februarii.*
Boleslaus, dux Masoviensis, testatur se a Wladislao duce Masoviensi mediam summam pecuniae, de terra Wiznensi oppignerata sibi debitae, accepisse.
Cod. Masov. Nr. 173. p. 182.

2047. *Marieburgi, 23. Februarii.*
Magister generalis Sigismundum imperatorem, ut sibi clade a Polonis illata auxilium submittat, obsecrat atque obtestatur.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1373. p. 294. -- **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1705. p. 162.

2048. *Witebsk, 26. Februarii.*
Swidrigello a magistro generali, clade accepta, consilium auxiliumque petit atque legatum ad caesarem a se missum esse ei nuntiat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1706. p. 162.

2049. *Basileae, 6. Martii.*
Johannes de Reve magistro generali inter alia de episcopatu Wladislaviensi propediem dividendo scribit.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 903. p. 539.

2050. *Florentiae, 10. Martii.*
Eugenius IV. papa Gregorio, archiepiscopo Moldaviae Valachiaeque, qui ad eclesiam catholicam accesserit, gratias quasdam spirituales concedit.
Raynald, Ann. a. 1436. Nr. 27. Tom. IX. p. 227.

2051. *Rigae, 13. Martii.*
Magister Livoniae magistro generali legatos suos commendat, qui eum ad auxilium sibi ferendum hortaturi et conventioni cum Polonis 23. Aprilis habendae interfuturi sint.
Hildebrand VIII. Nr. 905. p. 540.

2052. *Czirwensk, 15. Martii.*
Boleslaus, dux Masoviensis, testatur sibi a Wladislao, duce Masoviensi, pro terra Wiznensi oppignerata reliquum debitum persolutum esse.
Cod. Masov. Nr. 174. p. 183.

2053. *Posonii, 15. Martii.*
Sigismundus caesar magistro generali de suis cum Polonis actionibus, praecipue de conventione Brestiae 23. Aprilis habenda a se dilata nec non de animo suo, si Poloni contradixerint, eis bellum inferendi, cett., accurate scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 906. p. 541. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1374. p. 294. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1707. p. 162.

2054. *Rigae, 22. Martii.*
Magister Livoniae subditis suis praecipit, ut cancellario imperatoris, Niklis, qui litteras has portet et ad Swidrigellonem proficiscatur, duos equos et ductorem Teutonicum procurent.
Hildebrand VIII. Nr. 908. p. 543.

2055. *Elbingae, 22. Martii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo liquet praeceptum imperatoris pacis cum Polonis rumpendae ab ipso per legatos revocatum conventionemque cum Polonis 7. Maii Wratislaviae vel in Lewocza oppido constitutam esse, ad quam conventionem ordines legatos missuri sunt.
Excerpt. Toeppen, Acten I. Nr. 529. p. 671. — **Excerpt.** Hildebrand VIII. Nr. 909. p. 544.

2056. *S. l. 23. Martii.*
Fedko, dux de Nieśwież, Wladislao, regi Poloniae, iterum fidem spondet.
Krupowicz, Zbiór Nr. 17. p. 19. — **Reg.** Gołębiowski II. p. 22.

2057. *Kwidzyń, 25. Martii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo legati ad conventionem cum Polonis habendam mittendi decreti esse probantur.
Hanserecesse Pars II. Tom. I. Nr. 423. — Toeppen, Acten I. Nr. 530. p. 675. — **Fragm.** Hildebrand VIII. Nr. 909. p. 544.

2058. *Marieburgi, 27. Martii.*
Magister generalis Gedano civitati gaudium suum, quod ex causa quadam contra episcopum Cuiaviensem obtenta perceperit, testatur.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 535. p. 684.

2059. *Basileae, 29. Martii.*
Concilium Basiliense tutelae regis Poloniae ecclesiam Rigensem commendat.
Dogiel, Cod. d. Pol. V. p. 134. — Hildebrand VIII. Nr. 912. p. 545. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 127.

2060. *Basileae, 29. Martii.*
Idem concilium tutelae Sigismundi, m. ducis Lithuaniae, eandem ecclesiam commendat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 913. p. 546.

2061. *Cracoviae, 20. Aprilis.*
Wladislaus III. rex et barones Poloniae legatis ordinis Teut. ad conventionem Brestensem missis dant salvum conductum.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1375. p. 295. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1708. p. 163

2062. *Thorunii, 25. Aprilis.*
Recessus ordinum Prussiae, quo actiones cum Polonis in conventione Brestensi habitae proponuntur.
Toeppen, Acten I. Nr. 531. p. 676.

2063. *Basileae, 1. Maii.*
Andreas Pfaffendorf, ordinis T. procurator, magistrum generalem inter alia interrogat, verumne sit ab ordine indutias annuas cum Polonis initas esse.
Hildebrand VIII. Nr. 920. p. 549.

2064. *Thorunii, 2. Maii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo actiones cum legatis Polonis de ordine Livoniae ad indutias accessuro proponuntur.
Toeppen, Acten I. Nr. 531. — Hildebrand VIII. Nr. 921. p. 550.

2065. *Rigae, 19. Junii.*
Magister Livoniae a magistro generali petit, ut auxilia sibi promissa, postmodo negata, ad expeditionem Lithuanam, quam ad diem 25. Julii Swidrigellone consentiente distulerit, tandem mittat.
Hildebrand VIII. Nr. 936. p. 556.

2066. *Smoleńsk, 23. Junii. s. a.*
Swidrigello Eugenio IV. papae de Sigismundo m. duce et de episcopo Wilnensi conqueritur deque rebus in Russia gestis, praecipue de Erasmo metropolita proditore, accurate refert.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 363. ad a. 1432. **Cf.** tamen Caro, Gesch. Pol. IV. p. 148. notam 1.

2067. *S. l. a. et die (Smoleńsk, 23. Junii).*
Idem concilio Basiliensi de eodem argumento scribit.
Raczyński, Cod. d. Lith. p. 366. De dato vide: Caro, Gesch. Pol. IV. p. 148. notam. 1.

2068. *Rigae, 24. Junii.*
Magister Livoniae Revel civitatem hortatur, ut ad expeditionem Lithuanam sibi auxilia, nominatim 20 armatos, castrorum Rigae et Dünamünde praesidio mittat.
Hildebrand VIII. Nr. 942. p. 559.

2069. *Gedani, 9. Julii.*
Magistri generalis cum Gedano civitate actiones conscriptae, in quibus inter alia de causa inter eandem civitatem atque episcopum Cuiaviensem intercedente mentio fit
Toeppen, Acten I. Nr. 536. p. 684.

2070. *Rigae, 9. Julii.*
Magister Livoniae magistro generali gaudium suum ex legatione, quam ipsi officialis eius a Swidrigellone retulerit, perceptum testatur, de non accepto responso conqueritur deque die conventionis sibi tenenda commemorat.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 947. p. 572.

2071. *Posonii, 16. Julii.*
Sigismundus imperator magistrum generalem hortatur, ut regi Poloniae inimicus sit, si ille Wiclefistas adiuvare velit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1377. p. 295. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1709. p. 163.

2072. *Stargard, 17. Julii.*
Magister generalis Sigismundo, m. duci Lithuaniae, respondet magistrumque Livoniae apud eum excusat, quod indutias non servaverit.
Hildebrand VIII. Nr. 951. p. 573.

2073. *Marieburgi, 5. Augusti.*
Recessus ordinum Prussiae, quo responsum ad magistri generalis mandatum, ut copias parent, continetur atque de nova cum Polonis conventione 16. Octobris habenda mentio fit.
Hanserecesse Pars II. Tom. I. Nr. 459. — Toeppen, Acten I. Nr. 538. p. 687.

2074. *S. l. a. et die (9. Augusti).*
Senatus Gedanensis consultum, in quo de pace cum Polonis servanda, de proconsule Culmensi, Johanne Sterz, vinculis liberando refertur.
Toeppen, Acten I. Nr. 539. p. 691.

2075. *Birgelau, 18. Augusti.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de conventionibus Thorunii et in Niclasdorf oppido habitis refert, ubi mandatum de bello cum Polonis renovando reprobatum est.
Toeppen Acten I. Nr. 540. p. 692.

2076. *S. l. 31. Augusti.*
Tutor de Lyck magistro generali de detrimentis quibusdam Sigismundi, m. ducis Lithuaniae, refert.
Reg. Hildebrand VIII. Nr. 964. p. 584.

2077. *Elbingae, 4. Septembris.*
Calculus expensuum civitatum Prussiae, in quo legatio Petri Holste in Poloniam a. 1431. suscepta commemoratur.
Toeppen, Acten I. Nr. 542. p. 696.

2078. *Elbingae, 4. Septembris.*
Recessus ordinum Prussiae: magister generalis promisit se proconsulem Culmensem Sterz vinculis liberaturum indutiasque cum Polonis sancitas servaturum esse; litteras ad regem Poloniae mitti placuit.
Toeppen, Acten I. Nr. 541. p. 693.

2079. *Rigae, 8. Septembris.*
Marsalcus Livoniae Revel civitati magistrum Livoniae in Lithuania victum esse nuntiat auxiliaque et legatos petit.
Hildebrand VIII. Nr. 969. p. 586.

2080. *Rigae, 9. Septembris.*
Idem magistro generali eandem cladem magistri Livoniae denuntiat opemque petit.
Hildebrand VIII. Nr. 970. p. 587.

2081. *Leopoli, 17. Septembris.*
Consiliarii Moldaviae approbant omagium Eliae palatini sui, regi et regno Poloniae factum et promittunt fidelitatem. *(sic)*
Reg. Gołębiowski II. p. 10. — **Cf.** Nr. 2088.

2082. *Marieburgi, 20. Septembris.*
Magister generalis Sigismundo imperatori Swidrigellonis et magistri Livoniae internecionem nuntiat; quid ad Livoniam defendendam fecerit, significat auxiliaque ut sibi mittat, eum obsecrat atque obtestatur.
Hildebrand VIII. Nr. 976. p. 589. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1373. p. 294.

2083. *Troki, 21. Septembris.*
Sigismundus, m. dux Lithuaniae, magistro generali de Livonia post cladem Ordinis periculis a se liberata scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1711. p. 163. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 979. p. 591.

2084. *Witebsk, 24. Septembris.*
Swidrigello magistro generali scribit seque pactiones servaturum asseverat, auxilium petit, legatum suum Wenceslaum de Bezmirow, ad caesarem etiam profecturum, auctoritate exornat.
Hildebrand VIII. Nr. 981. p. 591. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1712. p. 163.

2085. *Wolmar, 27. Septembris.*
Officiales ordinis Livoniae magistro generali novum magistrum nuper electum esse nuntiant auxiliisque ordini Livono promissis in praesentia opus non esse significant.
Hildebrand VIII. Nr. 982. p. 592. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1380. p. 296. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1714. p. 163.

2086. *Kieś, 27. Septembris.*
Marsalcus ordinis Livoniae magistro generali de captis interfectisque militibus et magistro Livoniae scribit, nuntium a se ad Sigismundum m. ducem Lithuaniae missum significat.
Hildebrand VIII. Nr. 983. p. 594. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1381. p. 296. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1713. p. 163.

2087. *S. l. a. et die (exeunte Septembri).*
Johannes Koning, advocatus Narvae civitatis, a magistro generali pecuniam petit, quam Rackewis cuidam, qui secum apud Swidrigellonem fuerit et in pugna ceciderit, mutuo dederat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 3152. (10) p. 248. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 984. p. 594.

2088. *Soczawa, s. die (Septembri).*
Helias, palatinus Moldaviae, regi et regno Poloniae homagium praestat.
Reg. Dogiel I. p. 601. — **Reg.** Gołębiowski II. p. 10. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 136. — **Cf.** Nr. 2081.

2089. *S. l. a. et die (circa Septembrem).*
Clericus quidam Polonus, qui ipse ei rei interfuit, clerico cuidam francogallico, Basileae moranti, pugnam ad Swięta flumen commissam accurate describit.
Narbutt, Pomniejsze Pisma p. 184. — Hildebrand VIII. Nr. 986. p. 596.

2090. *S. l. a. et die (circa Septembrem).*
Alf van den ..., ordinis Teutonici socius, duci Juliacomontano (Jülich-Berg) de eadem pugna refert.
Altpreuss. Monatsschrift, N. F. XV. p. 364. — Hildebrand VIII. Nr. 985. p. 595.

2091. *Rigae, 4. Octobris.*
Marsalcus Livoniae magistro generali de actionibus in conventione Thoruniensi cum Polonis habendis scribit nec non nuntium ad Swidrigellonem missum denuntiat.
Hildebrand VIII. Nr. 989. p. 601. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1382. p. 296. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1715. p. 163.

2092. *Posonii, 6. Octobris.*
Sigismundus imperator magistro generali se Polonos, auxilium contra Ordinem petentes, repudiasse significat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1383. p. 296. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1716. p. 164.

2093. *Kirchholm, 10. Octobris.*
Johannes Koning, advocatus Narvae civitatis, magistro generali de pugna ad Swięta flumen commissa accurate refert.
Iustus, Die Vorzeit, Jahrg. 1824. p. 134. — Bunges Archiv I. p. 124. — Hildebrand VIII. Nr. 994. p. 605. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1384. p. 296. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1717. p. 164. — **Reg.** Napiersky, R. L. Urkd. Nr. 240. p. 196.

2094. *Gedani, 12. Octobris.*
Pfundmeister Gedani civitatis magistro generali de navi sociisque navalibus in Livoniam mittendis, a se mercede conductis, cett., refert.
Hildebrand VIII. Nr. 995. p. 607. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1385. p. 297.

2095. *S. l. a. et die (circa 15. Octobris).*
Połock civitas Rigae civitati de captivis suis, qui ex Samogitia in Livoniam fugerint ibique ab Ordine detenti sint, scribit.
Napiersky, RL. Urkd. Nr. 280. — Hildebrand VIII. Nr. 997. p. 608.

2096. *S. l. 16. Octobris.*
Notae quaedam, ubi de iis, quae a Prussiae civitatibus ante conventionem cum Polonis in Raciąż oppido initam, proposita sunt, agitur.
Toeppen, Acten I. Nr. 543. p. 697.

2097. *Rigae, 17. Octobris.*
Marsalcus Livoniae magistro generali de studiis suis captivorum Livonorum vinculis Sigismundi m. ducis liberandorum, de condicionibus pacis ab hostibus proponendis, de Witebsk civitate a Lithuanis obsessa, de Swidrigellone novas copias parante, de civibus Połocensibus Ordini faventibus, de Samogitis, qui Curoniam invaserint, cett., scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 998. p. 609. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1387. p. 297. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1719. p. 164.

2098. *Kandau, 17. Octobris.*
Commendator Brandenburgensis magistro generali se Samogitas non assecutum, Dürben castrum a Samogitis combustum esse, cett., nuntiat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1386. p. 297. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1718. p. 164.

2099. *Rigae, 22. Octobris.*
Marsalcus Livoniae magistro generali inter alia de Samogitis Curoniam invadentibus scribit seque a legatis ad Sigismundum m. ducem et Swidrigellonem missis nuntios accepisse negat.
Hildebrand VIII. Nr. 1002. p. 612. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1388. p. 297. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1720. p. 164.

2100. *Thorunii, 23. Octobris.*
Recessus civitatum Prussiae, quo de actionibus cum Polonis habendis agitur.
Hanserecesse Pars II. Tom. I. Nr. 492. — Toeppen, Acten I. Nr. 544. p. 699.

2101. *Graudentii, 27. Octobris.*
Magister generalis Sigismundo imperatori de clade Swidrigellonis et magistri Livoniae ad Swięta flumen accepta deque conventione cum Polonis ad diem 6. Decembris prorogata refert.
Hildebrand VIII. Nr. 1006. p. 615. — **Excerpt.** Toeppen, Acten I. Nr. 545. p. 704. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1408. p. 301., a. 1436. adscripto. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1740. p. 169., ad a. 1436.

2102. *Honichhausen, 27. Octobris.*
Marsalcus Livoniae magistro generali de iis, quae milites magisterque Livoniae in pugna ad Swięta flumen passi sint, refert.
Hildebrand VIII. Nr. 1005. p. 614. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1389. p. 297. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1721. p. 164.

2103. *Cracoviae, 3. Novembris.*
Salvus conductus nuntiis Cruciferorum Cracoviam venturis datus.
Reg. Gołębiowski II. p. 31.

2104. *Nitau, 4. Novembris.*
Marsalcus Livoniae magistro generali de Livonis in Lithuania captis, quos Sigismundus m. dux cautione accepta dimittere velit, scribit.
Hildebrand VIII. Nr. 1007. p. 616. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1390. p. 297. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1722. p. 165.

2105. *Posonii, 6. Novembris s. a.*
Sigismundus imperator magistrum generalem de clade accepta consolatur, ope a se promissa animum eius confirmat hortaturque eum, ne Polonis iure suo decedat.
Hildebrand VIII. Nr. 1009. p. 618.

2106. *Wsdworzs, 18. Novembris.*
Semovitus et Wladislaus, Masoviae duces, de finibus quibusdam inter se conveniunt.
Cod. Masov. Nr. 175. p. 184.

2107. *Stum, 19. Novembris.*
Magister generalis subditis suis, concilii Basiliensis auctoritate nixus, interdicit, ne episcopo Cuiaviensi pecuniam pro domo diruta debitam ante sententiam ferendam persolvant.
Reg. Toeppen, Acten I. Nr. 546. p. 705.

2108. *Laczanbo, s. d. (ante 20. Novembris).*
Henricus de Nothleben et Petrus Wesseler, in Polonia detenti, a praeposito de Altstadt petunt, ut ipse et commendator Thoruniensis pretium redemtionis sibi mittant.
Hildebrand VIII. Nr. 1012. p. 620. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1391 (2). p. 298.

2109. *Thorunii, 20. Novembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali legatos Thorunienses, pro captivis liberandis in Poloniam missos, redituros esse significat litterasque duorum captivorum (cf. Nr. 2108) transmittit.
Hildebrand VIII. Nr. 1013. p. 621. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1391 (1). p. 298.

2110. *Brestiae, 6. Decembris.*
Recessus conventionis civitatum Prussiae cum Polonis Brestiae habitae.
Toeppen, Acten I. Nr. 549. p. 707.

2111. *Marieburgi, 24. Decembris.*
Magister generalis marsalco Livoniae mandat, ut sigilla ad litteras pacis perpetuae, cum Polonis brevi tempore sanciendae, obsignandas mittat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1393. p. 298. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1723. p. 165. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 1024. p. 635.

2112. *Brestiae, 31. Decembris (sabb. in vigilia Circumcisionis a. 1436).*
Litterae pacis perpetuae inter ordinem Teutonicum et Poloniam initae (Litterae regis Poloniae).
Vol. Leg. I. p. 114—129., ad a. 1436. **Cf.** ibid. p. 138. — Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 123., ad a. 1436. — Du Mont, Corps diplom. III. 1. p. 13., ad a. 1436. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski II. p. 249. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1395. p. 298. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1724. p. 165. — **Reg.** Hildebrand VIII. Nr. 1026. p. 636.

2113. *Brestiae, 31. Decembris.*
Eiusdem pacis litterae ordinis Teutonici.
Lünig, Teutsches Reichsarchiv VII. Pars VI. p. 23.

2114. *Brestiae, 31. Decembris.*
»Litterae reversales« regis Poloniae, pacem Brestensem spectantes.
Vol. Leg. I. p. 131. — Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 134. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 85. — **Cf.** Nr. 2131.

2115. *Soczawa, s. die.*
Helias palatinus Moldaviae testatur se concordiam inivisse cum fratre Stephano promittitque cum eo pariter fidelitatem Wladislao regi Poloniae *(sic).*
Reg. Dogiel, Cod. d. Pol. I. p. 601. — **Reg.** Gołębiowski II. p. 10. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 136.

2116. *Belgradi, s. die.*
Stephanus palatinus Moldaviae veniam dat fratri suo maiori Eliae; litteras, quas regi se restituturum promiserat, cassat fidemque pollicetur. *(sic).*
Reg. Gołębiowski II. p. 10. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 136.

2117. *S. l. et die (anno a m. cr. 6943).*
Elias palatinus Moldaviae donat duas villas in districtu Chocimensi Stanislao Babicz.
Reg. Rykacz. Invent. p. 136.

2118. *S. l. a. et die.*
Anonymus anonymo (Sbigneus Oleśnicki, episcopus Crac., Nicolao Lasocki, nuntio in Franciam et Angliam misso) de rebus Polonis, praecipue de decani Cracoviensis aemuli eius studiis, de stipibus a papa et a concilio in Polonia cum offensione fidelium collectis refert deque miraculis quibusdam Hedvigis reginae mentionem facit.
Grosse, Stosunki Polski do Soboru Baz. App. II. p. 177.

2119. *S. l. a. et die (circa a. 1435).*
Anonymus anonymo (procurator Sbignei Oleśnicki eidem Sbigneo) de capituli Cracoviensis super stipe a concilio Basiliensi collecta actionibus refert.
Grosse, Stosunki App. I. p. 175.

1436.

2120. *Segewolde, 2. Januarii.*
Marsalcus Livoniae magistro generali de ordinibus quibusdam litteris pacis obsignandis se opponentibus, de 20.000 marcarum persolvendis, de Swidrigellonis actionibus, Smoleńsk civitatem spectantibus, scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1396. p. 299. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1725. p. 166.

2121. *Marieburgi, 10. Januarii.*
Magister generalis magistro Livoniae se ei legatum, qui de pace cum Polonis agat, in Livoniam missurum significat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1397. p. 299. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1727. p. 166.

2122. *Marieburgi, 11. Januarii.*
Magister generalis civitates Prussiae ad conventionem Elbingam, de pecunia Polonis debita persolvenda acturas, invitat.
Toeppen, Acten II. Nr. 1. p. 1.

2123. *Leopoli, 18. Januarii.*
Wladislaus III., rex Poloniae, Michaëli Buczacki Śniatyn et Kołomyja castra, dum vixerit, tenenda confert.
Reg. Rykacz. Invent. p. 255.

2124. *Ilaw, 20. Januarii.*
Commendator de Bałga magistro generali multos nobiles Prussiae, propter iusiurandum Swidrigelloni praestitum, litteris pacis Brestensis obsignandis se opponere significat.

2546. *Marieburgi, 17. Augusti (fer. 5. post Assumptionem).*
Magister generalis procuratori suo Romae moranti de clade exercitus sui a Neogardiensibus ad Narvam accepta scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1850. p. 187.; die: 19. Augusti soluto.

2547. *Petricoviae, 24. Augusti.*
Casimiri, regis Poloniae, statuta in conventione Petricoviensi decreta.
Vol. Leg. I. p. 149—158. — Bandtkie, Jus Pol. p. 252.

2548. *S. l. et die (in Augusto).*
Philippi ducis Burgundiae legati, ad Fridericum caesarem, ut de matrimonio filii ducis cum Wladislai Posthumi sorore contrahendo agant, missi, duci suo scribunt deque legatis Francogallicis et Polonis hac ipsa ratione apud caesarem morantibus commemorant.
Chmel, Materialien I. 2. Nr. 106. p. 241.

2549. *Zurechten-Hof, 11. Septembris.*
Magister generalis magistrum Livoniae praemonet, ne Michaëli duci refugium praebeat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1588. p. 337. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1851. p. 187.

2550. *Labiaviae, 19. Septembris.*
Commendator Ragnetensis magistro generali de Michaële duce profugo scribit.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 24.

2551. *Romae, 2. Octobris.*
Nicolaus V. papa archiepiscopum Gnesnensem a sententiis, quas antipapae adhaerens et capellum ab antipapa recipiens incurrerat, absolvit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 21. Tom. IX. p. 508. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 70. p. 48.

2552. *Romae, 2. Octobris.*
Idem archiepiscopum Gnesnensem, clerum et populum Poloniae a sententiis, quas concilio Basiliensi adhaerentes incurrerant, absolvit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 71. p. 49.

2553. *Thorunii, 7. Octobris.*
Magister generalis Carolum Knutson capitaneum rogat, ut pro pace inter Livoniam et Neogardiam ineunda intercedat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1589. p. 337. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1853. p. 188.

2554. *Wieluń, 17. Octobris (fer. 3. post fest. S. Hedvigis).*
Casimirus, rex Poloniae, cum civitatibus Wratislavia, Namslavia et Novo Foro pacem sancit (Litterae Casimiri).
Mosbach, Przyczynki p. 101.; die: 10. Octobris soluto. — **Cf.** Nr. 2532.

2555. *Stum, 17. Octobris.*
Magister generalis Casimiro regi de Michaële duce per terras suas fugiente et tandem comprehenso scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1854. p. 188.

2556. *Romae, 20. Octobris.*
Nicolaus V. papa Theodoricum de Waworzancice, praepositum Kelcensem, in acolitorum pontificiorum numerum recipit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 72. p. 51.

2557. *Wratislaviae, 22. Octobris.*
Instrumentum notarii publici, quo Petrus, episcopus Wratislaviensis, Vincentio, archiepiscopo Gnesnensi, se oboediturum atque synodos Polonas et limina S. Alberti singulis annis visitaturum iureiurando promittit.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 68. p. 273. — Cf. (Ermisch in) Schles. Ztschr. XIII. p. 330. sq.

2558. *Marieburgi, 24. Octobris.*
Magister generalis apud duces Masovienses, quod Michaëlem ducem de terris suis amoverit, se excusat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1855. p. 188.

2559. *S. l. a. et die (in Octobri vel Novembri).*
Casimirus, rex Poloniae, Nicolao V. papae, quod Sbigneo episcopo Cracoviensi capelli cardinalis mittendi consilium ceperit, gratias agit.
Grossé, Stosunki Polski do Soboru Baz. App. IV. p. 185.

2560. *Vindobonae, 25. Novembris.*
Procopius de Rabstein Udalrico de Rosemberg inter alia conventionem cum rege Poloniae habendam Vindobonae ignotam esse significat.
Archiv Česky II. p. 441.

2561. *Romae, 9. Decembris.*
Nicolaus V. papa Johanni Reppe, decano Wladislaviensi, praecipit, ut Nicolaum Pisnirum, cantorem Cracoviensem, de exactione denarii S. Petri in Polonia absolvat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 73. p. 51.

2562. *Cracoviae, 15. Decembris.*
Duces Oświecimenses Weinricho, clerico dioecesis Cracoviensis, villas Spytkowice et Bachowice, in terra Zatorensi sitas, vendunt.
Piekosiński, Cod. civ. Cracov. Vol. II. Nr. 429. p. 558.

2563. *Romae, 19. Decembris.*
Nicolaus V. papa archiepiscopo Gnesnensi praecipit, ut Msczislaum de Mroga, rectorem ecclesiae de Brezini, a censuris, quas incurrerit, quod in quadam lite ad praetensum concilium Basiliense appellavisset, absolvat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 74. p. 52.

2564. *Romae, 23. Decembris.*
Idem Wisczotam de Gorka notarium suum renuntiat.
Theincr, MM. Pol. II. Nr. 79. p. 56.

2565. *Romae, 23. Decembris.*
Idem Wisczotae de Gorka, notario suo, praecipit, ut canonicatus et alia 90 beneficia ecclesiastica illis, quos Casimirus rex nominaverit, conferenda curet.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 77. p. 54.

2566. *Romae, 23. Decembris.*
Idem Casimiro regi altare portatile concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr 78. p. 55.

2567. *Romae, 23. Decembris.*
Idem quasdam sententias contra Paulum de Grabow latas, supplicante rege Poloniae, usque ad biennium suspendit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 75. p. 53.

2568. *Romae, 23. Decembris.*
Idem decano Wladislaviensi et cantori Posnaniensi praecipit, ut 15 marcas ecclesiae in Scamotuli adiudicent
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 76. p. 54. Cf. ibid. Nr. 80.

2569. *Zyżmory, 31. Decembris.*
Legati Ordinis magistro generali de actionibus cum rege Poloniae de pace perpetua adiuranda Wilnae habitis referunt.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1858. p. 188.

2570. *S. l. et die.*
Casimiri, magni ducis Lithuaniae, legati apud magistrum generalem de finibus nondum determinatis et de iniuriis a magistro Livoniae subditis magni ducis illatis conqueruntur.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1547. p. 329. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1857. p. 188.

2571. *Marieburgi, s. die.*
Magister generalis legatis suis dat auctoritatem ordines Polonos ad iusiurandum pacis tenendae adigendi.
Reg. Rykacz. Invent. p. 86.

2572. *S. l. et die.*
Lauda Wartensia, conventionem nobilium Minoris Poloniae cum clero initam continentia.
Bandtkie, Jus Pol. p. 240.; sub titulo: »Lauda Cracoviensia.« Cf. tamen Caro, Gesch. Pol. IV. p. 373. notam 2.

2573. *S. l. a. et die (post a. 1447).*
Casimirus rex Poloniae Wenceslaum ducem Oświecimensem et Zatorensem sub praesidium regni Poloniae recipit.
Pistorius, SS. rer. Pol. I. p. 241. — Sommersberg, SS. rer. Siles. I. p. 810. — Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 19. p. 592.

1448.

2574. *Romae, 3. Januarii.*
Nicolaus V. papa Baptistae, episcopo Camerinensi, nuntio apostolico in Polonia, quasdam facultates concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 69. p. 48.

2575. *Vindobonae, 5. Januarii.*
Caspar Schlick Udalrico de Rosemberg scribit deque Valachia ab Hungaris, spretis Polonis, occupata commemorat.
Archiv Česky II. p. 420.

2576. *Marieburgi, 5. Januarii.*
Magister generalis regi Poloniae de Michaële, Sigismundi m. ducis filio, scribit, qui ad Conradum ducem Oleśnicensem confugerit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1859. p. 188.

2577. *Marieburgi, 8. Januarii.*
Idem magistro Livoniae se clade Neogardiensium gaudere scribit et ut regi Poloniae satisfaciat, ab eo postulat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1595. p. 338. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1860. p. 189.

2578. *Mitaviae, 9. Januarii.*
Summus marsalcus o. T. magistro generali de iureiurando a rege Poloniae de pace praestito, de ipsius ad magistrum generalem

legatione missa et de querelis contra magistrum Livoniae propositis refert.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1596. p. 338. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1861. p. 189.

2579. *Marieburgi, 10. Januarii.*
Magister generalis Johanni, marchioni Brandenburgensi, inter cetera de Livonorum cum Ruthenis bello scribit.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1597. p. 338. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1862. p. 189.

2580. *Wilnae, 12. Januarii (sabb. in octava Epiphaniae).*
Casimiri regis mandatum, legatis suis ad iuramentum a magistro generali de pace perpetua exigendum datum.

Dogiel IV. p. 141. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 129. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 86.; falso dato: sabbato ante Epiph. adscripto.

2581. *S. l. 13. Januarii.*
Magister generalis Friderico Polenz de regis Poloniae cum Friderici, ducis Brunsvicensis, filia matrimonio contrahendo scribit.

Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1874. p. 191.

2582. *Pellen, 27. Januarii.*
Idem magistro Livoniae regem Poloniae ei maxime succensere significat suadetque, ut ipsum legatione missa placare studeat.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1598. p. 339. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1863. p. 189.

2583. *Pellen, 27. Januarii.*
Idem eidem de pace cum Neogardiensibus ineunda scribit.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1599. p. 339. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1864. p. 189.

2584. *Rastenburg, 18. Februarii.*
Index hominum Prutenorum, qui ad pacem cum Polonis renovandam iureiurando se obstrinxerunt.

Toeppen, Acten III. Nr. 17. p. 42.

2585. *Schesten, 21. Februarii.*
Magister generalis magistro Livoniae se de pace perpetua cum Polonis renovanda iusiurandum praestitisse significat atque de actionibus ad fines Livoniae terminandos spectantibus, cett., scribit.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1602. p. 339. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1866. p. 190.

2586. *Marieburgi, 31. Martii.*
Idem eidem inter alia pacem cum Ruthenis initam gratulatur.

Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1604. p. 340. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1867. p. 190.

2587. *Romae, 9. Maii.*
Nicolaus V. papa Baptistae, nuntio in Polonia, quandam facultatem concedit.

Theiner, MM. Pol. II. Nr. 83. p. 57.

2588. *Romae, 30. Maii.*
Idem eidem concedit, ut in provinciis ordini Teutonico subiectis eisdem facultatibus uti possit, quibus usus sit in regno Poloniae.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 84. p. 57.

2589. *Lublin, 4. Junii.*
Sbigneus, episcopus Cracoviensis, apud papam pro Nicolao, episcopo Lubiczensi, archiepiscopo Rigensi electo, intercedit.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II. App. Nr. 27. p. LIV.

2590. *Romae, 7. Junii.*
Nicolaus V. papa mandat Baptistae, nuntio apostolico, ut confirmationem Petri, episcopi Wratislaviensis, ab archiepiscopo Gnesnensi peractam ratam habeat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 85. p. 58.

2591. *Sandomiriae, 12. Junii.*
Casimirus, rex Poloniae, civibus Wilnensibus latini et rutheni ritus privilegium mercaturae concedit.
Dubiński, Przywil. m. Wilna p. 9. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1868. p. 190.; die: 11. Junii notato.

2592. *Cracoviae, 3—8. Julii (infra octavas Visitationis Mariae).*
Bernardus, dux Opoliensis, suo et Boleslai nepotis sui nomine accipit indutias a Casimiro rege oblatas et promittit se reversales litteras infra duas septimanas Bendzinium transmissurum. *(sic!)*.
Reg. Rykacz. Invent. p. 58.

2593. *Cracoviae, 8. Julii.*
Commissarii regis Poloniae concordiam inter Wenceslaum, ducem Zatorensem et monasterium Clarae Tumbae de villis quibusdam constituunt.
Zbiór dypl. kl. Mogil. Nr. 133. p. 121.

2594. *Cracoviae, post 9. Julii (post octav. Visitationis B. V. M.).*
Opoliensis, Ratiboriensis et Zatoriensis duces fatentur Johannem Czaplic de Szary satisfactum esse per regem Casimirum pro omnibus obligationibus, servitiis et promissis per Wladislaum regem factis. *(sic!)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 230.

2595. *Cracoviae, 11. Julii.*
Casimirus rex magistro generali de mercatura Polonorum in Prussia impedita queritur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1873. p. 191. **Cf.** ibid. notam.

2596. *Robczyce, 12. Julii.*
Idem cum Conrado duce Silesiae indutias annuas a festo S. Margarethae (13. Julii) paciscitur.
Reg. Rykacz. Invent. p. 58.

2597. *Cracoviae, 16. Julii.*
Universitas Cracoviensis universitati Parisiensi scribit sententiamque de Nicolao V. pro legitimo papa habendo ex ea quaerit.
Marténe, Thesaur. Anecd. II. p. 1751. — Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 410. anno 1447. falso adscripto. — Codex Univers. Cracov. II. Nr. 136. p. 73.

2598. *Soldau, 21. Julii.*
Advocatus de Soldau commendatori de Osterode de duce Michaële scribit, qui ad Tartarorum imperatorem ei opem pollicentem se conferre cogitet.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1869. p. 190. **Cf.** ibid. notam.

2599. *Cracoviae, 27. Julii.*
Universitas Cracoviensis universitatibus Vindobonensi, Lipsiensi, Erfordiensi et Coloniensi scribit sententiamque de Nicolao V. pro papa legitimo habendo ex eis quaerit.
Codex Univ. Cracov. II. Nr. 138. p. 78.

2600. *Romae, 30. Julii.*
Procurator ordinis Teutonici magistro generali suadet, ut sibi legatum apostolicum in Polonia conciliare studeat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1625. p. 343. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1870. p. 190.

2601. *Vindobonae, 12. Augusti.*
Universitas Vindobonensis universitati Cracoviensi ad litteras dd. 27. Julii (vide Nr. 2599) respondet.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 417. — Cod. Univers. Cracov. II. Nr. 139. p. 80.

2602. *Romae, 13. Augusti.*
Nicolaus V. papa Sophiae reginae Poloniae quosdam ad certa beneficia ecclesiastica per sex menses nominandi concedit facultatem.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 86. p. 58.

2603. *Kamieniec, 20. Augusti.*
Casimirus rex Petrum, palatinum Moldaviae, se tuiturum defensurumque promittit.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. p. 27.

2604. *Chocim, 22. Augusti.*
Proceres Moldaviae fidem et promissa, a palatino suo Petro regno Poloniae praestita, se servaturos spondent.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 3. p. 23. — **Reg.** Dogiel I. p. 601. s. l. et die. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 137. s. l. et die.

2605. *S. l. a. et die (Chocim, 22. Augusti?)*
Petrus, palatinus Moldaviae, Casimiro regi et regno Poloniae fidem quibusdam condicionibus adiectis spondet.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 4. p. 24. — **Reg.** Dogiel I. p. 601. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 67. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 137.

2606. *Lausannae, 26. Augusti.*
Concilium Lausannense universitati Cracoviensi scribit eiusque in concilio defendendo perseverantiam collaudat.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 434. — Codex Univers. Cracov. II. Nr. 140. p. 81.

2607. *Romae, 28. Augusti.*
Nicolaus V. papa ordini Teutonico quasdam pecunias ad convertendos Ruthenos et infideles collectas et colligendas concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 87. p. 58. — Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 247. p. 201. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1631. p. 344. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1871. p. 190.

2608. *Marieburgi, 1. Septembris.*
Magister generalis e magistro Livoniae de libertatibus mercatorum Teutonicorum, sintne pace cum Neogardia inita comprehensae necne, quaerit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1633. p. 344. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1872. p. 191.

2609. *Coloniae, 17. Septembris.*
Universitas Coloniensis universitati Cracoviensi ad litteras dd. 27. Julii (vide Nr. 2599) respondet.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 417. — Codex Univ. Cracov. II. Nr. 142. p. 86.

2610. *Coloniae, 17. Septembris.*
Eiusdem ad eandem aliae litterae de eodem argumento scriptae.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 419. — Codex Univ. Cracov. II. Nr. 143. p. 87.

2611. *Coloniae, 19. Septembris.*
Sebastianus, universitatis Coloniensis bedellus, bedellis universitatis Cracoviensis, quae Coloniae in re auctoritatis concilii Basiliensis gesta sint, refert.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 421. — Codex Univ. Cracov. II. Nr. 144. p. 89.

2612. *Lipsiae, 26. Septembris.*
Universitas Lipsiensis universitati Cracoviensi ad litteras dd. 27. Julii (vide Nr. 2599) respondet.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 427. — Codex Univ. Cracov. II. Nr. 145. p. 93.

2613. *Parisiis, 3. Octobris.*
Universitas Parisiensis universitati Cracoviensi ad litteras dd. 16. Julii (vide Nr. 2597) respondet.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 431. — Codex Univ. Cracov. II. Nr. 147. p. 96.

2614. *Erfordiae, 3. Octobris.*
Universitas Erfordiensis universitati Cracoviensi ad litteras dd. 27. Julii (vide Nr. 2599) respondet.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 430. — Cod. Univers. Cracov. II. Nr. 146. p. 95.

2615. *Sanok, 6. Novembris.*
Proceres regni Poloniae oppido Bardjów scribunt deque iniuriis ab eo officialibus castrorum Makovitza et Brzowytza et hominibus eorum illatis queruntur.
Katona, Hist. Crit. XIII. p. 632. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 65.

2616. *Romae, 18. Novembris.*
Nicolaus V. papa Ausarensi et Wladislaviensi ac Caminensi episcopis mandat, ut electum archiepiscopum Rigensem Silvestrum contra adversarios defendant et confirment.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 88. p. 59.

2617. *Zegedini, 21. Decembris.*
Proceres regni Hungariae Casimiro, regi Poloniae, ad querelas de iniuriis ab Hungaris, praecipue a Pangratio, Polonis illatis respondent.
Fragm. Schwandtner, SS. rer. Hung. II. Nr. 41. p. 59. — **Fragm.** Katona, Hist. Crit. XIII. p. 630. — **Vers. Pol. Fragm.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 64. — **Cf.** Cod. Epist. Saec. XV. Pars II. Nr. 53. p. 59.

2618. *Plassenburg, 22. Decembris.*
Johannes, marchio Brandenburgensis, magistro generali de matrimonio regis Poloniae cum filia sua Dorothea, regis Daniae vidua, contrahendo scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1874. p. 191.

2619. *Marieburgi, 29. Decembris.*
Magister generalis Hans comiti de Oettingen de Tartaris, qui Michaële duce auctore in Lithuaniam invaserint, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1875. p. 191.

2620. *Cracoviae, s. a. et die.*
Universitas Cracoviensis a concilio Basiliensi opinionem de praestanda Nicolao V. papae oboedientia exposcit.
Wiszniewski, Hist. Liter. IV. p. 410. — Codex Univers. Crac. II. Nr. 137. p. 76.

2621. *S. l. a. et die.*
Magistri generalis de comercio cum Polonia habendo constitutio.
Toeppen, Acten III. Nr. 21. p. 50. **Cf.** de mercatura ibidem passim.

1449.

2622. *Romae, 1. Januarii.*
Nicolaus V. papa Andreae episcopo Posnaniensi beneficia ecclesiastica per sex anni menses conferendi facultatem concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 90. p. 61.

2623. *Marieburgi, 14. Januarii.*
Magister generalis apud regem Poloniae conqueritur, quod ad querelas suas de mercatura impedita responsa non accipiat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1876. p. 191. **Cf.** ibid. notam.

2624. *Romae, 1. Februarii.*
Nicolaus V. papa Leopoliensi archiepiscopo et Premisliensi ac Tricaricensi episcopis mandat, ut Theodorico Albrici, canonico Cracoviensi, nuntio apostolico, qui per partes Poloniae transiens omnibus suis rebus spoliatus sit, easdem restituendas et praedones puniendos curent.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 91. p. 62.

2625. *Preussisch Eylau, 4. Februarii (Dienstag nach Mariae Reinigung).*
Magister generalis ad regem Poloniae legationem de Silvestro archiepiscopo Rigensi electo mittit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1660. p. 349.; die: 7. Februarii soluto. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1877. p. 191.

2626. *Schesten, 9. Martii.*
Idem magistro Livoniae regem Poloniae responsum de causa Rigensi distulisse significat atque de Tartarorum in Lithuaniam invasione eum certiorem facit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1670. p. 350. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1878. p. 191.

2627. *Rigae, circa 13. Aprilis.*
Magistri generalis cum rege Poloniae actiones de archiepiscopatu Rigensi habitae.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1679. p. 352. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1879. p. 191.

2628. *Romae, 19. Aprilis.*
Nicolaus V. papa Czeslawo de Kurozwanky et uxori eius altare portatile concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 94. p. 65.

2629. *Romae, 22. Aprilis.*
Idem Nicolao Hebde de Nyewisch, decano Posnaniensi, declarationis litteras super decanatu ecclesiae Posnaniensis concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 95. p. 65.

2630. *Romae, 23. Aprilis.*
Idem Sbigneo, episcopo Cracoviensi, facultatem concedit, ut quaedam beneficia ecclesiastica per sex menses anni conferre possit.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II. App. Nr. 30. p. LXI.

2631. *Romae, 23. Aprilis.*
Idem Nicolao Chebde de Nyewisch, praeposito Crusthviciensi (!), ex Urbe in regnum Poloniae redeunti salvum conductum concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 96. p. 67.

2632. *Lausannae, 25. Aprilis.*
Concilium Lausannense universitati Cracoviensi actorum et decretorum suorum exemplaria transmittit.
Cod. Univ. Crac. II. Nr. 150. p. 102. Cf. ibid. Nr. 149.

2633. *Romae, 28. Aprilis.*
Nicolaus V. papa parochialem ecclesiam in Lang Plocensis dioecesis, petente Wladislao duce Masoviae, ad praepositurae gradum promovet et praeposito privilegium quoddam concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 97. p. 67.

2634. *Romae, 2. Maii.*
Idem collectoribus decimae regi Poloniae concessae mandat, ut ab eiusdem exactione in terris ducum Masoviae abstineant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 101. p. 70.

2635. *Romae, 2. Maii.*
Idem Paulo, episcopo Plocensi, conferendi beneficia ecclesiastica per sex anni menses concedit facultatem.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 104. p. 71.

2636. *Romae, 2. Maii.*
Idem Władislaum, ducem Masoviae, quod pecunias pro concilio Basiliensi collectas receperit easque ad repellendos Tartaros expenderit, a censuris absolvit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 103. p. 71.

2637. *Romae, 2. Maii (Pontif. a. III).*
Idem tribus clericis quibusdam de beneficiis ecclesiasticis providet.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 112. p. 76.; ad a. 1450.

2638. *Cracoviae, 13. Maii.*
Sbigneus episcopus Cracoviensis a Petro episcopo Wratislaviensi petit, ut sibi Andream Gałka, de haeresi suspectum profugum, tradat.
Heyne, Docum. Gesch. des Bisth. Breslau III. p. 59. — Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II. App. Nr. 32. p. LXV. sine dato. — Codex Univers. Cracov. II. Nr. 151. p. 103.

2639. *Cracoviae, s. a. et die (circa 13. Maii).*
Idem a ducibus Silesiae petit, ut Andream Gałka profugum comprehendant.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II. App. Nr. 33. p. LXVII. — Cod. Univ. Cracov. II. Nr. 152. p. 104.

2640. *Cracoviae, 15. Maii.*
Universitas Cracoviensis Petrum, episcopum Wratislaviensem, de Andrea Gałka profugo, qui ad Bolkonem, ducem Opoliensem, confugisse dicatur, praemonet.
Heyne, Docum. Gesch. des Bisth. Breslau III. p. 60. — Cod. Univers. Cracov. II. Nr. 153. p. 105.

2641. *Cracoviae, s. a. et die (circa 15. Maii).*
Eadem universitas ducibus Silesiae Andream Gałka in terras eorum profugisse nuntiat atque eos de ipso praemonet.
Cod. Univ. Cracov. II. Nr. 154. p. 106.

2642. *Marieburgi, 16. Maii.*
Magister generalis magistrum Livoniae de regis Poloniae ad legationem commendatorum Brandenburgensis et Ragnetensis responsione tergiversante certiorem facit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1695. p. 355.

2643. *Marieburgi, 14. Junii.*
Idem eidem inter cetera de Michaële duce Lithuaniae una cum Tartaris militante scribit.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1708. p. 357. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1880. p. 192.

2644. *Soldau, 19. Junii.*
Advocatus de Soldau magistro generali de bello a rege Poloniae contra Michaëlem ducem suscepto et de Polonorum ducumque Masoviensium in hac causa animis refert.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1710. p. 358. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1881. p. 192.

2645. *S. l. 20. Junii.*
Nicolaus V. papa clero in diversis regnis, etiam in Russia, praecipit, ut Antonium de Neapoli fidem promulgaturum adiuvent.
Wadding, Ann. Minorum h. a. Nr. 16. Tom. XII. p. 28. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 317.

2646. *Spoleti, 22. Junii.*
Idem apud regem Poloniae, quod Nicolaum Lasocki episcopi Cuiaviensis dignitate exornaverit, se excusat.
Grossé, Stosunki App. Nr. V. p. 186.

2647. *Spoleti, 22. Junii.*
Idem archidiacono Wladislaviensi mandat, ut bona mensae archiepiscopalis Gnesnensis indebite alienata revocanda curet.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 105. p. 72.

2648. *Zator, 23. Junii.*
Wenceslaus, dux Zatorensis, monasterio Clarae Tumbae iura sua ducalia in villis Woźniki et Żygodowice vendit.
Zbiór dypl. Mogil. Nr. 134. p. 122.

2649. *In Glogovia Minori, 23. Junii.*
Andreas Gałka a Sbigneo, episcopo Cracoviensi, petit, ut res ablatas ipsi restituat.
Wiszniewski, Hist. Liter. III. p. 231. — Heyne, Docum. Gesch. d. Bisth. Breslau III. p. 64. — Cod. Univ. Cracov. II. Nr. 157. p. 110.

2650. *In Glogovia Minori, 23. Junii.*
Idem cuidam baroni Polono scribit, petit ab eo, ut eo auctore salvum conductum et dicendi licentiam a rege accipiat, sententias quasdam et carmen Polonum de Wiclefo agens ei transmittit.
Pamiętnik Warszawski ex a. 1816. Tom. V. p. 457. — Heyne, Docum. Gesch. des Bisth. Breslau III. p. 58. — Codex Univers. Cracov. II. Nr. 159. p. 115.

2651. *In Glogovia Minori, 23. Junii.*
Idem professoribus universitatis Cracoviensis scribit scriptaque Wiclefi laudat.
Wiszniewski, Hist. Liter. III. p. 233. — Heyne, Docum. Gesch. d. Bisth. Breslau III. p. 67. — Cod. Univ. Cracov. II. Nr. 158. p. 113.

2652. *Spoleti, 28. Junii.*
Nicolaus V. papa Sbigneo, episcopo Cracoviensi, mandat, ut canonicos Gnesnenses ad rationem de eiusdem ecclesiae bonis usurpatis reddendam compellat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 106. p. 72.

2653. *Spoleti, 28. Junii.*
Idem Wladislao, archiepiscopo Gnesnensi, concedit, ut per sex anni menses beneficia ecclesiastica idoneis personis conferre possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 107. p. 73.

2654. *Cracoviae, 3. Julii.*
Professores universitatis Cracoviensis Nicolao V. papae scribunt oboedientiamque suam declarant.
Cod. Univ. Cracov. II. Nr. 160. p. 118.

2655. *Cracoviae, 11. Julii.*
Sbigneus, episcopus Cracoviensis, episcopo Wratislaviensi in causa Andreae Gałka iterum scribit epistolasque ipsius transmittit.
Excerpt. Klose, Von Breslau II. 2. p. 22.

2656. *Człuchów, 18. Julii.*
Magister generalis magistro Livoniae inter cetera regem Poloniae adhuc in Lithuania morari, a Michaële duce et Tartaris magna damna ei illata esse, Polonos bellum parare, significat.
Hanserecesse Pars II. Tom. III. Nr. 536. p. 406. — **Reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1714. p. 359. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1882. p. 192.

2657. *S. l. a. et die (Fabriani, 28. Julii).*
Nicolaus V. papa regi Poloniae significat se diutius differre non posse, quin capellum dignitatis cardinalis episcopo Sbigneo Cracoviensi mittat, eiusque cardinalis et archiepiscopi Gnesnensis rationem futuram constituit.
Grossé, Stosunki App. Nr. 6. p. 188.

2658. *S. l. a. et die (Fabriani, 28. Julii).*
Idem archiepiscopo Gnesnensi de eodem argumento scribit.
Grossé, Stosunki App. Nr. 7. p. 190.

2659. *Fabriani, 28. Julii.*
Idem baronibus et nobilibus Maioris Poloniae de eodem argumento scribit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 8. Tom. IX. p. 536.

2660. *Fabriani, 29. Julii.*
Nicolaus V. papa Sbigneum, episcopum Cracoviensem, presbyterum cardinalem renuntiat capellumque ei transmittit.
Długossii, Hist. Tom. V. p. 63. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 108. p. 73. — Dzieduszycki, Zbign. Oleśnicki II. App. Nr. 34. p. LXVIII. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 62.

2661. *Fabriani, 29. Julii.*
Idem Sbigneo cardinali concedit, ut cardinalitate eius non obstante, ecclesiam Cracoviensem aliaque beneficia ecclesiastica retinere possit.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II App. Nr. 35. p. LXIX.

2662. *Nowogródek, 1. Augusti.*
Casimirus rex P. magistro generali super suis de Tartaris et Michaële duce in Lithuania victoriis reportatis refert.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1718. p. 359. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1883. p. 192.

2663. *Rigae, 1. Augusti.*
Magister Livoniae magistro generali Tartaros et ducem Michaëlem a rege Poloniae e Lithuania eiectos esse significat.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1719. p. 360. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1884. p. 192.

2664. *Troki, 16. Augusti.*
Casimirus rex magistro generali nuntiat Michaëlem ducem a Tartaris m. ducis. Moscoviae captum, imperatorem Tartarorum Seidachmet se auctore remotum aliumque creatum esse.
Reg. Napiersky, Index I. Nr. 1724. p. 361. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1885. p. 192.

2665. *S. l. 31. Augusti.*
Wassilius, magnus dux Moscoviae, et fratres eius cum Casimiro, rege Poloniae, foedus amicitiamque ineunt. (Litterae m. ducis Moscoviae).
Muchanow, Sbornik Nr. 7. p. 6. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 50. p. 62. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 57. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 1886. p. 192.

2666. *Twer, 31. Augusti.*
Borys Alexandrowicz, m. dux Twerensis, cum Casimiro rege Poloniae pactionem sancit. (Litterae m. ducis Twerensis).
Muchanow, Sbornik Nr. 8. p. 9. sine die. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 51. p. 66. sine die. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 52. sine die. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1887. p. 193.; die **ut** supra notato.

2667. *Oświęcim, post 4. Octobris (post f. S. Francisci).*
Bolek ducis Tessinensis »arbitramentum quoddam« inter Casimirum regem et Nicolaum de Władymno ac nepotes ipsius Herbortos. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 58.

2668. *Cracoviae, 8. Octobris.*
Sbigneus Oleśnicki cardinalis Nicolao V. papae pro misso sibi per Johannem Długosz capello gratias agit.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II. App. Nr. 36. p. LXXII.

2669. *Rigae, 25. Novembris.*
Magister Livoniae magistro generali (Conrado de Erlichshausen!) de tertia a Michaële duce una cum Tartaris in Poloniam invasione suscepta scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1888. p. 193. — **Cf. reg.** Napiersky, Index I. Nr. 1727. p. 362.

2670. *Marieburgi, 4. Decembris.*
Civitatum Prussiae cum ordine Teutonico actiones, ubi de mercatura a mercatoribus Polonis impedita atque de legatione ad regem Poloniae mittenda sermo fit.
Toeppen, Acten III. Nr. 59. p. 116.

2671. *Petricoviae, 12. Decembris.*
Casimirus rex consules omnium civitatum Polonarum inhibet, ne faciant cives eos, qui extra terminos regni habitantes, quaestus tantum studio ducti, ius civitatis acquirere studeant.
Piekosiński, Cod. Civit. Cracov. I. Nr. 148. p. 211.

2672. *S. l. a. et die.*
Demetrius Fedorowicz et Semion Fedorowicz Nowosielski, Odojewski et Worotyński, una cum fratris filio Iwan Michajłowicz, regi Poloniae servituros se esse promittunt.
Fragm. Vers. Pol. Danil. Skarb. II. Nr. 1889. p. 193.

2673. *S. l. a. et die (post a. 1449).*
Casimiri regis litterae de Anna ducissa, Alexandrowicz ducis uxore, scriptae, quibus praecipit, ut proceres ei pareant.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1893. p. 194.

1450.

2674. *Romae, 11. Januarii.*
Nicolaus V. papa Nicolao Johannis Xausz, clerico Posnaniensi, confert canonicatum et praebendam ecclesiae Gnesnensis, quae beneficia Johannes, electus Wladislaviensis, tempore suae promotionis obtinebat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 127. p. 85.

2675. *Budae, 29. Januarii.*
Episcopus Waradinensis Nicolao Lasocki, quid de eius promotione (ad episcopi Cuiaviensis gradum) senserit, scribit, de familiari eius in Poloniam iter continuante commemorat.
Schwandtner, SS. rer. Hungar. II. Nr. 56. p. 74.

2676. *Mediolani, 17. Februarii.*
Franciscus Philelphus Carolo, regi Franciae, scribit deque pugna Warnensi, temeraria levitate Wladislai regis perdita, commemorat.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 8. Tom. IX. p. 574.

2677. *Częstochoviae, post 15. Martii (post domin. Laetare).*
Casimirus rex, »acceptis ex palatinatu Russiae in subsidium Alexandri, palatini Moldaviae, auxiliis, cavet incolis Russiae«, ne hoc in consuetudinem trahatur.
Reg. Gołębiowski III. p. 68. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 258.

2678. *Romae, 19. Martii (anno 1449., sed Pontif. a. IV.).*
Nicolaus V. papa Sbigneum, cardinalem Cracoviensem, quod una cum Casimiro rege Johannem Hunyadi et Johannem Giskra inter se conciliaverit, collaudat et ut pro perpetua inter ipsos pace ineunda laboret, hortatur.
Długossii, Hist. Tom. V. p. 65., ad a. 1449. — Dogiel I. p. 60.; ad a. 1449. — Raynald, Ann. ad annum 1449. Nr. 8. Tom. IX. p. 550.; die: XIII. Kal. Aprilis, i e. 20. Martii adscripto. — Katona, Hist. Crit. XIII. p. 675.; anno 1450. correcto. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 66.; anno 1449. adscripto.

2679. *Marieburgi, 31. Martii.*
Recessus civitatum Prussiae, quo decretum est, ut querelae contra Polonos regi, brevi tempore in Dybow affuturo, proponantur.
Hanserecesse, Pars II. Tom. III. Nr. 594. p. 447. — Toeppen, Acten Nr. 65. p. 127.

2680. *Wilnae, 13. Aprilis s. a. (Indict. XIII.).*
Casimirus rex proceribus de Brańsk praecipit, ut duci Jwan Andrejewicz de Możajsk, cui Brańsk contulerit, pareant.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 52. p. 67. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1892. p. 194. s. l. a. et die.

2681. *Elbingae, 20. Aprilis.*
Recessus civitatum Prussiae, in quo ipsae de querela Gedanensium, quod pro domo ex praecepto magistri generalis diruta episcopo Cuiaviensi 1200 flor. persolverint, agunt.
Toeppen, Acten III. Nr. 68. p. 140.

2682. *Romae, 18. Maii.*
Nicolaus V. papa Stanislao, canonico Opatoviensi, indulget, ut quaedam beneficia ecclesiastica accipere possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 115. p. 78.

2683. *In Campo »u Buštěwsi,« 27. Maii.*
Georgius Podiebrad Udalrico de Rosemberg inter cetera exprobrat, quod Alše de Sternberg et mortuum Ptaczek in regis Poloniae partes traxerit.
Archiv Česky, V. Nr. 10. p. 268. b.

2684. *Graudentii, 31. Maii.*
Recessus civitatum Prussiae, in quo ipsae de iudicio, de quo magistro generali (Ludovico de Erlichshausen) cum rege Poloniae convenerit, Thorunii 29. Septembris habendo, agunt.
Hanserecesse, Pars II. Tom. III. Nr. 607. p. 458. — Toeppen, Acten III. Nr. 73. p. 181.

2685. *Fulginii, 1. Julii.*
Nicolaus V. papa Sbigneo, cardinali Cracoviensi, declarat facultatem beneficia ecclesiastica conferendi regi Poloniae datam non extendi ad menses Sbigneo concessos.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 116. p. 78-

2686. *Brügge, 3. Julii.*
Hans Winter magistro generali scribit et inter alia de sua Petricoviam ad regem Poloniae legatione habita commemorat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. III. Nr. 638. p. 478.

2687. *Członchów, 6. Julii.*
Commendator de Człuchów cuidam (magistro generali?) de exercituum motibus et de bellicis in Polonia apparatibus nuntiat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1895. p. 194.

2688. *S. l. 7. Julii.*
Idem magistro generali petenti respondet, quo modo mors honesti viri in Polonia tractetur.
Toeppen, Acten III. Nr. 74. p. 181.

2689. *Fabriani, 2. Augusti.*
Nicolaus V. papa ecclesiae Tarbatensi, »in confinibus schismaticorum et infidelium Ruthenorum» sitae, cum vacaverit, episcopum praeficere sibi reservat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 117. p. 79.

2690. *Fabriani, 25. Augusti.*
Idem mittens nuntium suum ad discutiendam ligam seu confoederationem in terris Prussiae, iniungit Boleslao et Wladislao, ducibus Masoviae, ut nuntio et magistro Prussiae hac in parte faveant. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 86.

2691. *Londini, 9. Septembris.*
Hans Winter magistro generali scribit et inter alia de epistola quadam regis Poloniae a se regi Angliae tradita commemorat.
Hanserecesse Pars II. Tom. III. Nr. 647. p. 481. Cf. ibidem p. 477.

2692. *Fabriani, 16. Septembris.*
Nicolaus V. papa Paulo Glowipisky, decano ecclesiae Cracoviensis, confert decanatum eiusdem ecclesiae, quem electus Wladislaviensis (N. Lasocki), qui prope civitatem Camerinensem diem obiit supremum, obtinebat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 127. p. 85.

2693. *Marieburgi, 16. Septembris.*
Magister generalis o. T. apud regem Poloniae de mercatura prohibita conqueritur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr.: 1896. p. 194.

2694. *Labiaviae, 23. Septembris.*
Commendator Ragnetensis magistro generali de legati apostolici in Lithuaniam adventu, de contributione bellica a rege Lithuaniae et Russiae imposita, cett., scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1835. p. 4. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1897. p. 195.

2695. *Assisii, 26. Septembris.*
Nicolaus V. papa cantori ecclesiae collegiatae Lanciciensis scribit, curet, ut Stanislaus de Brudzenis, qui Bononiae studiis vacet, canonicatum et praebendam ecclesiae Wladislaviensis vacantes obtineat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 127. p. 85.

2696. *Thessyn, ante 29. Septembris.*
Boleslaus, dux Tessinensis, Annae coniugi suae bona dotalitia inscribit et tutores eiusdem dotalitii regem Casimirum et quosdam duces Silesiae constituit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 58.

2697. *Londini, 8. Novembris.*
Hans Winter magistro generali scribit deque coronatione regis Poloniae, cui ipse interfuerit, mentionem facit.
Hanserecesse Pars II. Tom. III. Nr. 669. p. 507.

2698. *Romae, 28. Novembris.*
Nicolaus V. papa Derslao de Rychwian, capitaneo Sandomiriensi, dat salvum conductum.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 118. p. 80.

2699. *Romae, 7. Decembris.*
Idem Johannem dominum de Rzeszow a culpa homicidii absolvit et ut ad sacros ordines promoveri possit, ei indulget.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 122. p. 83.

2700. *Romae, 7. Decembris.*
Idem Christifidelibus Poloniae, qui Tartarorum causa in patria remanere cogantur, sub quibusdam condicionibus indulgentias anni iubilaei concedit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 9. Tom. IX. p. 551. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 119. p. 80. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 79.

2701. *Romae, 18. Decembris.*
Idem indulgentias anni iubilaei Boleslao duci Masoviae eiusque matri et uxori et centum aliis hominibus concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 123. p. 83.

2702. *Elbingae, 29. Decembris.*
Recessus civitatum Prussiae, in quo ipsae inter alia de Polonorum, Lithuanorum et Tartarorum incursionibus antea factis commemorant.
Toeppen, Acten III. Nr. 91. p. 241. 242.

2703. *Circa castrum Chocimense s. die.*
Petrus Odrowąż de Sprowa, palatinus et capitaneus generalis Russiae et Przedborius Koniecpolski, castellanus Sandomiriensis, incolis terrarum Russiae pro rege Casimiro fideiubent auxiliumque Alexandro palatino Valachiae salvis eorundem incolarum iuribus ferri posse spondent.
Reg. Rykacz. Invent. p. 258.

2704. *S. l. a. et die.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae 200 fl. mutuo dat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 52.

2705. *S. l. a. et die (a. 1450?)*
Olizar Szyłowicz regi Poloniae iureiurando promittit se castrum Łuck, quod ab eo acceperit, pro magno ducatu Lithuaniae tenturum esse.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 53 (2). p. 67. **Cf.** ibidem Nr. 53 (1). — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 83.

1451.

2706. *Romae, 9. Januarii.*
Nicolaus V. papa Nicolao Spiczimiri, cantori Cracoviensi et nuntio apostolico, ut sex clericis, qui in studio generali litteris operam navent, privilegium de fructibus percipiendis conferre possit, facultatem concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 124. p. 84.

2707. *Romae, 10. Februarii.*
Idem Johanni, electo Wladislaviensi, praecipit, ut clerum Masoviae ad decimas regi Poloniae concessas solvendas cogat.
Theiner, MM. Pol. II Nr. 126. p. 85.

2708. *Romae, 10. Februarii.*
Idem Johannem de Brzezie, canonicum Gnesnensem, auditorem causarum palatii apostolici renuntiat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 125. p. 84.

2709. *Marieburgi, 9. Aprilis.*
Mandatum, legatis Thoruniensibus ad conventionem civitatum Marieburgensem missis datum, in quo de palatino Szarleński mentio fit.
Toeppen, Acten III. Nr. 103. p. 275.

2710. *Romae, 13. Aprilis.*
Nicolaus V. papa Christifidelibus Poloniae sub levioribus condicionibus indulgentias anni iubilaei concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 128. p. 86.

2711. *Romae, 25. Maii.*
Idem episcopum Warmiensem hortatur, ut subditos suos a societate contra ordinem Teutonicum inita abstrahendos curet.
Toeppen, Acten III. Nr. 141. p. 327. — **Cf.** litteras eiusdem ad episcopos Culmensem et Sambiensem scriptas: reg. Toeppen, Acten III. Nr. 113. et Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 598.

2712. *Heilsberg, 2. Junii.*
Commissarii apostolici, Johannis Plastewig, petitio, regi Romanorum et regi Poloniae proposita, ut se in sententia excommunicationis et interdicti contra capitulum Rigense exsequenda adiuvent.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1863. p. 10.

2713. *Petricoviae, 17. Junii.*
Casimirus rex litem inter cardinalem Cracoviensem et archiepiscopum Gnesnensem ortam, utri priores dignitatis partes competant, dirimit.
Vol. Leg. I. p. 171. — Bandtkie, Jus Pol. p. 259. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 89.

2714. *Petricoviae, 17. Junii.*
Idem Casimiri Magni »de zuppis salinarum« statuta confirmat.
Vol. Leg. I. p. 159.

2715. *Petricoviae, 17. Junii.*
Idem statuta de moneta constituit.
Bandtkie, Jus p. 261. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 92. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 179.

2716. *Labiaviae, 29. Junii.*
Commendator Ragnetensis magistro generali de Michaële duce, de Iwan Czartoryski atque de finibus inter Poloniam et Lithuniam Prussicam nuper terminatis scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1868. p. 11. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1899. p. 195.

2717. *Cracoviae, 2. Augusti.*
Sbigneus cardinalis Johannem de Capistrano invitat, ut in Poloniam veniat.
Długossii Hist. V. p. 93.

2718. *Tuchol, 30. Augusti.*
Commendator de Tuchol cuidam (magistro generali?) de rege Poloniae, qui Societatem Prussicam adiuturus bellum contra Ordinem parare videatur, scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1900. p. 195.

2719. *S. l. a. et die (Kwidzyń, 5. Septembris?)*
Thoruniensium mandatum ad conventionem in Kwidzyń 5. Septembris habendam, ubi locus: »Item czu gedenken des Konigs von Polen« legitur.
Toeppen, Acten III. Nr. 136. p. 307.

2720. *Grodek, 7. Septembris.*
Casimirus rex Johannem de Capistrano, ut in Poloniam veniat, invitat.
Cochlaeus, Hist. Hussit. Lib. X. p. 369. — Wadding, Ann. Minorum Tom. XII. p. 98. — Raynald, Ann. h. a. Nr. 15. Tom. IX. p. 582. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 101.

2721. *Rawa, 12. Septembris.*
Wladislaus, dux Masoviensis, Annae uxori terram Sochaczeviensem et oppidum Raciążek ad vitae tempora confert.
Cod. Masov. Nr. 196. p. 215. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 345. s. a. et die.

2722. *Romae, 2. Octobris.*
Nicolaus V. papa Nicolao de Blazcowicze concedit, ut tria incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinere possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 131. p. 88.

2723. *Graudentii, 8. Octobris.*
Commendator de Graudentio magistro generali de conventione in Leissau scribit atque de litteratis quibusdam Polonis commemorat.
Toeppen, Acten III. Nr. 144. p. 339.

2724. *Gedani, 16. Octobris.*
Commendator domus Gedanensis magistro generali de Polonis a magistro bellum contra ipsos parari asserentibus consiliisque eorum adversarios magistri adiuvandi scribit.
Toeppen, Acten III. Nr. 146. p. 341. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1900. p. 195. **Cf.** ibid. notam.

2725. *S. l. et die (Elbingae, 20. Octobris).*
Thoruniensium ad conventionem ordinum Prussiae Elbingae habendam mandatum, in quo de ordinum cum Polonis rationibus quibusdam initis sermo fit.
Toeppen, Acten III. Nr. 148. p. 342.

2726. *Stum, 13. Decembris.*
Magister generalis procuratori et commendatori in Austria degenti scribit deque Pscoviensibus contra Livoniam bellum parantibus commemorat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1881. p. 14.

2727. *S. l. a. et die.*
Janussius, dux Oświecimensis, Casimiro regi resignat ducatum Oświecimensem. *(sic!)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 230. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. II. Nr. 20. p. 593. **Cf.** tamen ibidem notam et Caro, Gesch. Pol. IV. p. 496. not. 2.

2728. *S. l. a. et die (circa a. 1451).*
Litterae foederis inter Borys Alexandrowicz, m. ducem Twerensem, et Wassil Wassilewicz, m. ducem Moscoviae, initi, in quibus uterque opem alteri contra Lithuanos, Polonos, Theutonicos et Tartaros ferendam promittit. (Litterae m. ducis Twerensis)
Rumiancow, Sobranje I. Nr. 76. 171.

2729. *S. l. a. et die (circa a. 1451).*
Eiusdem foederis litterae magni ducis Moscoviae.
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 77. p. 174. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1898. p. 195.

1452.

2730. *Romae, 19. Januarii.*
Nicolaus V. papa Jacobo de Senno, praeposito Cracoviensi, concedit, ut quaecumque beneficia ecclesiastica voluerit, acceptare possit.
Theiner, MM. Pol. Nr. 132. p. 89.

2731. *Nova Civitate, 27. Januarii.*
Fridericus IV. caesar Societatis Prussicae participes ad ius suum vocat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 204.

2732. *Sandomiriae, 15. Aprilis.*
Sbigneus cardinalis Cracoviensis Johannem de Capistrano iterum rogat, ut in Poloniam veniat.
Wadding, Ann. Minor. Tom. XII. p. 138.

2733. *S. l. (Cracoviae), 22. Aprilis.*
Consules Cracovienses consulibus Wratislaviensibus de nummis Polonis (bracteatis), quos Poloni a Wratislaviensibus recipi noluerint, scribunt.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 107.

2734. *S. l. 23. Maii.*
Advocatus de Roggenhausen magistro generali inter cetera de doctoribus Polonis in civitatibus Thorunio et Chełmno agentibus refert.
Toeppen, Acten Nr. 174. p. 394.

2735. *Kwidzyń et Gniew, 15. Junii.*
Recessus civitatum Prussiae, in quo ipsae de actionibus suis antea contra Poloniam et Lithuaniam susceptis commemorant.
Toeppen, Acten III. Nr. 177. p. 403.

2736. *Cracoviae, 27. Junii.*
Johannes de Wiśnicz, castellanus Leopoliensis et Nicolaus de Balin et de Cziran fideiubent Casimiro regi pro Nathko Judaeo et teloneatore Leopoliensi.
Reg. Rykacz. Invent. p. 389.

2737. *Nova Civitate, 1. Julii.*
Fridericus IV. caesar praecipit, ut Societas Prussica dissolvatur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 204.

2738. *Siewior, 5. Julii.*
Nicolaus Dambski, iudex terrae Severiensis generalis, limites inter Siewior et Sulikow terminatos esse testatur.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II. App. Nr. 14. p. XXVIII.

2739. *Cracoviae, 7. Julii.*
Casimirus rex Johannem de Capistrano iterum rogat, ut in Poloniam veniat seque fratribus de Observantia S. Francisci ecclesiam Sanctae Crucis extra muros Cracovienses contulisse ei significat.
Wadding, Ann. Minor. Tom. XII. p. 139.

2740. *Schönsee, 16. Julii.*
Advocatus de Lipa magistro generali inter cetera a quibusdam de »Niderlanden« regem (Poloniae?) exspectari significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 190. p. 417.

2741. *Chełmno, 20. Julii.*
Consules Culmenses consulibus Thoruniensibus inter cetera de causa super finibus cum Polonis habita, de suis cum Masoviensibus rationibus deque nuntiis regem Poloniae bellum parare significantibus scribunt.
Toeppen, Acten III. Nr. 192. p. 419.

2742. *Nieszawa, 22. Julii.*
Actiones inter Polonos et Gedanenses de mercaturae rationibus habitae.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1901. p. 195.

2743. *Thorunii, 25. Julii.*
Actiones inter legatos ordinum Prussiae et magistrum generalem habitae conscribuntur, in quibus de magistri cum rege Poloniae conventione habenda sermo fit.
Toeppen, Acten III. Nr. 193. p. 420.

2744. *Gambitze, 4. Augusti.*
Casimirus rex magistro generali post conventionem cum eo Thorunii habitam de mercaturae rationibus scribit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1902. p. 195.

2745. *Kłajpeda, 7. Augusti.*
Commendatoris de Kłajpeda querelae de damnis sibi ab hominibus duorum capitaneorum Samogitiensium illatis.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1890. p. 16.; die: 8. Augusti notato.

2746. *Roggenhausen, 10. Augusti.*
Advocatus de Roggenhausen magistro generali, quae de magistri cum rege Poloniae et cum archiepiscopo Gnesnensi colloquio habito narrentur, refert.
Toeppen, Acten III. Nr. 196. p. 423.

2747. *Roggenhausen, 22. Augusti.*
Idem eidem de eodem argumento iterum scribit.
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 197. p. 425.

2748. *Marieburgi, 31. Augusti.*
Ordines Prussiae magistro generali scribunt atque in appendice inter cetera se causam suam in regem et senatores Poloniae compromittere velle significant.
Toeppen, Acten III. Nr. 198. p. 434.

2749. *Romae, 1. Septembris.*
Nicolaus V. papa Johanni electo Chelmensi concedit, ut propter tenuitatem redituum sedis suae ecclesiam parochialem de Egeis retinere possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 134. p. 91.

2750. *Siradiae, 2. Septembris.*
Bernardus, Boleslaus et Nicolaus, duces Opolienses, Johannes de Czatowice et Johannes Gieltz indutias ad festum S. Bartholomaei (24. Augusti) cum rege Casimiro concludunt, arbitros de iniuriis dabunt, quidquid statuerint, ratum habebunt. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 58.

2751. *Siradiae, 2. Septembris.*
Iidem duces indutias ad idem festum cum Casimiro rege concludunt. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 58.

2752. *Budae, 3. Septembris.*
Johannes Hunyadi Posoniensibus legatos Polonorum, de matrimonio Elisabeth, Ladislai Posthumi sororis, cum rege Poloniae contrahendo acturos, Vindobonam proficisci significat hortaturque eos, ut illos honorifice excipiant.
Teleki, Hunyadiak Kora X. Nr. 165. p. 337. **Cf.** ibidem NNros 167 et 168.

2753. *Roggenhausen, 5. Septembris.*
Advocatus de Roggenhausen magistro generali inter alia de ordinum Prussiae ad caesarem legatis missis scribit, qui per Poloniam profecturi sint et a Polonis adiuventur.
Toeppen, Acten III. Nr. 202. p. 441.

2754. *Löbau, 7. Septembris.*
Johannes, episcopus Culmensis, magistro generali dissuadet, ne causam Ludovici de Mortangen super mola quadam in regem Poloniae compromittat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 601. p. 483. **Cf.** ibidem passim alias litteras hanc causam spectantes.

2755. *Thorunii, 8. Septembris.*
Monetarius Thoruniensis magistro generali de novis rebus ex Polonia allatis scribit
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 211. p. 448.

2756. *Riesenburg, 8. Septembris.*
Caspar, episcopus Pomesaniensis, magistro generali de ordinum Prussiae legatis ad caesarem electis scribit atque de Polonis eum secrete praemonet.
Toeppen, Acten III. Nr. 209. p. 448.

2757. *Thorunii, 9. Septembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali significat fore, ut legati ad eum a rege Poloniae ex terra Dobrinensi mittantur, atque de iudicio super finibus 29. Septembris cum rege Poloniae habendo commemorat.
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 212. p. 449.

2758. *Chelmno, 20. Septembris.*
Recessus civitatum Prussiae, in quo de damnis a Ruthenis, Tartaris Lithuanisque terrae Prussicae post magistrum Henricum Plauen remotum illatis mentio fit.
Toeppen, Acten III. Nr. 221. p. 464.

2759. *Thorunii, 30. Septembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de variis molestiis, quae a burggravio Dobrinensi comerciis struantur, refert.
Toeppen, Acten III. Nr. 231. p. 478.

2760. *Marieburgi, 6. Octobris (Freitag vor Dionysii).*
Magister generalis magistro Livoniae de Sociorum Prussicorum actionibus atque de sua cum rege Poloniae conventione habita scribit.
(Voigt, Gesch. d. Eidechsengesellschaft p. 242. in) Beiträge zur Kunde Preuss. V. p. 465. — **Reg.** Napiersky, Index II. Nr. 1893. p. 17.; die: 7. Octobris adscripto. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1903. p. 195.

2761. *Romae, 6. Octobris.*
Fulminationes cardinalis Ludovici ex mandato papae contra coniuratores Prussiae. *(sic!).*
Reg. Smolka, Archiwa p. 205.

2762. *Brodnica, 20. Octobris.*
Commendator de Brodnica magistro generali inter alia de Sociorum Prussicorum cum archiepiscopo Gnesnensi actionibus habitis refert.
Toeppen, Acten III. Nr. 245. p. 493.

2763. *Roggenhausen, 21. Octobris.*
Advocatus de Roggenhausen magistro generali inter alia de Sociis Prussicis cum Polonis foedera ineuntibus scribit.
Toeppen, Acten III. Nr. 246. p. 494.

2764. *Thorunii, 22. Octobris.*
Commendator domus Thoruniensis magistro generali legatos Sociorum Prussicorum ad caesarem et in Poloniam abiisse, cancellarium Poloniae Thorunii versari significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 247. p. 495.

2765. *Thorunii, 23. Octobris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali inter alia cancellarium Poloniae, praepositum Cracoviensem et provincialem ordinis Praedicatorum Polonorum Thorunii ignoto sibi consilio versari nuntiat.
Toeppen, Acten III. Nr. 248. p. 497.

2766. *Thorunii, 25. Octobris.*
Commendator domus Thoruniensis magistro generali de legatis Sociorum per Poloniam proficiscentibus, de Baisen et Winter novis rebus studentibus, de cancellario Poloniae, praeposito Cracoviensi provincialique Praedicatorum Polonorum Thorunii versantibus scribit.
Toeppen, Acten III. Nr. 249. p. 498.

2767. *Althaus, 25. Octobris.*
Commendator de Althaus magistro generali inter alia Gabrielem Baisen via Cracoviensi profectum esse significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 251. p. 500.

2768. *Althaus, 30. Octobris.*
Idem eidem inter alia a Sociis Gabrielem Baisen et Winter in Poloniam ad cardinalem missos esse nuntiat.
Toeppen, Acten III. Nr. 255. p. 505.

2769. *Thorunii, 11. Novembris.*
Commendator domus Thoruniensis magistro generali Gabrielem Baisen et Winter iam ex Polonia rediisse ibidemque bene, ut asserant, receptos esse, cett., significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 258. p. 507.

2770. *Lewen, 15. Novembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de Culmensium conventione in Lissau habita, de Gabrielis Baisen in Poloniam itinere suscepto scribit.
Toeppen, Acten III. Nr. 260. p. 509.

2771. *Roggenhausen, 15. Novembris.*
Commendator de Roggenhausen magistro generali de eadem conventione Lissaviensi, ubi Gabriel Baisen, quae in Polonia egisset, exposuerit, cett., scribit.
Toeppen, Acten III. Nr. 259. p. 508.

2772. *Chelmno, 25. Novembris.*
Consules Culmenses consulibus Thoruniensibus tres species litterarum, ad cardinalem, ad archiepiscopum Gnesnensem, ad cancellarium regni Poloniae, transmittunt.
Toeppen, Acten III. Nr. 266. p. 517.

2773. *Coln an der Sprew, 26. Novembris.*
Fridericus, marchio Brandenburgensis, magistro generali officia sua ad Socios Prussicos Ordini conciliandos offert.
Voigt, Erwerbung der Neumark, App. Nr. 9. p. 431. — Riedel, Cod. dipl. Brandenb. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 318. p. 317.

2774. *Thorunii, 28. Novembris.*
Milites civitatesque Societatis Prussicae cancellario r. Poloniae nuntiant se regem visuros statim venire non posse, nuntios de legatis ordinis Teutonici consiliaque ab eo petunt.
Toeppen, Acten III. Nr. 267. p. 518.

2775. *Thorunii, 28. Novembris.*
Iidem cardinali et archiepiscopo Gnesnensi nec non legatis suis apud caesarem degentibus de similibus argumentis scribunt.
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 268. p. 520.

2776. *Golaw, 14. Decembris.*
Commendator de Gołub magistro generali litteras, in quibus de Societatis Prussicae cum Polonis actionibus deque consilio magistri generalis veneno necandi sermo fit, transmittit.
Toeppen, Acten III. Nr. 272. p. 523.

2777. *In Nova Civitate, 22. Decembris.*
Fridericus IV. rex Romanorum episcopis Cuiaviensibus, petente Societate Prussica, privilegiorum Prussis concessorum fidem testandi concedit potestatem.
Preuss. Sammlung Tom. III. p. 172. — **Reg.** Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. p. 511. — **Reg.** Toeppen, Acten III. Nr. 277. p. 529.

2778. *S. l. a. et die (in Decembri).*
Anonymus magistro generali de conventione in Koło oppido habita refert, cui Prussorum legati opem contra Ordinem petentes interfuerint.
(Voigt, G. d. Eidechsengesellschaft in) Beitr. z. Kunde Preuss. V. p. 205.

1453.

2779. *Posonii, 30. Januarii.*
Ladislaus Posthumus in litteris donationis Johanni Hunyadi concessae de meritis eius et inter alia de pugna Warnensi scribit.
Teleki, Hunyadiak Kora X. Nr. 174. p. 352. Cf. ibid. Nr. 175. p. 361.

2780. *Thorunii, 5. Februarii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de Societatis Prussicae legatis, qui a caesare redierint, scribit significatque Hermannum Witt Polonorum in Lobelaw consulta ei narraturum.
Toeppen, Acten III. Nr. 295. p. 570.

2781. *S. l. a. et die (13. Februarii — 23. Aprilis).*
Anonymus quidam magistro generali novas res ex curia reginae Poloniae nuntiat, de Tartarorum invasione, de rationibus, quae inter Polonos atque Silesios intercedant, de Sbigneo cardinali morbo affecto, cett., refert.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 110., sub anno 1410. Cf. tamen Caro, Gesch. Pol. IV. p. 444. notam.

2782. *Engelsburg, 1. Martii.*
Advocatus de Roggenhausen magistro generali inter alia ab ordinibus Prussiae, in conventione in Kwidzyń congregatis, duos legatos, Gabrielem Baisen et Laurentium Volckmer, ad duces Masovienses missos esse significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 320. p. 591.

2783. *Thorunii, 3. Martii.*
Commendator domus Thoruniensis magistro generali inter alia Polonos, ut sibi relatum sit, secrete in bello apparando occupatos esse significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 323. p. 593.

2784. *Altenhaus, 4. Martii.*
Commendator de Althaus magistro generali inter alia de Gabriele Baisen et Laurentio Folckmeyer ex Chełmno in Masoviam missis scribit.
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 328. p. 599.

2785. *Gniew, 4. Martii.*
Commendator de Gniew magistro generali de conventione in Kwidzyń habita, ubi inter alia de monitibus e Polonia missis, de magistro bellum parante, de actionibus cum Masovia habitis, consultatum sit, accurate refert.
Toeppen, Acten III. Nr. 327. p. 596—599.

2786. *Thorunii, 7. Martii.*
Commendator domus Thoruniensis magistro generali de studiis Sociorum inter alia conventionis in Polonia habendae, cum ducibus Masoviae foederis ineundi, cett., scribit.
Fragm. Toeppen, Acten III. Nr. 334. p. 602.

2787. *In Nova Civitate, 12. Martii.*
Fridericus caesar magistrum generalem, Gedanensibus petentibus, inter alia propter pecuniam a Gedanensibus episcopo Cuiaviensi persolutam, ad ius suum vocat.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 174. — **Reg.** Toeppen, Acten III. Nr. 344. p. 609.

2788. *Subitz, 19. Martii.*
Advocatus de Tczewo magistro generali de conventione Sociorum Prussicorum in Kwidzyń habita refert, ubi regem Poloniae non Ordini sed Sociis affuturum probatum est atque constitutum, ut

legatio in Poloniam et Masoviam, animum Masoviensium exploratura, mittatur.
Toeppen, Acten III. Nr. 357. p. 614.

2789. *Wilnae, 21. Martii sine anno (1453?)*
Casimiri regis statutum sub titulo: »O pososzczinie Smoleńskiej«.
Sudebnik ed. Daniłowicz p. 34—39. — Działyński, Zbiór praw litew. p. 55—57. sub anno 1492. — Akty Zapadn. Rossyi I. Nr. 55. p. 69., anno 1453. vel posteriori adiudicato.

2790. *Lobaviae, 23. Martii.*
Johannes, episcopus Culmensis, cum Paulo, episcopo Plocensi, de subditis profugis alterutri tradendis pactionem init.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 607. p. 486.

2791. *Schönsee, 25. Martii.*
Advocatus de Lipa magistro generali de Sociorum Prussicorum conventione in Culmsee habita, ubi de foedere cum Polonis ineundo sermo fuerit, refert, Gabrielem Baisen nocte ad episcopum Cuiaviensem se contulisse, cett., nuntiat.
Toeppen, Acten III. Nr. 364. p. 617.

2792. *Cracoviae, 28. Martii.*
Sbigneus, cardinalis Cracoviensis, Johannem de Capistrano tertium rogat, ut in Poloniam veniat.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 162.

2793. *Elbingae, 29. Martii.*
Commendator Elbingensis magistro generali scribit atque suadet inter alia, ut in Poloniam Silesiamque speculatores mittat, Sociorum Prussicorum consilia exploraturos.
Toeppen, Acten III. Nr. 368. p. 622.

2794. *Płock, 3. Aprilis.*
Paulus, episcopus Plocensis, ordinibus Prussiae ad litteras sibi per Johannem Nydek missas respondet significatque fore, ut idem Nydek eis in colloquio consilia ipsius exponat.
Toeppen, Acten III. Nr. 372. p. 624.

2795. *Kwidzyń, 8. Aprilis.*
Recessus civitatum Prussiae, quo ipsae inter alia legatos ad duces Masovienses, Wladislaum et Boleslaum, mittendos constituunt.
Toeppen, Acten III. Nr. 375. p. 629.

2796. *Thorunii, 15. Aprilis.*
Commendator domus Thoruniensis magistro generali de conventione Parczoviensi, de consiliis Sociorum Prussicorum foederis cum Polonis faciendi refert atque de rege Poloniae eum praemonet.
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 378. p. 637.

2797. *In Nova Civitate, 16. Aprilis.*
Sophia, regina Poloniae, ordinibus Prussiae se super causa eorum ad regem Poloniae scripsisse significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 379. p. 637.

2798. *Cracoviae, 28. Aprilis.*
Hermannus Pockeler consulibus Thoruniensibus litteras quasdam redditas esse significat, ut ad conventionem Parczoviensem legatos mittant, suadet legationemque ad caesarem missam per Poloniam proficisci nuntiat.
Toeppen, Acten III. Nr. 393. p. 654.

2799. *S. l. 30. Aprilis.*
Conradi ducis Masoviae privilegium, plurimas concedens libertates ecclesiae et eorum subditis. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

2800. *Cracoviae, 10. Maii.*
Janussius, dux Oświecimensis, recognoscit se mutuo accepisse a Casimiro rege 100 fl. Hung., quos summae capitali in castro et oppido Oświecim inscriptae adscribit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 230.

2801. *Thorunii, 17. Maii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de rebus Lithuanis, de Lithuanorum contra Casimirum regem a Gastoldo seditione excitata, in qua rex vulneratus sit; de conventione in Parczow a rege indicta, in qua gravissimi tumultus exspectentur; de Gastoldi consiliis, ut princeps quidam iuvenis magnus dux creetur, cett., accurate scribit atque de Szarleński eum praemonet.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 481. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1904. p. 196. **Cf.** ibid. notas.

2802. *Vindobonae, 20. Maii.*
Ladislaus Posthumus dat salvum conductum oratoribus Casimiri regis P. Wratislaviam veniendi ad concludendos tractatus pro festo S. Jacobi (25. Julii) determinatos. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 13.

2803. *Graez, 20. Maii.*
Episcopus Warmiensis magistro generali suadet, ut in causis, quas cum Sociis Prussicis habeat, regem Poloniae et proceres Lithuniae sequatur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1905. p. 196.

2804. *Thorunii, 26. Maii.*
Mandatum principum Societatis Prussicae legatis ad causam Sociorum coram caesare agendam datum, ubi testes: Erhardt Orteill de Posnania et Ambrosz Suntag de Cracovia commemorantur.
Toeppen, Acten III. Nr. 402. p. 660.

2805. *Thorunii, 29. Maii.*
Recessus ordinum Prussiae, ubi de legationibus ad caesarem, in Frauenburg oppidum, in Poloniam et Masoviam mittendis mentio fit.
Toeppen, Acten III. Nr. 401. p. 658.

2806. *Petricoviae, 3. Junii.*
Casimirus rex Poloniae Fridericum IV. caesarem rogat, ut pro legatis ordinum Prussiae, qui prope Brunam in Moravia detenti sint, liberandis intercedat.
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 407. p. 664.

2807. *Graudentii, 6. Junii.*
Recessus ordinum Prussiae, ubi inter cetera decretum est, ut conventio in terra Culmensi fiat, cum legati in Poloniam missi redierint.
Toeppen, Acten III. Nr. 408. p. 665.

2808. *S. l. a. et die (post 6. Junii).*
Jocusch von Swenten et Georgius Reuber de suis in Polonia et in Masovia cum proceribus et rege actionibus habitis accurate referunt.
Toeppen, Acten III. Nr. 412. p. 668—672.

2809. *In conventione Parczoviensi, 7. Junii (fer. 5. in octava Corporis Christi).*
Janussius, dux Oświecimensis, certis sub condicionibus regi Poloniae promittit fore, ut se vasallum eius agnoscat ducatumque suum ei vendat.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 22. p. 594. — **Reg.** Rykacz. Invent., dato: Cracoviae die Convers. S. Pauli, i. e. 25. Januarii, adscripto.

2810. *In conventione Parczoviensi, 7. Junii.*
Casimiri regis Poloniae litterae eiusdem argumenti.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 23. p. 597.

2811. *Thorunii, 9. Junii.*
Commendator domus Thoruniensis magistro generali de legatis Sociorum in conventione Parczoviensi agentibus, de Sbigneo cardinali Prussiae adiungendae consiliis se opponente, accurate refert.
Fragm. Toeppen, Acten III. Nr. 409. p. 666.

2812. *Graudentii, 27. Junii.*
Legati Thorunienses senatui suo de Jocusch von Swenten in Poloniam legatione habita referunt.
Toeppen, Acten III. Nr. 413. p. 672.

2813. *S. l. a. et die (Petricoviae, 30. Junii).*
Species litterarum, quibus Casimirus rex Poloniae iura, privilegia incolumitatemque regni Poloniae confirmasse dicitur.
Bandtkie, Jus Pol. p. 264. s. l. a. et die. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 172. s. l. a. et die. — **Cf.** Rykacz. Invent. p. 179. (bis); loco et anno adscripto. — **Cf.** Gołębiowski III. p. 52., pleno dato adscripto. — **Cf.** (A. Lewicki, Wstąpienie na tron Polski Kazim. Jag. in) Rozprawy Akad. Um. Wydz. filoz. Tom. XX. p. 37. sq. et separatim.

2814. *S. l. a. et die (Petricoviae, 30. Junii).*
Casimirus rex ordinibus Polonis iusiurandum praestat se iura, privilegia incolumitatemque regni Poloniae servaturum esse.
Dlugossii Hist. Tom. V. p. 141.

2815. *Petricoviae, 30. Junii.*
Idem »omnia iura, litteras, donationes, concessiones Sophiae matri suae emanatas« confirmat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 169.

2816. *Roggenhausen, 30. Junii.*
Advocatus de Roggenhausen magistro generali de ordinum Prussiae conventione Graudentii 27. Junii habita, in qua Jocusch von Swenten suam in Poloniam legationem exposuerit, refert eundemque Jocusch iterum in Poloniam profectum esse significat.
Toeppen, Acten III. Nr. 416. p. 675.

2817. *Petricoviae, 3. Julii.*
Sophia, regina Poloniae, ordinibus Prussiae scribit se litteras sibi per Jocusch missas accepisse seque pro legatis eorum in Moravia detentis apud regem et proceres intercessisse testatur.
Reg. Toeppen, Acten III. Nr. 420. p. 679.

2818. *Petricoviae, 3. Julii.*
Casimirus rex magistrum generalem, ut cum ordinibus suis pacem servet, hortatur paceque perpetua nixus, opem suam ad lites componendas offert.
Fragm. Toeppen, Acten III. Nr. 419. p. 678. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1906. p. 196.

2819. *Grätz, 10. Julii.*
Aeneas Sylvius cardinali Karwajal de rebus Bohemis scribit deque legatis ordinum Prussiae in Grätz degentibus et de aliis in Moravia captis commemorat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Diplom. Tom. XX. Nr. 51. p. 62. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 245. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 243. p. 403.

2820. *Grätz, 12. Julii.*
Idem Nicolao V. papae inter alia de legatis Prussicis in Moravia captis deque iudicio caesaris, quod in causa Prussica exspectetur, scribit.
Epistolae ed. Norimb. Nr. 162. — Ed. Basil. Nr. 162. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 245. — **Reg.** (Voigt in) Archiv für öst. Gesch. XVI. Nr. 244. p. 403.

2821. *Grätz, 21. Julii.*
Idem cardinali Nicolao de Cusa de eodem argumento scribit.
Epistolae ed. Norimb. Nr. 155. — Ed. Basil. Nr. 155. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 246. — **Reg.** (Voigt in) Archiv für öst. Gesch. XVI. Nr. 248. p. 403.

2822. *Graudentii, 22. Julii.*
Commendator de Graudentio magistro generali inter alia de terra Culmensi, quam regis Poloniae ditioni se dedituram conventionemque hac de causa die S. Laurentii (10. Augusti) habituram fama divulgetur, scribit.
Toeppen, Acten III. Nr. 434. p. 689.

2823. *Brunae, 24. Julii.*
Ladislaus Posthumus legatis suis dat mandatum, ut in conventione Wratislaviensi cum rege Poloniae vel eiusdem legatis de matrimonio inter sororem suam Elisabeth et eundem regem contrahendo agere possint.
Reg. (Palacky in) Fontes rer. Austr. Diplom. Tom. XX. Nr. 52. p. 63.

2824. *S. l. et die (circa 24. Julii?)*
Casimirus, rex Poloniae, oratoribus suis simile dat mandatum.
Reg. Rykacz. Invent. p. 13.

2825. *Gratz, 25. Julii.*
Fridericus IV. caesar Societatem Prussicam dissolvit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 204. — **Cf.** NNr. 2737. et 2826.

2826. *Gratz, 27. Julii.*
Friderici IV. aliae litterae eiusdem argumenti.
Reg. Smolka, Archiwa p. 204.

2827. *Neidenburg, 6. Augusti.*
Tutor de Neidenburg magistro generali de Sociorum consiliis legatos Ordinis a caesare redeuntes necandi, de conventione Graudentii habenda, de legatione in Poloniam mittenda, scribit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 12. p. 8.

2828. *Neuermühklen, 7. Augusti.*
Magister Livoniae magistro generali de rebus in Lithuania gestis, de finibus inter Lithuaniam et Livoniam terminandis, de foedere Lithuaniae cum Tartaris ad irritum redacto, quod nisi factum esset, Nicolaus Radziwiłł magnus dux esset creatus, de discordiis super episcopo Wilnensi eligendo exortis, scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1913. p. 20. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1907. p. 196.

2829. *Graudentii, 10. Augusti.*
Recessus civitatum Prussiae, ex quo apparet in conventione eadem litteras ducum Masoviensium lectas, litteras legatorum ad Polonos scriptas propositas magistrumque conquestum esse, quod civitates regem Poloniae sibi dominum assumere velint. Adiunguntur duae appendices: »Orsachen des Bundes« et nota gravis tenoris, ex posteriore tempore repetenda, de Prussia regno Poloniae adiuncta.
Toeppen, Acten IV. Nr. 16. et 17. p. 14—33. **Cf.** ibid. NNr. 18—20.

2830. *Cracoviae, 12. Augusti.*
Casimirus rex condiciones pactionis matrimonialis inter se et Elisabeth, Alberti II. caesaris filiam, per oratores suos initae ratas habet.
Dogiel, Cod. d. Pol. I. p. 155. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 179.

2831. *Vindobonae, 12. Augusti.*
Ladislaus Posthumus pactionem supra notatam approbat promittitque se condicionibus in ea constitutis sub poena 100.000 fl. staturum esse.
Dogiel I. p. 156. — Katona, Hist. Crit. XIII. p. 927. — **Vers.** Pol. Malinowski ed. Wapow. III. p. 182.

2832. *Vindobonae, 12. Augusti.*
Idem Casimiro regi Poloniae dotem sororis suae, 100.000 aureorum Hung., intra trium annorum spatium sub poena dupli et terrarum suarum periclitandarum se soluturum promittit.
Dogiel I. p. 157. — Katona, Hist. Crit. XIII. p. 929. — Chmel, Materialien II. Nr. 49. p. 58. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 13. — **Reg.** Lichnowsky, Gesch. d. H. Habsburg VI. Reg. Nr. 1824. (b) p. CCX.

2833. *Cracoviae, 13. Augusti.*
Casimirus rex Judaeis iura per Casimirum Magnum concessa confirmat et auget.
Reg. AGZ. X. Nr. 107. p. 7. — **Cf.** Nr. 2836.

2834. *Cracoviae, 15. Augusti.*
Idem cum Ladislao Posthumo paciscitur, ut de summa 100.000 aur. Hung. sibi ratione dotis debitorum, ducatus Austriae ad solvenda tantum 32.000 hypothecae nomine sit obligatus.
Dogiel I. p. 158. sine die. — Chmel, Materialien II. Nr. 51. p. 61. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 184. s. d. — **Reg.** Lichnowsky, Gesch. d. H. Habsburg. VI. Reg. Nr. 1825. (c) p. CCX.

2835. *Cracoviae, 15. Augusti.*
Idem Elisabeth uxori suae dotalitium inscribit.
Chmel, Materialien II. Nr. 50. p. 59. — **Reg.** Lichnowsky, Gesch. des Haus. Habsburg VI. Reg. Nr. 1825. (b) p. CCX.

2836. *Cracoviae, 24. Augusti.*
Idem Casimiri Magni litteras de Judaeis confirmat.
Reg. AGZ. X. Nr. 108. p. 7. — **Cf.** Nr. 2833.

2837. *Grätz, 3. Septembris.*
Aeneas Sylvius Petro de Noxeto de caesaris in causa Ordinis et Societatis Prussicae iudicio scribit significatque a rege Poloniae eandem Societatem opem accipere videri.
Epistolae ed. Norimb. Nr. 147. — Ed. Basil. Nr. 147. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 246. — **Reg.** (Voigt in) Archiv für öst. Gesch. XVI. Nr. 271. p. 404. — **Cf.** epistolam in SS. rer. Pruss. p. 247. et in Voigt l. c. sub Nr. 272. notatam.

2838. *Brodnica, 5. Septembris.*
Casimirus rex Poloniae et Ludovicus dux Bavariae foedus unionis et fraternae concordiae ineunt (Litterae Casimiri).
Dogiel I. p. 382.

2839. *Regiomonti, 10. Septembris.*
Marsalcus o. T. magistro generali de proceribus Lithuanis unionem cum Polonia renuntiantibus propriumque magnum ducem postulantibus scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1908. p. 196.

2840. *S. l. 15. Septembris.*
Proceres Lithuani ad magistrum generalem legationem hoc animo mittunt, ut sibi Ordinem contra regem Poloniae concilient.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1909. p. 196.

2841. *S. l. 15. Septembris.*
Magistri generalis ad legationem supra notatam responsio.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1910. p. 196.

2842. *S. l. 23. Septembris.*
Alexander, palatinus Moldaviae, coram oratoribus regiis regno Poloniae homagium praestat promittitque se regi ipsi in terras Russiae venienti, Cameneci vel Sniatyni, idem homagium praestiturum.
Reg. Dogiel I. p. 601. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 137. — **Cf.** Nr. 2846.

2843. *Sereth, 23. Septembris.*
Pensio centum aureorum annuatim ex zuppis Cracoviae vel Russiae Michaëli cancellario Moldaviae solvendorum ab oratoribus nomine Casimiri regis constituta. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 137.

2844. *Thorunii, 25. Septembris.*
Commendator domus Thoruniensis magistrum generalem de secretis Gabrielis Baisen cum Szarleński, capitaneo Bidgostiensi, conventionibus certiorem facit.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 57. p. 80.

2845. *Opatow, 28. Septembris.*
Jan Chebde de Nyewyescha, archidiaconus Gnesnensis, apud Alexium Bank Wratislaviensem se excusat, quod rebus novi electi (Gnesnensis) occupatus, nuptiis duarum filiarum eius interesse non possit.
(Wattenbach, Miscellen in) Schles. Ztschr. IV. p 194. nota 1. **Cf.** ibid. alias litteras eiusdem ad eundem scriptas, res privatas spectantes.

2846. *S. l. 6. Octobris.*
Alexander, palatinus Moldaviae, cum consiliariis suis coram Andrea Odrowąż et aliis proceribus regni Casimiro regi Poloniae homagium praestat promittitque se iuramentum fidei coram ipso rege praestiturum.
Reg. Dogiel I. p. 602. — **Cf.** Nr. 2842.

2847. *Romae, 15. Octobris.*
Nicolaus V. papa Petro de Pnyewy, cantori Posnaniensi, canonicatum et praebendam in ecclesia Gnesnensi confert, quae Johannes electus Gnesnensis tempore suae promotionis obtinebat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 137. p. 94.

2848. *Cracoviae, 17. Octobris.*
Johannes de Capistrano viduam quandam, Agnetem Konischyn eiusque filios, fratres, sorores et amicos ad societatem fraternitatis sororum minorissarum S. Clarae recipit.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśn. II. App. Nr. 48. p. LXXXIV.

2849. *Romae, 29. Octobris.*
Nicolaus V. papa Johanni Woyszik custodiam Cracoviensem confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 137. p. 94.

2850. *Romae, 1. Novembris.*
Idem Stanislao Sdeborn de Swyradzice canonicatum in ecclesia Cracoviensi confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 137. p. 94.

2851. *Thorunii, 10. Novembris.*
Commendator domus Thoruniensis magistrum generalem de Hans Baisen cum Szarleński colloquio habito certiorem facit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 71. p. 96.

2852. *Nova Civitate, 12. Novembris.*
Legati Sociorum Prussicorum Thoruniensibus de suo ad caesarem itinere referunt Cruciferosque, quod rex Poloniae ipsorum partibus faveat, se iactare significant.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 483. — Toeppen, Acten IV. Nr. 72. p. 100.

2853. *Opatow, 16. Novembris.*
Johannes Chebde, archidiaconus Gnesnensis, ab Alexio Bank Wratislaviensi petit, ut equos, quos legati archiepiscopi Gnesnensis, Roma Gnesnam missi, Wratislaviae reliquerint, nuntio suo tradat.
Reg. (Wattenbach, Miscellen in) Schles. Ztschr. IV. p. 196.

2854. *Nova Civitate, 1. Decembris.*
Friderici IV. caesaris in causa Sociorum Prussicorum et ordinis Teutonici sententia, in qua de vetustioribus rebus ab ordine et Polonis gestis mentiones fiunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 86. pp. 136. 137. 138. 140. 161.

2855. *Nova Civitate, 1. Decembris.*
Instrumentum notarii publici super litteris Sociorum Prussicorum sententiam caesaris repudiantibus, ubi testis Clemens de Conczendorff, scutifer regis Poloniae, commemoratur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 84. p. 109.

2856. *Thorunii, 8. Decembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de conventionibus Sociorum Thorunii habitis refert atque de rationibus, quae inter eos atque Polonos intercedant, commemorat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 88. p. 210.

2857. *Thorunii, 14. Decembris.*
Idem eidem Concze Theuthekos non ad caesarem, sed in Poloniam, fortasse ad novum archiepiscopum missum esse significat.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 98. p. 222.

2858. *Nova Civitate, 16. Decembris.*
Aeneas Sylvius Sbigneo cardinali Cracoviensi de re Prussica respondet hortaturque eum, ut pacem serere studeat.
(Zeissberg, Analecten zur Gesch. d. XV. Jdtes in) Oesterr. Gymnasialztschr. ex anno 1871. Nr. 3. p. 107. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 321. p. 407.

2859. *Schönsee, 17. Decembris.*
Advocatus de Lipa magistro generali scribit et inter alia de Kuntz Totecus in Poloniam legatione commemorat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 101. p. 225.

2860. *Sobowitz, 22. Decembris.*
Advocatus de Tczewo magistro generali inter alia de rationibus inter Socios atque Polonos intercedentibus scribit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 108. p. 232.

2861. *Thorunii, 29. Decembris.*
Commendator Thoruniensis magistro generali inter alia Gabrielem Baisen quattuor cum hominibus in Poloniam profectum esse significat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 115. p. 241.

2862. *Tuchel, 31. Decembris.*
Commendator de Tuchel magistro generali scribit deque Sociorum cum Polonis foedere inito commemorat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 116. p. 241.

2863. *Rigae, 31. Decembris (Am Neujahrsabend 1454).*
Magister Livoniae magistro generali regem Poloniae ad conventionem in Uspal non venisse, Lithuanos et Polonos de Luceoria certare significat auxiliumque contra Prussos promittit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1916. p. 21., ad a. 1454. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1913. p. 197.; dato: 1. Januarii 1454. adscripto.

2864. *S. l. et die.*
Premislaus, dux (Oświecimensis et) Tostensis indutias biennales sancit cum rege Casimiro in forma prout alii principes. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 58. et iterum p. 230.

2865. *S. l. a. et die.*
Libellus, in quo ordinis Teutonici delicta inde a pugna Grunwaldensi commissa exponuntur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 23. p. 35. — **Cf.** appendicem ad Nr. 2829.

2866. *S. l. a. et die.*
Anonymus quidam magistro generali de comitiis Polonis Petricoviae habitis refert.
Raczyński, Cod. dipl. Lith. p. 112., ad annum 1410. — De dato vide: Caro, Gesch. Pol. IV. p. 446. notam 1.

2867. *S. l. a et die.*
Gabrielis Baisen, Societatis Prussicae legati, sermo in consilio regis Poloniae habitus, quo terram Prussicam regni Poloniae ditioni obtulit.
Excerpt. Danil. Skarb. II. Nr. 1911. p. 197. Cf. ibid. notam.

2868. *S. l. a. et die.*
Isidori, cardinalis Rutheni, litterae de Constantinopoli a Turcis expugnata.
Raynald, Ann. h. a. NNr. 5. et 6. Tom. IX. p. 613.

2869. *S. l. et die.*
Elisabeth regina Poloniae recognoscit dotem se accepisse inscriptam et assecuratam. *(sic!)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 14.

1454.

2870. *Pragae, 1. Januarii.*
Ladislaus Posthumus Henrico Reuss von Plauen consilium suum legatos in Prussiam mittendi, ut Ordinem et Socios inter se concilient, significat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 60. p. 70.

2871. *Olsae, 4. Januarii.*
Conradus, dux Oleśnicensis se a Wladislao, duce Masoviensi, 1810 sexagenas gross. accepisse testatur.
Cod. Masov. Nr. 198. p. 218.

2872. *Gniew, 8. Januarii.*
Commendator domus de Gniew commendatori de Gniew de consilio militum ex Swieć oppida Stargard et Gniew auxilio Polonorum occupandi, cett., scribit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 123. p. 250.

2873. *Thorunii, 10. Januarii.*
Ordines Thorunienses civitatem Gedanum, petente Boleslao, duce Masoviensi, rogant, ut in causa debiti iudicis Wissogrodensis intercedat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 128. p. 252.

2874. *Marieburgi, 20. Januarii.*
Magister generalis ad Hans von Baisen scribit seque sicarium, qui eum interficeret, misisse negat.
Kries, Memoria Saecularis App. Nr. 7. — Toeppen, Acten IV. Nr. 152. p. 277.

2875. *Tuchel, 22. Januarii.*
Commendator de Tuchel magistro generali de Sociorum studiis aparatibusque bellicis, quae a Polonis adiuventur, scribit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 155. p. 282.

2876. *Thorunii, 22. Januarii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali inter cetera famam de Polonis Socios adiuturis significat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 154. p. 281.

2877. *Rigae, 22. Januarii.*
Magister Livoniae magistro generali inter alia de suis cum Ruthenis et Pscoviensibus rationibus scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1917. p. 21.

2878. *Sandomiriae, 22. Januarii.*
Sbigneus cardinalis Cracoviensis Johanni de Capistrano respondet laudatque eum, quod Paulum de Praga de haeresi suspectum detinuerit, et adventum suum in Cracoviam ei significat.
Wadding, Ann. Minor. Tom. XII. p. 194.

2879. *Thorunii, 28. Januarii.*
Hermannus Witte magistro generali inter cetera de Rotcher von Birken et Gabriele (von Baisen) scribit, qui nuper Thorunium a rege Poloniae in Lublin degente advenerint.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 161. p. 290.

2880. *Rigae, 28. Januarii.*
Magister Livoniae magistro generali significat se omnes suos officiales et milites exhortatum esse, ut contra Socios parati essent.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1918. p. 21.

2881. *Regiomonti, 1. Februarii.*
Consules civitatum Regiomonti et Kneiphof ordinibus Thorunii congregatis, ut Ladislai Posthumi intercessionem accipiant, suadent significantque fore, ut etiam rex Poloniae concordiam ineundam procuret.
Toeppen, Acten IV. Nr. 164. p. 294.

2882. *Cracoviae, 1. Februarii.*
Casimirus rex Poloniae inquisitorem haeresis instituit.
Raczyński, Cod. dipl. Maioris Pol. Nr. 125. p. 172. — **Reg.** Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. p. 511.

2883. *Pragae, 4. Februarii.*
Nuntii quidam, in quibus de Elisabeth, regis Poloniae sponsa, cum legatis a Ladislao Posthumo Tessin versus missa, mentio fit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 64. p. 76.

2884. *Regiomonti, 4. Februarii.*
Advocatus ecclesiae Sambiensis magistro generali nuntios se inter alia de magistri apud capitaneum Cracoviensem intercessione, ut nuntii Prussorum, si venerint, ab eo non recipiantur, accepisse significat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 170. p. 299.

2885. *Graudentii, 4. Februarii.*
Advocatus terrae Culmensis aliique magistrum generalem de ordinum Thorunii congregatorum consilio novum magistrum eligendi certiorem faciunt deque Polonis, ne quid adversi ab eis metuat, eum consolantur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 176. p. 304.

2886. *S. l. 4. Februarii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de rebus Thorunii gestis scribit.
(Voigt, Gesch. d. Eidechsengesellsch. in) Beiträge zur Kunde Preuss. V. p. 289. — Toeppen, Acten IV. Nr. 177. p. 305.

2887. *Thorunii, 4. Februarii.*
Ordines Prussiae magistro generali obsequia renuntiant.
Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 145. (latine). — Schütz, Hist. rer. Pruss. p. 344. (lat.) p. 195. (teut.) — Runaw, Historie des grossen Krieges Lit F. 2. p. 11. (teut.) — Müller, Reichstagstheater I. p. 460. (teut.). — Baczko, Gesch. Preuss. III. p. 429. (teut.). — Toeppen, Acten IV. Nr. 172. p. 300. (teut.). — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 203. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1914. p. 197.

2888. *S. l. a. et die (Thorunii, 7. Februarii).*
Ordines Prussiae Thorunii congregati Gedano civitati de rebus ad Thorunium gestis referunt.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 506. nota 2.

2889. *Marieburgi, 8. Februarii.*
Magister generalis a ducibus Masoviensibus, Wladislao et Boleslao, quam celerrimam opem contra subditos petit eosque de ea re obsecrat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1915. p. 197. **Cf.** ibid. notam.

2890. *Holland, 10. Februarii.*
Commendator Elbingensis commendatori de Człuchow quosdam officiales Ordinis a Sociis captos et Thorunium abductos esse nuntiat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 190.

2891. *Thorunii, 11. Februarii.*
Commendator Thoruniensis magistro generali de Sociorum progressibus, qui Ordinis arcem quandam ceperint, nuntiat.
(Voigt, Gesch. d. Eidechsengesellsch. in) Beiträge zur Kunde Preuss. V. p. 290. — Toeppen, Acten IV. Nr. 193. p. 319.

2892. *Gedani, 11. Februarii.*
Senatus Gedanensis legatis Sociorum Thorunii degentibus castellum antiquum Gedanense iam captum esse, cett., nuntiat litterasque quasdam transmittit, ut legatis Polonis tradantur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 192. p. 318.

2893. *Thorunii, 14. Februarii.*
Ordines Prussiae a senatu Gedanensi petunt, ut exercitus Elbingae subsidio mittendos arment, seque legatis, qui in Poloniam missi sint, absentibus captivos Ordinis liberaturos negant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 200. p. 324.

2894. *Cracoviae, 15. Februarii.*
Legati Societatis Prussicae cum Hans duce Oświecimensi pactionem ineunt, qua illum sibi mercede ad bellum conducunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 207. p. 329.

2895. *S. l. (Gedani), 15. Februarii.*
Ordines Prussiae Christiano regi Daniae, Adolpho duci Slesvicensi et civitatibus Hansae scribunt, quibusque causis ducti ab Ordine defecerint, exponunt.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 218. p. 153. — **Fragm.** Schütz, Hist. (teut.) p. 198. s. l. a. et die.

2896. *S. l. (Gedani), 15. Februarii.*
Gedanenses mercatoribus Traiecti ad Rhenum (Utrecht) scribunt fidemque ab ordinibus Prussiae ordini Teutonico renuntiatam atque castella complura ab eis iam occupata esse significant.
Reg. Hanserecesse Pars II. Tom. IV. Nr. 219. p. 156.

2897. *S. l. (Gedani), 15. Februarii.*
Iidem Lubecae civitati de eodem argumento scribunt.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 220. p. 156.

2898. *Marieburgi, 17. Februarii.*
Magister generalis regem Poloniae obsecrat atque obtestatur, ut pro ordinibus sibi reconciliandis intercedat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 213. p. 335. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1916. p. 198.

2899. *Cracoviae, 17. Februarii.*
Legati Societatis Prussicae Nicolaum de Waldstein aliosque mercede ad bellum conducunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 211. p. 333.

2900. *Gedani, 17. Februarii.*
Senatus Gedanensis legatos ordinum Prussiae inter cetera rogat, ut regem Poloniae ad exercitum hominibus rusticis praesidio mittendum inducant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 209. p. 331.

2901. *Cracoviae, 21. Februarii.*
Legatorum Prussicorum ad Casimirum regem oratio habita, qua rogant, ut in ditionem recipiantur.
Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 141. — Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 198. b., locis quibusdam differentibus. — Müller, Reichstagstheater I. p. 461. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1917. p. 198. — **Cf.** Długossii Hist. h. a. Tom. V. p. 156. — **Cf.** Toeppen, Acten IV. p. 345. notam; Ranke, Zwölf Bücher preuss. Gesch. I. p. 117. et Caro, Gesch. Pol. V. p. 24. n. 1.

2902. *Thorunii, 21. Februarii.*
Ordines Prussiae Thorunii congregati senatum Gedanensem de actionibus cum magistro generali, antequam legati in Poloniam missi redierint, praemonent, cett.
Toeppen, Acten IV. Nr. 221. p. 342.

2903. *Cracoviae, 22. Februarii.*
Casimirus, rex Poloniae, magistro generali pacem renuntiat.
Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 143. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 204. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1918. p. 198. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 223. p. 345.

2904. *Cracoviae, 22. Februarii.*
Legati ordinum Prussiae Johannem Coladsky, ensiferum Inowratislaviensem, mercede ad bellum conducunt.
Reg. Smolka, Archiwa p. 190.

2905. *Thorunii, 23. Februarii.*
Ordines Prussiae Johanni de Baisen aliisque legatis suis Cracoviae degentibus de discordiis domi exortis nuntiant atque ut cito redeant, ab eis petunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 232. p. 352.

2906. *Thorunii, 24. Februarii.*
Ordines Prussiae senatui Gedanensi litteras eius a se ad legatos Cracoviam missas esse significant, de rebus in terra sua gestis, cett., scribunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 233. p. 353.

2907. *Cracoviae, 25. Februarii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de suis Cracoviae actionibus referunt.
Schütz, Histor. rer. Pruss. p. 352. **Cf.** ibid. p. 353. litteras alias legatorum Prussicorum h. t. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 234. p. 353.

2908. *Thorunii, 28. Februarii.*
Ordines Prussiae senatui Gedanensi inter cetera significant se a legatis Cracovia milites mercenarios et 100 equos recepisse.
Toeppen, Acten IV. Nr. 236. p. 356.

2909. *Człuchow, 2. Martii.*
Cord von Dalen et Hans Pechow senatui Gedanensi Friderici Brandenburgensis animum ordinem Teutonicum et subditos eius inter se reconciliandi significant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 225.

2910. *Marieburgi, 3. Martii.*
Magister generalis a Nicolao Kościelecki, palatino Cuiaviensi, petit, ut pro Ordine apud regem Poloniae intercedat eique 4000 fl. Hung. in Brodnica inscribit.
Kries, Memoria Saecularis Lith. G. 1. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. p. 335. nota.

2911. *Cracoviae, 3. Martii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de suis Cracoviae habitis actionibus referunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 237. p. 358. — **Fragm.** (Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 504. 505. et passim.

2912. *Cracoviae, 3. Martii.*
Legati ordinum Prussiae senatui Gedanensi, quid contra mercenarios Teutonicos, praecipue in Pomerania, faciendum sit, suadent.
Toeppen, Acten IV. Nr. 238. p. 360.

2913. *S. l. (Pernau), 3. Martii.*
Civitates Livoniae magistrum Livoniae rogant, ut praeceptum naves Prussicas propter rebellionem contra Ordinem factam retinendi revocet.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 320. p. 240. **Cf.** ibid. NNr. 323—326.

2914. *Cracoviae, 4. Martii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de suis Cracoviae habitis actionibus referunt significantque fore, ut condiciones magistri generalis serius regi proponantur, cum ipsi cum rege negotium confecerint.
Toeppen, Acten IV. Nr. 239. p. 361. — **Fragm.** (Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 504. sq. passim.

2915. *Thorunii, 5. Martii.*
Ordines Prussiae senatui Gedanensi de electoris Brandenburgensis legatione bello intercessura scribunt, ad quam responsum usque ad legatorum suorum ex Polonia reditum, qui exspectetur, differant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 243. p. 364. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 225.

2916. *Człuchów, 6. Martii.*
Curt von Dalen et Hans Peckaw Gedano civitati suadent, ne propter rusticorum minas Polonorum quemquam, sed ut Jordan proconsulem districtui ipsorum praeficiant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 220.

2917. *Cracoviae, 6. Martii.*
Casimiri regis Poloniae litterae, quibus Prussiam et Pomeraniam regno Poloniae incorporat.
Długossii Hist. V. p. 161. — Vol. Leg. I. p. 172. — Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 145. — Müller, Reichstagstheater I. p. 467. — Dumont, Corps Univ. III. 1. p. 197. — Privilegia der Stände Preuss. p. 14. — Baczko, Gesch. Preuss. III. p. 431. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 209. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 86. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 244. p. 366.

2918. *Cracoviae, 6. Martii.*
Casimirus rex Poloniae sublevaturus civitatem Thorunium se oppidum Nieszawa intra tres annos demoliturum esse pollicetur.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 593. p. 897. — Wernicke, Gesch. Thorns I. p. 235. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 245. p. 366.

2919. *Cracoviae, 6. Martii.*
Elisabeth, regina Poloniae, abdicat se certis sub condicionibus omni iure successionis ad ducatum Austriae eique annexas provincias pertinente.
Dogiel I. p. 159. — Chmel, Materialien II. Nr. 57. p. 66. — **Vers.** Pol. Malinowski ed. Wapowski III. p. 186. — **Reg.** Lichnowsky, G. d. H. Habsb. Reg. Nr. 1867. (b) p. CCXI. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 14. anno 1453. adscripto.

2920. *Olsne, 6. Martii.*
Conradus dux Oleśnicensis testatur se a Wladislao duce Masoviensi 190 sexagenas gr. accepisse.
Cod. Masov. Nr. 199. p. 219.

2921. *S. l. 8. Martii.*
Duces exercituum Człuchovienses senatui Gedanensi de motibus in Nova Marchia exortis scribunt, cuius incolae cum Societate Prussica foedus inire velint.
Reg. Smolka, Archiwa p. 226.

2922. *Cracoviae, 9. Martii.*
Casimirus rex Poloniae commutat oppidum Pyzdry et villas eidem annexas cum Sophia regina, matre sua, oppido Nieszawa, in Thoruniensium gratiam diruendo.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 594. p. 898. — Turgeniew, Suppl. Nr. 219. p. 519. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 169.

2923. *Cracoviae, 9. Martii.*
Idem Johannem von Baisen gubernatorem terrarum Prussiae constituit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 250. p. 392. Cf. ibid. notam. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1919. p. 198.

2924. *Gedani, 9. Martii.*
Senatus Gedanensis senatui Thoruniensi de bellicis apparatibus, de militibus mercenariis Polonis, de moneta, cett., scribit.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 248. p. 390.

2925. *Cracoviae, 11. Martii.*
Casimirus rex approbat donationem fratribus Minoribus de Observantia a Johanne de Oleśnica factam, ut Cracoviae coenobium aedificent.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 642.

2926. *Petricoviae, 14. Martii.*
Legati Sociorum Prussicorum in Polonia degentes senatum Gedanensem rogant atque obsecrant, ut sibi pro militibus mercenariis pecunia mittatur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 251. p. 393.

2927. *Lubecae, 14. Martii.*
Lubeca civitas Gedano civitati scribit et inter alia gaudium suum quod Prussi sine sanguine ditioni Ordinis se subtraxerint, exprimit
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 221. p. 157.

2928. *Thorunii, 19. Martii.*
Principes Societatis Prussicae testantur se ab episcopo Culmensi Johanne 5000 fl. mutuo accepisse.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 610. p. 493. — Toeppen, Acten IV. Nr. 252. p. 394.

2929. *Cracoviae, 19. Martii.*
Ordines Oświecimenses regi Poloniae, cui Johannes dux terram Oświecimensem vendiderit, homagium praestant.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 24. p. 601. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 230.

2930. *Petricoviae, 20. Martii.*
Legati Societatis Prussicae in Polonia degentes a senatu Thoruniensi pecuniam petunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 253. p. 394.

2931. *Chojnice, 26. Martii.*
Commendator de Człuchow ab electore Brandenburgensi opem Ordini praestandam petit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 214. p. 158.

2932. *S. l. (Gedani), 30. Martii.*
Gedanenses Lubecae civitati ad litteras sub Nr. 2927. respondent novasque res bellicas nuntiant.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 222. p. 158.

2933. *S. l. (Gedani), 2. Aprilis.*
Senatus Gedanensis senatui Thoruniensi nuntium, quem a mercatoribus Lipsiensibus perceperit, de magistro Germaniae cum exercitu appropinquante, significat.
Reg. Smolka, Archiwa p 226.

2934. *S. l. (Gedani), 2. Aprilis.*
Idem legatis suis cladem suorum ad Kaltenhof acceptam nuntiat, praecipit, ut a rege Poloniae auxilia petant magistrumque Germaniae cum magno exercitu ex Nova Marchia appropinquare significat.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 507. nota 2. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 255. p. 396.

2935. *S. l. (Thorunii), 4. Aprilis.*
Johannes de Baisen, gubernator Prussiae, senatui Gedanensi, quae post cladem Marieburgensem praescripserit, significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 224.

2936. *S. l. 6. Aprilis.*
Consules Gedanenses et Thorunienses tribus quibusdam mercatoribus Cracoviensibus, quorum cautione nixus Sbigneus cardinalis ipsis 2000 fl. mutuo dederit, damna se restituturos pollicentur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 256. p. 396.

2937. *S. l. a. et die (ante 8. Aprilis).*
Gedanenses mercatoribus Teutonicis Londini degentibus scribunt, finem belli nondum terminandum damnaque a se ad Marieburgum accepta significant.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 224. p. 159.

2938. *Graudentii, 12. Aprilis.*
Legati Gedanenses senatui suo de suis in Polonia habitis actionibus deque novis rebus quibusdam referunt.
Reg. Smolka, Archiwa p. 221.

2939. *Graudentii, 12. Aprilis.*
Legati minorum civitatum Prussicarum ad deditionem a Societate Prussica regi Poloniae factam accedunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 260. p. 399. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 86.

2940. *Graudentii, 13. Aprilis.*
Ordines Prussiae senatum Gedanensem rogant, ut 3000 marcarum Szarleński palatino pro militibus mercenariis conducendis celerius transmittat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 261. p. 402.

2941. *Rothschild, 14. Aprilis.*
Christianus rex Daniae Friderico IV. caesari, ad bellum Turcicum suscipiendum et ad opem ordini Teutonico ferendam ipsum hortanti, respondet.
Aeneae Sylvii Opera ed. Basil. p. 658. — Müller, Reichstagstheater I. p. 485. — **Reg.** (Caro, Aus der Kanzlei K. Sigmunds in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LIX. p. 21.

2942. *Thorunii, 15. Aprilis.*
Ordines Prussiae et Pomeraniae deditionem regi Poloniae a legatis suis factam ratam habent.
Długossii Hist. V. p. 168. — Privilegia der Stände Preuss. p. 18. — Vol. Leg. I. p. 179. — Dogiel IV. p. 149. — Dumont, Corps d. Univ. III. 1. p. 199. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 218. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 86. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 262. p. 403.

2943. *S. l. a. et die (circa 15. Aprilis).*
Iusiurandum a Prussis regi Poloniae in manus Andreae episcopi Posnaniensis et Johannis de Koniecpole cancellarii r. P. praestitum.
Schütz, Hist. r. Pruss. (lat.) p. 357. — Müller, Reichstagstheater I. p. 488.

2944. *Thorunii, 15. Aprilis.*
Gubernator et palatini Prussiae Casimiro regi pro episcopis Prussiae fideiubent fore, ut ipsi deditionem iureiurando spondeant.
Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 152. — Woelky, Urkdb. d. B. Culm I. 2. Nr. 612. p. 496. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 225. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 87. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 263. p. 403.

2945. *Thorunii, 15. Aprilis.*
Ordinum Prussiae litterae publicae, quae declarant, quibus causis ducti ipsi ab ordine Teutonico defecerint.
Müller, Reichstagstheater I. p. 489. — **Cf.** appendicem ad Nr. 2829.

2946. *S. l. (Lubecae), 15. Aprilis.*
Lubeca civitas Gedano civitati scribit seque ei 300 milites et capitaneos mercede ad bellum conducere posse negat, legatum tamen Gedanensem in hoc negotio se adiuturam pollicetur.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 230. p. 160.

2947. *S. l. (Thorunii), 18. Aprilis.*
Johannes Baisen, gubernator Prussiae, senatui Gedanensi praecipit, ut duos legatos ad consilium Societatis designent.
Reg. Smolka, Archiwa p. 224.

2948. *Thorunii, 21. Aprilis.*
Idem aliique legati regis Poloniae et ordinum Prussiae pacta, quibus milites mercenarii ad bellum conducantur, sanciunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 264. p. 404.

2949. *Cracoviae, 28. Aprilis.*
Johannes de Capistrano regi Poloniae scribit, de Prussis, qui cum eo foedus inierint, gratulatur suadetque, ne inimicos crucis exaltet neve eisdem in christianos saeviendi licentiam conferat, ut privilegia (Judaeis) concessa revocet.
Wadding, Ann. Minor. Tom. XII. p. 196.

2950. *Nova Civitate, 6. Maii.*
Fridericus caesar Lubecam civitatem hortatur, ut pro pace vel saltem pro indutiis inter Ordinem et Prussos faciendis intercedat, vetatque, ne Prussis opem ferat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 223. nota. — **Reg.** Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 231. p. 160

2951. *S. l. 7. Maii.*
Privilegium Casimiri regis ratione solutionis thelonei per cives Wratislaviam euntes. *(sic).*
Reg. Gołębiowski II. p. 355.

2952. *Wratislaviae, 7. Maii.*
Wratislavienses Sdenkoni de Sternberg et Procopio de Rabstein, ut Ladislao Posthumo homagium praestent, hortantibus, respondent condicionique cuidam pactionis matrimonii inter regem Casimirum et Elisabeth, Alberti II. filiam, initae intercedunt, cuius ratione regi Poloniae obsidum loco dedi possint.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 2. p. 1.

2953. *Łęczyca, 9. Maii.*
Casimirus rex officialibus interdicit, ne civibus Plocensibus in theloneis percipiendis iniurias inferant.
Cod. Masov. Nr. 200. p. 219.

2954. *Thorunii, 15. Maii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de suis actionibus referunt regemque Poloniae 8 miliariia prope Thorunium versari significant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 270. p. 408.

2955. *Cracoviae, 15. Maii.*
Sbignei Oleśnicki cardinalis testamentum.
Dzieduszycki, Zbign. Oleśnicki II. Nr. 50. p. XCIV. — Codex Univers. Crac. II. Nr. 175. p. 156.

2956. *Thorunii, 16. Maii.*
Johannes Baisen, gubernator Prussiae, Gedanensibus exprobrat, quod Szarleński palatino 3000 marcarum tantum miserint, cum 6100 mitti opportuerit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 271. p. 412.

2957. *Romae, 21. Maii.*
Nicolaus V. papa Prussos sub poenis spiritualibus hortatur, ut caesaris praecepto obsequentes in ditionem ordinis Teutonici redeant.
Kotzebue, Preuss. Gesch. IV. p. 327. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 272. p. 412.

2958. *S. l. et die (Thorunii, 24. Maii).*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi regem Poloniae Thorunium venisse nuntiant, de eius actionibus ibidem susceptis et de itinere ulteriori Elbingam proposito scribunt.
Reg. Smolka, Archiwa p. 221.

2959. *Thorunii, 28. Maii.*
Culmenses testantur se Casimiro regi Poloniae homagium praestitisse.
Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 152. — Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 614. p. 497. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 224. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 87. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 274. p. 413.

2960. *S. l. a. et die (Thorunii, 28. Maii?)*
Puncta quaedam condicionesque a maioribus civitatibus Prussiae regi Casimiro propositae.
Toeppen, Acten IV. Nr. 275. p. 414.

2961. *S. l. a. et die (Thorunii, 28. Maii?)*
Puncta quaedam condicionesque a singulis civitatibus Prussiae regi Casimiro propositae.
Toeppen, Acten IV. Nr. 276. p. 415.

2962. *S. l. a. et die (Thorunii, 28. Maii?)*
Puncta quaedam condicionesque ab Elbinga civitate regi Casimiro propositae.
Toeppen, Acten IV. Nr. 277. p. 420.

2963. *Ratisbonae, 28. Maii.*
Cusanus cardinalis Johanni de Capistrano scribit petitque ab eo, ut malis, quae propter Prussorum rebellionem praesidiumque a rege Poloniae eis datum immineant, occurere studeat.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 198.

2964. *Thorunii, 30. Maii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de animo regis Poloniae erga Prussos et de libertatibus ab eo concedendis scribunt, suadent,

ut adventus eius Gedani exspectetur, terramque Culmensem homagium ei praestitisse significant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 278. p. 422. — **Fragm.** SS. r. Pruss. IV. p. 506.

2965. *Lubecae, 8. Junii.*
Marquard Knake Gedano civitati de suis actionibus refert deque caesare regem Poloniae, ne Prussos adiuvet, praemonente commemorat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 278. p. 207. — **Cf.** eiusdem Marquardi litteras ibidem NNr. 269—285. et SS. rer. Pruss. IV. p. 638—642.

2966. *Elbingae, 11. Junii.*
Elbingenses et capitulum Warmiense regi Poloniae se homagium praestitisse testantur.
Dogiel IV. p. 153. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 87. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 280. p. 424.

2967. *Marieburgi, 13. Junii.*
Magister generalis o. T. regi Poloniae, quod pacem ruperit Prussisque praesidium praebeat, exprobrat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 281. p. 425. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1920. p. 199.

2968. *S. l. (Thorunii), 14. Junii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de 10.000 marcarum militibus mercenariis solvendis scribunt.
Reg. Smolka, Archiwa p. 221.

2969. *Wratislaviae, 14. Junii.*
Johannes de Capistrano Ladislao Posthumo se ex Polonia Wratislaviam 29. Maii advenisse significat.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 208.

2970. *Elbingae, 16. Junii.*
Legati Gedanenses a Johanne Baisen, gubernatore Prussiae, petunt, ut apud regem Poloniae pro constitutionibus praepositurae Gedanensis intercedat.
Hirsch, Die Oberpfarrkirche v. S. Marien I. p. 90. nota 3. — **Reg.** Toeppen Acten IV. Nr. 284. p. 430.

2971. *Elbingae, 16. Junii.*
Gedanenses regi Poloniae fidem obsequiumque spondent.
Dogiel IV. p. 154. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 228. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 87. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 283. p. 429.

2972. *Elbingae, 16. Junii.*
Casimirus rex Gedano »der Rechten Stadt« quaedam privilegia confert.
Curicke, Beschreib. d. St. Danzig p. 149. — Toeppen, Acten IV. Nr. 282. p. 426.

2973. *Lubecae, 17. Junii.*
Marquard Knake Gedano civitati inter alia de Cruciferis in variis curiis principum contra Prussos agitantibus, de militibus conducendis, scribit.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 279. p. 208.

2974. *Cracoviae, 18. Junii.*
Johannes Długossius Johanni de Capistrano de equis quibusdam a Johanne cardinali remissis atque de rebus in bello Prussico gestis scribit.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 195.

2975. *Regiomonti, 19. Junii.*
Terra Regiomontana regi Poloniae homagium praestat.
Dogiel IV. p. 155. — **Reg.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 227. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 87. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 285. p. 430.

2976. *Kopenhagen, 21. Junii.*
Henricus Hoenel Gedanensibus inter alia de suis studiis, quae ad milites conducendos conferat, scribit.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 232. p. 160.

2977. *S. l. 22. Junii.*
Lubeca Gedano litteras Friderici IV. caesaris sub Nr. 2950 notatas transmittit officiaque sua offert.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 233. p. 161.

2978. *S. l. 23. Junii.*
Hela oppidum senatum Gedanensem rogat, ut apud gubernatorem intercedat, ne ipsum copias ad Marieburgum obsidendum mittere cogatur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 228.

2979. *Thorunii, 24. Junii.*
Casimirus rex Prussis promittit se, quamvis tempore belli litteris incorporationis postpositis oppida quaedam castraque extraneis dederit, post pacem initam similia facturum non esse.
Dogiel IV. p. 156. — Vol. Leg. I. p. 183. — Privilegia der Stände Preuss. p. 18. — Toeppen, Acten IV. Nr. 287. p. 432. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 230.

2980. *Lubecae, 24. Junii.*
Marquard Knake Gedano civitati de Friderici IV. caesaris contra Prussos litteris Lubecae aliisque civitatibus missis refert.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 280. p. 210.

2981. *Lubecae, 25. Junii.*
Idem Gedano civitati scribit et inter alia suadet, ut regi Poloniae homagium recusent, si postulationes eius, de quibus fama ferat, probatae fuerint.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 281. p. 211.

2982. *Thorunii, 29. Junii.*
Hans Baisen, gubernator Prussiae et consules Thorunienses, rege Poloniae jubente ordinibusque concedentibus, districtum Puck pro 6500 marcis oppignerant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 289. p. 433.

2983. *Calmar, 29. Junii.*
Carolus rex Sueciae Gedano civitati scribit et inter alia nonnullos principes Ordini auxilia parare nuntiat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 289. p. 216.

2984. *S. l. a. et die (in Junio vel Julio).*
Senatus Gedanensis regi Poloniae se 8000 marcarum, quas pro militibus mercenariis ad Chojnice militantibus postulet, solvere non posse significat.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 203. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 290. p. 434.

2985. *S. l. 5. Julii.*
Marquard Knake Gedano civitati inter alia gaudium suum, quod Polonorum ditionis facti sint, exprimit.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 284. p. 214.

2986. *Nova Civitate, 5. Julii.*
Aeneas Sylvius Leonardo (de Benevolentibus) scribit deque Prussorum defectione et homagio regi Poloniae ab eis praestito commemorat.
Epistolae ed. Norimb. Nr. 127.; Basil. Nr. 127., ad a. 1444. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 247. — **Reg.** (Voigt in) Archiv für österr. Gesch. XVI. Nr. 371. p. 410.

2987. *Romae, 8. Julii.*
Nicolaus V. papa Johanni Lutkonis de Brzezye altaris portatilis usum concedit.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 139. p. 95.

2988. *Graudentii, 11. Julii.*
Casimirus rex Gedanensibus se, id quod petierint, ad regem Daniae et Adolphum ducem Slesvicensem scripsisse significat eosque Graudentium ad se invitat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 290. p. 216.

2989. *Graudentii, 13. Julii.*
Recessus ordinum Prussiae, actiones ipsorum cum rege Poloniae de rebus bellicis habitas continens.
Toeppen, Acten IV. Nr. 291. p. 435.

2990. *Graudentii, 20. Julii.*
Hans von Baisen gubernator Prussiae et quattuor palatini Prussiae testantur septem maiores civitates pro privilegio quodam a rege eis concesso ad stipendia militibus persolvenda fidem suam obstrinxisse.
Toeppen, Acten IV. Nr. 292. p. 442. — **Fragm.** Schütz, Hist. r. Pruss. (teut.) p. 205.

2991. *Pragae, 30. Julii.*
Ladislaus Posthumus ducibus Saganensibus interdicit, ne quid hostile contra Polonorum regem suscipiant.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 75. p. 85.

2992. *Leopoli, 31. Julii.*
Proceres Rutheni in curia Leopoliensi cistulam quandam, trinas litteras, Hedvigis, Jagellonis et Wladislai III., terram Russiae universam spectantes, continentem ibidemque asservandam deponunt.
AGZ. V. Nr. 136. p. 176.

2993. *Bütow, 1. Augusti.*
Arnd von Telgeten Gedanenses inter alia rogat, ut civibus de Chojnice et Tuchol interdicant, ne Polonos per districtum suum transire patiantur.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 238. p. 164.

2994. *Thorunii, 1. Augusti.*
Henricus German et Andreas Eler senatui Gedanensi legatos electoris Brandenburgensis ducumque Bavariae et Burgundiae ad regem Poloniae venisse et ad commune bellum contra Turcas suscipiendum invitare nuntiant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 227.

2995. *Kieś, 1. Augusti.*
Magister Livoniae magistro generali regem Daniae ei contra Prussos opem laturum significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1922. p. 22.

2996. *Romae, 1. Augusti.*
Nicolaus V. papa Stanislao Nicolai de Pleschewo, canonico Gnesnensi, »consideratione Casimiri regis Poloniae, cuius dilectus existit,« canonicatum et praebendam quandam confert.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 139. p. 95.

2997. *Cracoviae, 2. Augusti.*
Sbigneus cardinalis a Johanne de Capistrano petit, ut in Poloniam iterum veniat, novam ecclesiam fratribus Ordinis eius nunc aedificari sperarique fore, ut Rutheni convertantur, ei significat.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 210.

2998. *Suidnicii, 13. Augusti.*
Hans Amelung, ad milites conducendos in Silesiam missus, consulibus Gedanensibus auxilia ordini Teut. mittenda in Silesia congregari, cum quibus elector Brandenburgensis se coniuncturus sit nuntiat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 226.

2999. *Cracoviae, 16. Augusti.*
Sbigneus cardinalis Johanni de Capistrano novas res ex Polonia nuntiat, praecipue de bello Prussico atque de bello cum Tartaris

gesto et contra Turcas exspectato accurate scribit petitque ab eo, ut papam ad pacem in Prussia restituendam impellere studeat.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 199.

3000. *Kopenhagen, 22. Augusti.*
Christianus, rex Daniae, Gedano civitati de conventione a Gedano et rege Poloniae proposita se senatoribus suis in consilium adhibitis responsurum significat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 296. p. 220.

3001. *Romae, 1. Septembris.*
Nicolaus V. papa Nicolao Cusano cardinali dat mandatum, ut Prussos et ordinem Teutonicum inter se conciliare possit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 11. Tom. X. p. 11.

3002. *Romae, 1. Septembris.*
Idem regem Poloniae rogat, ut causam suam cum ordine Teut. habitam in utrumque cardinalem a se in Poloniam missum compromittat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1923. p. 22. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1921. p. 199.

3003. *Cerekwica, 15. Septembris.*
Casimirus rex Poloniae nobilibus Polonis statuta confert.
Gołębiowski III. p. 94. — Bandtkie, Jus Pol. p. 265. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 245. — **Cf.** Caro, Gesch. Pol. V. p. 53.

3004. *S. l. 29. Septembris.*
Salvus conductus legatis civitatis Lubecae ad litem inter Ordinem et Prussos componendam datus.
Reg. Smolka, Archiwa p. 190.

3005. *S. l. a. et die (in Septembri?)*
Consules Gedanenses regi Poloniae scribunt seque reliquis militum mercenariorum postulatis satisfacturos negant.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 296. p. 447.

3006. *Pragae, 2. Octobris.*
Actiones quaedam inter Ladislaum Posthumum et Georgium Podiebrad ex una atque Fridericum ducem Saxoniae ex altera parte habitae, in quibus conventio Wratislaviae 6. Decembris habenda et arbitri dux Bavariae, marchio Brandenburgensis atque rex Poloniae constituti sunt.
Lichnowsky, Gesch. d. Haus. Habsb. VI. App. C. Nr. 7. p. CCXXIII.

3007. *S. l. 7. Octobris.*
Balthasar, dux Saganensis, Gorlicensibus mortem fratris sui Rudolphi in victrici contra Polonos pugna (ad Chojnice) oppetitam nuntiat, se ipsum mortem eius ulturum contra Polonos profecturum esse significat opemque ab eis petit.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. X. Nr. 5. p. 77.

3008. *Marieburgi, 9. Octobris.*
Magister generalis o. T. ducibus militum mercenariorum de mercede solvenda cavet.
Reg. Gołębiowski III. p. 106. — **Reg.** Malinowski ed. Wapowski III p. 341. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 87.

3009. *Graudentii, 10. Octobris.*
Wilhelmus Jordan et Einwald Wryge, legati Gedanenses, senatui Gedanensi novas res de marchionis Brandenburgensis et magistri Germaniae bellicis apparatibus nuntiant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 227.

3010. *Francofurti, 13. Octobris.*
Johannes de Capistrano Nicolao papae scribit negatque se, quemadmodum a Johanne Lutko papae relatum sit, regi Poloniae, ut Prussiam occuparet, suasisse, et privilegium ab ipso rege Judaeis concessum ei transmittit.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 197.

3011. *Elbingae, 9. Novembris.*
Johannes Baisen, gubernator Prussiae, senatui Gedanensi legatum caesaris, qui citationem ad ius imperii Prussis adtulerit, transmittit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 225.

3012. *Nieszawa, 11. Novembris.*
Casimiri regis statuta nobilibus terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Lublinensis, Radomiensis et Wiślicensis concessa. (Forma B).
Bobrzyński, O Ustawodawstwie Nieszawskiem p. 36. sq. et Vers. Pol. ibid. p. 106. — **Cf.** Bandtkie, Jus Pol. p. 270—291. et p. 300.

3013. *Nieszawa, 12. Novembris.*
Eiusdem statuta nobilibus Maioris Poloniae concessa. (Forma A.)
Bobrzyński, O Ustawod. Nieszaw. p. 36. sq.

3014. *Nieszawa, 12. Novembris.*
Eiusdem statuta nobilibus Minoris Poloniae concessa.
Bobrzyński, O Ustawod. Nieszaw. p. 36. sq.

3015. *Nieszawa, 16. Novembris.*
Eiusdem statuta nobilibus terrae Siradiensis concessa.
Bobrzyński, O Ustawod. Nieszaw. p. 36. sq.

3016. *Elbingae, 21. Novembris.*
Arndt Finkenberg senatum Gedanensem de pravis incolarum partis orientalis Prussiae animis praemonet.
Reg. Smolka, Archiwa p. 228.

3017. *Nieszawa, 23. Novembris.*
Casimiri regis statuta communia nobilibus totius Poloniae concessa.
Bobrzyński, O Ustawod. Nieszaw. p. 36. sq.

3018. *Francofurti, 25. Novembris.*
Fridericus elector Brandenburgensis Brandenburg civitati pro pecunia ad bellum contra Prussos Polonosque sibi mutuo data privilegium quoddam confert.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 149. p. 440.

3019. *Pataviae, 26. Novembris.*
Johannes de Capistrano archiepiscopo Moguntino scribit regemque Poloniae ipsius (Johannis) consilio Prussiam occupasse negat.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 197.

3020. *Marieburgi, 4. Decembris.*
Magister generalis a magistro Livoniae, victoriae ad Chojnice reportatae diffidens, opem petit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1925. p. 22. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1922. p. 199.

3021. *S. l. 5. Decembris.*
Idem proceribus Lithuanis de rege Poloniae queritur et ut eum coërceant, ab eis petit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1923. p. 199.

3022. *Prope Rheden, 11. Decembris.*
Casimiri regis statuta nobilibus terrae Chełmensis concessa.
Bobrzyński, O Ustawod. Nieszaw. p. 36. sq.

3023. *Thorunii, 15. Decembris.*
Casimirus rex se a Gedano civitate 2000 fl. Hung. accepisse eaque ipsis 2. Februarii restituturum esse testatur.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 299. p. 448.

3024. *In campo iuxta Lasschin, 18. Decembris.*
Proceres Poloni magistro generali ad querelam ipsius, quod Poloni pacem ruperint, respondent.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1924. p. 199.

3025. *Lessen, 26. Decembris (anno 1455).*
Ordines Prussiae Friderico IV. caesari se legatum caesaris, permotos regis Poloniae auctoritate, dimisisse neque cuiusquam, nisi regis Poloniae, iurisdictioni se submissuros esse significant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 300. p. 449.

3026. *Lessin, 30. Decembris.*
Legati Gedanenses senatui suo de rege, qui magno cum exercitu ad Lessin venerit, de militibus mercenariis, de duce Pomeraniae, cett., scribunt.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 365.

3027. *S. l. a. et die (Decembri 1454 vel Januario 1455).*
Magistri generalis legati magistrum ad pactiones cum subditis ipsius, quas Poloniae rex proposuerit, ineundas paratum esse declarant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 301. p. 450.

3028. *S. l. a. et die.*
Index militum et civitatum Societatis Prussicae.
Reg. Smolka, Archiwa p. 194.

3029. *S. l. a. et die.*
Legatorum magistri generalis apud regem Poloniae oratio responsumque regis.
Müller, Reichstagstheatrum I. p. 464.

3030. *S. l. a. et die.*
Legati ordinis Teutonici Wilhelmo duci Saxoniae de legatis ad reges Bohemiae et Poloniae missis scribunt.
Müller, Reichstagstheatrum I. p. 469.

3031. *S. l. a. et die.*
Legationes ordinum Germaniae ad reges Bohemiae et Poloniae in causa ordinis Teutonici missae referuntur.
Müller, Reichstagstheatrum I. p. 470.

3032. *S. l. a. et die.*
Litterae quaedam ex Bohemia »de factis regni Bohemiae« scriptae, in quibus nuntii de Polonorum et Prussorum rationibus inveniuntur.
Fragm. (Birk, Beiträge in) Quellen und Forschungen zur Vaterl. Gesch. Nr. 10. p. 247.

3033. *S. l. (Ratisbonae) a. et die.*
Commentarius actorum comitiorum Ratisbonensium, in quo de Polonorum in bello contra Turcas ope exspectanda atque de auxiliis ordini Teutonico mittendis sermo fit.
(Höffler in) Quellensammlung für fränk. Gesch. Tom. II. p. 24.

3034. *Delmenhorst, s. die.*
Gerd comes de Oldenburg notum facit sibi, petentibus caesare et amicis suis, ordini Teutonico contra subditos eius auxilium ferre placuisse.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 329. p. 248.

3035. *S. l. a. et die.*
Socii Prussici de bellicis apparatibus ordinis Teutonici et Germaniae praemonentur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 200.

3036. *Cracoviae, s. die.*
Proceres Maioris Poloniae testantur Casimirum regem oppidum Pyzdry pro oppido Nieszawa cum Sophia regina matre sua commutasse, qua tamen commutatione ius eiusdem reginae nullo praeiudicio imminui.
Reg. Rykacz. Invent. p. 300. — **Cf.** NNr. 2918. et 2922.

3037. *S. l. a. et die (a. 1454?).*
Casimirus rex Poloniae petente Wenceslao duce Oświecimensi et Zatorensi ipsum ducem in suam et regni »tuitionem et protectionem« recipit.
Vol. Leg. I. p. 184.

3038. *S. l. a. et die (a. 1454?)*
Sbigneus cardinalis a Nicolao V. papa Paulo de Praga, haeretico a se perpetuo carcere multato, veniam petit.
Dzieduszycki, Zbigniew Oleśnicki II. App. Nr. 49. p. XCI. Cf. ibid. p. 413. — Cf. Nr. 2878.

1455.

3039. *S. l. 3. Januarii.*
Ericus dux Stetinensis fidei suae a Casimiro rege arcem Butow cum civitate Lowenburg creditam esse testatur.
Dogiel I. p. 574. — **Reg.** Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 366.

3040. *Marieburgi, 6. Januarii.*
Magister generalis legatis suis agendi de pace cum rege Poloniae dat mandatum.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1925. p. 200.

3041. *Vindobonae, 11. Januarii.*
Johannes de Capistrano fratribus Minoribus de Observantia Cracoviensibus de Petri Hungari cuiusdam, ex Judaeo Christiani, contra regulam delinquentis, causa scribit.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 294.

3042. *S. l. (Rigae), 16. Januarii.*
Riga civitas a Gedano et Regiomonto civitatibus consilium petit, num ordines Livoniae bello inter ordinem Teutonicum, Prussos et Polonos gesto intercedere possint ab eisque si consenserint, legatis ordinum salvum conductum rogat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 315. p. 236.

3043. *S. l. 18. Januarii.*
Privil(egia) 11 fundationis seu erectio: episcopatus et vener. cap(ituli) Chelmensis. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 315.

3044. *S. l. 18. Januarii.*
Privil(egium) confirmationis superiorum privilegiorum. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 315.

3045. *S. l. 22. Januarii.*
Casimirus rex regis Angliae praesidio novos subditos suos, Prussos, commendat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 235.

3046. *Brześć, 26. Januarii.*
Idem Carolo regi Sueciae se Prussiam et Pomeraniam recuperasse nuntiat et novos subditos suos praesidio eius commendat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 235. — **Reg.** Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 331. p. 249.

3047. *Brześć, 26. Januarii.*
Casimirus rex Christiano regi Daniae de iniuriis subditis suis Prussicis illatis conqueritur rogatque eum, ut ipsis mercatoribusque suis praesidium praebeat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 235. — **Reg.** Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 332. p. 249.

3048. *S. l. a. et die (Ante Lessen in Januario).*
Ordinum Prussiae responsum ad doctoris Blumenau accusationes regi Poloniae propositas.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 368. — SS. rer. Pruss. IV. p. 434. — Toeppen, Acten IV. Nr. 302. p. 454.

3049. *S. l. a. et die (Wratislaviae, in Januario).*
Actiones Wratislaviae habitae referuntur, ubi de Friderici Brandenburgensis in Prussiam itinere suscipiendo mentio fit.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. Tom. XLII. Nr. 122. p. 166.

3050. *Elbingae, 4. Februarii.*
Hans Baisen, gubernator Prussiae, pecuniam quandam Petro Gnoiński se debere testatur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 304. p. 457.

3051. *Marieburgi, 6. Februarii.*
Magister generalis militibus mercenariis pro mercede non soluta Marieburgum aliaque castra inscribit.
Müller, Reichstagstheatrum I. p. 586. — **Reg.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 341.

3052. *Berolini, 12. Martii.*
Legati ordinis Teut., ad marchionem Brandenburgensem missi, magistro generali marchionem castra Schywelbein et Drysen ab ordine postulare nuntiant.
Voigt, Erwerb. d. Neumark, App. X. p. 432. — Riedel, Cod. d. Brand. Pars I. Tom. XXIV. Nr. 319. p. 318.

3053. *Berolini, 12. Martii.*
Eidem magistrum Livoniae hortantur, ut omnibus rationibus regem Daniae ad auxilium Ordini ferendum impellat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1926. (1) p. 23.

3054. *Coloniae ad Spream, 14. Martii.*
Fridericus, marchio Brandenburgensis, magistro Livoniae suadet, ut cum rege Daniae conveniat ipsumque ad auxilium Ordini ferendum permovere studeat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1926. (2) p. 23.

3055. *In castris ad Burktardsdorf, 17. Martii.*
Magister generalis Thorunium antiquam hortatur, ut legatos cum Ordine conveniendi causa mittat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 191.

3056. *Nova Civitate, 24. Martii.*
Fridericus caesar tribus diebus a se constitutis frustra praeterlapsis omnes viros Societatis Prussicae, 14 annos excedentes, proscriptos declarat.
Kotzebue, Preuss. Gesch. IV. p. 340. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1927. p. 200. **Cf.** ibidem notam. — **Reg.** Lichnowsky, Gesch. d. H. Habsb. VI. Reg. Nr. 1967. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 308. p. 462.

3057. *Wilnae, 1. Aprilis.*
Casimirus rex statuta de vectigalibus, ab ordinibus Prussiae die 23. Februarii constituta, confirmat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 310. p. 463.

3058. *Marieburgi, 2. Aprilis.*
Laurentius Blumenau Petro de Schaumburg cardinali de novis rebus in Prussia gestis scribit.
(Toeppen in) SS. rer. Pruss. IV. p. 68.

3059. *Marieburgi, 7. Aprilis.*
Magister generalis a magistro Livoniae quam plurima auxilia petit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1927. p. 23. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1926. p. 200.

3060. *Romae, 8. Aprilis.*
Calixtus III. papa Socios Prussicos excommunicat.
Fragm. Kotzebue, Preuss. Gesch. IV. p. 344. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1928. p. 200. **Cf.** ibidem notam.

3061. *Hornek, 14. Aprilis.*
Magister Germaniae o. T. magistro generali a caesare legatum Polonum non receptum petitionemque, ut Ordo in aliam terram transferatur, repudiatam esse significat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1929. p. 200.

3062. *Zeligenfeld, 15. Aprilis.*
Henricus Plauen, commendator Elbingensis, magistro generali de sua in »Niderlandt« expeditione refert.
(Toeppen in) SS. rer. Pruss. III. p. 690. nota 1.

3063. *Regiomonti, 17. Aprilis.*
Magister generalis Regiomonto et Löbenichts civitatibus, quod ad fidem Ordinis redierint, privilegium quoddam confert.
Lucas David, Preuss. Chron. IV. App. Nr. 6. p. 18.

3064. *Romae, 20. Aprilis.*
Calixtus III. papa Jacobo de Dambus de canonicatibus et praebendis in ecclesiis Wladislaviensi et Cracoviensi providet.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 140. p. 96.

3065. *Vor Kneyphoffe zu Königsberg, 24. Aprilis.*
Henricus Plauen, commendator Elbingensis, magistro generali de sua expeditione refert.
(Toeppen in) SS. rer. Pruss. III. p. 690—691. nota 1.

3066. *Rigae, 14. Maii (Abend vor Himmelfahrt).*
Magister Livoniae magistro generali se petitioni ipsius, ut regem Daniae ad auxilium Ordini ferendum permoveat, satisfacturum promittit significatque se timere, ne Sueci, Lithuani et Samogitae Livoniam invadant.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1928. p. 23; die: 4. Maii falso soluto. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1930. p. 201.

3067. *S. l. 15. Maii.*
Johannes Udirsky et Tristram, militum mercenariorum Prussicorum duces, senatui Gedanensi se, nisi mercedem accipiant, loca circumiacentia expilaturos significant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 229.

3068. *Petricoviae, 19. Maii.*
Casimirus rex vias commerciales in regno Poloniae designat.
Raczyński, Cod. Maioris Pol. Nr. 126. p. 174.

3069. *Petricoviae, 20. Maii.*
Casimirus rex iura et privilegia regni Poloniae confirmat.
Reg. (Lewicki, Wstąpienie na Tron in) Rozprawy Akad. Umiej. Tom XX. p. 37.

3070. *S. l. 23. Maii.*
Magister generalis commendatori Elbingensi de pugna ad Güttland commissa refert.
(Toeppen in) SS. rer. Pruss. III. p. 696. nota 3.

3071. *S. l. (Gedani), 23. Maii.*
Senatus Gedanensis regi Poloniae praesidia in Starogrod et Nowe officia renuntiare significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 229.

3072. *Kopenhagen, 1. Junii.*
Christianus rex Daniae apud regem Poloniae et Socios Prussicos in favorem ordinis Teutonici intercedit bellumque eis minitatur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1931. p. 201.

3073. *Marieburgi, 3. Junii.*
Magister generalis magistro Livoniae scribit et inter alia pro auxiliis sibi missis gratias agit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1929. p. 24.

3074. *S. l. (Gedani), 4. Junii.*
Senatus Gedanensis magistro generali eum hortanti, ut ad Ordinis ditionem redeat, respondet seque id facturum negat.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat). p. 381. — Reg. Smolka, Archiwa p. 235.

3075. *S. l. 6. Junii (Piątek po Bożem Ciele).*
Anonymus magistro generali de animo militum Bohemorum mercenariorum Polonis, si mercedem ab Ordine eis debitam persoluturi sint, castra Marienburg, Gniew et Tczewo tradendi, nuntiat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1932. p. 201.

3076. *S. l. (Gedani), 9. Junii.*
Senatus Gedanensis regi Poloniae praesidia in Starogrod et Nowe officia recusare iterum significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 229.

3077. *Marieburgi, 14. Junii.*
Magister generalis cives iunioris oppidi Gedanensis hortatur, ut ad ditionem Ordinis revertantur.
Excerpt. Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 382.

3078. *Gedani, 15. Junii.*
Civitates Prussiae Henrico regi Angliae scribunt et inter alia regem Poloniae subditis Henrici »continuationem approbatarum consuetudinum« concessurum significant.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 355. p. 269.

3079. *Petricoviae, 27. Junii.*
Casimirus rex iura et privilegia regni Poloniae confirmat.
AGZ. V. Nr. 142. p. 183. — **Reg.** (Rasp in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. XLIII. p. 428. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 179. s. die.

3080. *Rigae, 5. Julii.*
Civitates Livoniae, Riga, Dorpat et Reval Lubecae civitati significant se non invito animo bello inter Ordinem et Socios in Prussia gesto intercessuras esse, sed prius Lubecam, ut idem faciat, invitare velle.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 327. p. 245.

3081. *Petricoviae, 9. Julii.*
Casimirus rex Gedano civitati ius vectigalia imponendi tollendique confert.
Toeppen, Acten IV. Nr. 314. p. 468.

3082. *Regiomonti, 14. Julii.*
Magister generalis testatur Kneiphof civitatem in ditionem Ordinis rediisse.
Toeppen, Acten IV. Nr. 315. p. 470.

3083. *S. l. (Gedani), 24. Julii.*
Gedanum Lubecam inter alia rogat, ut mercatores a Regiomonto, quod Ordini se subiecerit, visitando abstineat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 393. p. 284.

3084. *Elbingae, 27. Julii.*
Gubernator Prussiae Gedanensibus mandat, ut canonicos Warmienses captivos ad se Elbingam mittant et 200 praesidiarios milites Brunsbergam expediant.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 384.

3085. *Novi Berolini, 30. Julii.*
Marchio Brandenburgensis Casimiro regi animum suum bello Prussico intercedendi significat.
Reg. SS. rer. Pruss. IV. p. 518. nota.

3086. *Neuenburg, 1. Augusti.*
Legati Gedanenses, Hermannus Stargard et Ehwalt Wryge, senatui Gedanensi de suis actionibus, praecipue cum episcopo Cuiaviensi habitis, ut mercenariis militibus merces persolvatur, referunt.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 223. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 317. p. 475. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 229.; loco Graudentio notato.

3087. *S. l. (Gedani), 10. Augusti.*
Gedanenses apud regem Poloniae, quod propter vias infestas legatos ad comitia Petricoviensia mittere non possint, se excusant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 229.

3088. *Brestiae, 10. Augusti.*
Casimirus rex cum Nicolao de Sciborzyce, palatino Brestensi, de tenendo castro Tuchola paciscitur.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 597. p. 903. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 88.

3089. *S. l. a. et die (circa 15. Augusti).*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de suis cum rege Poloniae actionibus, ut militibus merces persolvatur, habitis ad irritum redactis referunt.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 224. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 319. p. 476.

3090. *Thorunii, post 15. Augusti.*
Johannes episcopus Wladislaviensis et proceres Prussiae cum militibus mercenariis »de solvendis ipsorum stipendiis et damnis, quae sustinuerunt servientes magistro et Ordini, denique de castrorum resignatione per eosdem stipendiarios« concordiam ineunt.
Reg. Rykacz. Invent. p. 88.

3091. *Rigae, 16. Augusti.*
Civitates Livoniae Lubecae scribunt et inter alia eam hortantur, ut bellum Prussicum componere studeat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 370. p. 276.

3092. *Regiomonti, 22. Augusti.*
Magister generalis civibus de Allenstein pro fide erga Ordinem Polonis postpositis praestita privilegium quoddam confert.
Monum. Warmiensia III. p. 141.

3093. *Płock, 27. Augusti.*
Wladislaus dux Masoviensis Kinspark capitaneo Novae Civitatis (Brandenburgensis) scribit atque legatum suum secretum, Johannem secretarium, auctoritate exornat.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 486.

3094. *S. l. a. et die (post 27. Augusti).*
Kinspark capitaneus Novae Civitatis Brandenburgensis magistro generali legationem secretam Wladislai ducis Masoviensis, per Johannem secretarium sibi propositam, transmittit, qua rationes

inter eundem ducem atque marchionem Brandenburgensem magistrumque generalem contra Poloniam initae probantur.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 484.

3095. *Thorunii, 30. Augusti.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de suis cum rege Poloniae super militibus mercenariis actionibus Gniewkoviae habitis referunt.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 225. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 320. p. 476.

3096. *S. l. (Reval), 1. Septembris.*
Reval civitas Gedano inter alia a magistro Livoniae omnes merces ex Prussia oriundas pro hostilibus duci denuntiat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 377. p. 278. **Cf.** ibid. Nr. 378.

3097. *S. l. (Posnaniae), 1. Septembris.*
Capituli Posnaniensis consultum de ornamentis ecclesiae pro re publica tradendis.
Reg. Smolka, Archiwa p. 52.

3098. *S. l. (Gedani), 4. Septembris.*
Senatus Gedanensis legatis suis, ad ordinum consilium missis, praecipit, studeant regem Poloniae ab actionibus cum marchione Brandenburgensi de pace habendis abducere efficereque, ut cum exercitu in Prussiam veniat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 233.

3099. *Thorunii, 14. Septembris.*
Casimirus rex et proceres Poloniae pro vasis ecclesiasticis ad bellum Prussicum sumptis et in quattuor annorum spatio reddendis cavent.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 109. **Cf.** litteras ibidem in nota 146. excerptas, falso dato instructas.

3100. *S. l. a. et die (14. Septembris).*
Casimiri regis et Friderici marchionis Brandenburgensis actiones de bello Prussico componendo habitae, in quibus alia conventio in Gniew vel Neuenburg 21. Septembris habenda decreta est.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 227. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 321. p. 476.

3101. *Thorunii, 14. Septembris.*
Casimirus rex magistro generali ad conventionem in Gniew habendam dat salvum conductum.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1933. p. 201.

3102. *Regiomonti, 14. Septembris.*
Advocatus de Kandau magistro generali se cum auxiliis Regiomontum advenisse, sed propter victus inopiam circa diem Michaëlis in Livoniam reverti cogi significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1931. (a) p. 24.

3103. *Gniew, 19. Septembris.*
Magister generalis o. T. Friderico marchioni Brandenburgensi Novam Marchiam vendit.
Gercken, Cod. d. Brand. V. p. 262. — Riedel, Cod. d. Brand. Pars II. Tom. IV. Nr. 1758. p. 495. **Cf.** ibid. Nr. 1759. et Pars II. Tom. V. NNr. 1779. et 1780.

3104. *Łaszyn, 19. Septembris.*
Rüdiger, ordinis Teut. servitor, magistro generali de responso regis Poloniae Sociis Prussicis dato, quo se eos derelicturum esse neget, refert.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1935. p. 201.

3105. *S. l. 21. Septembris.*
Magister generalis legatis Polonis ad conventionem in Gniew habendam dat salvum conductum.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1934. p. 201.

3106. *Inter Neuenburg et Gniew, 21—26. Septembris.*
Actiones inter Polonos et partes ordinis Teutonici, marchione Brandenburgensi intercedente, habitae.
Toeppen, Acten IV. Nr. 322. p. 477.

3107. *Romae, 24. Septembris.*
Calixtus III. papa iudicibus quibusdam praecipit, ut contra Prussos ordini Teutonico rebelles excommunicationis et interdicti sententias promulgent.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 142. p. 98. — **Reg.** Kotzebue, Preuss. Gesch. IV. p. 344. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 323. p. 479.

3108. *Romae, 25. Septembris.*
Idem Jacobo de Dambus, decano Gnesnensi, canonicatum et praebendam eccl. Gnesnensis, quos Thomas electus Cracoviensis obtinebat, confert.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 143. p. 101.

3109. *Romae, 25. Septembris.*
Idem Nicolao Spyczmer, cantori Cracoviensi, canonicatum et praebendam eccl. Cracoviensis, quos Thomas electus Cracoviensis obtinebat, confert.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 144. p. 103.

3110. *Romae, 27. Septembris.*
Idem Johanni cardinali S. Angeli, in Germania legato, legationis munus ad regnum Poloniae extendit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 26. Tom. X. p. 34. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 145. p. 103.

3111. *Marieburgi, 1. Octobris.*
Fridericus marchio Brandenburgensis cum magistro generali foedus contra Prussos init.
Gercken, Cod. d. Brand. V. p. 271. — Kotzebue, Preuss. Gesch. IV. p. 337. — Riedel, Cod. d. Brand., Pars II. Tom. IV. Nr. 1761. p. 499.

3112. *Chocim, 6. Octobris.*
Alexander palatinus Moldaviae cum consiliariis suis coram Andrea Odrowąż et aliis proceribus Casimiro regi fidem spondet promittitque eandem coram ipso rege praestiturum; spondet item auxilia contra omnes hostes, matri suae Mariae, amitae regis, de Sieroczko et Targowisko confirmat litteras.
Reg. Rykacz. Invent. p. 138.

3113. *Marieburgi, 13. Octobris.*
Magister generalis capitaneo Sueciae Olaf Axelson bellum secunde gestum denuntiat rogatque eum, prohibeat, ne hostibus ipsius a Suecis commeatus suppeditetur.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1931. (b) p. 24.

3114. *Gniew, 18. Octobris.*
Fridericus marchio Brandenburgensis magistro generali de Drezdenko castro a se occupato scribit.
Voigt, Erwerb. d. Neumark, App. Nr. 12. p. 435. — Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 320. p. 318.

3115. *Marieburgi, 27. Octobris.*
Magister generalis a praelatis Livoniae pro mercede militibus solvenda subsidia pecuniae petit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1932. p. 24. **Cf.** ibidem Nr. 1933.

3116. *Marieburgi, 28. Octobris.*
Idem testatur se a magistro Livoniae 14.000 marcarum Rig. accepisse.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1934. p. 25.

3117. *S. l. 28. Octobris.*
Gedanenses cum militibus mercenariis Stargardensibus de Stargard oppido regi tradendo conveniunt.
Reg. Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 391.

3118. *Cracoviae, post 28. Octobris.*
Transsumptum in forma publici instrumenti sub sigillo cantoris Cracoviensis duarum litterarum ordinis Teut., quibus continetur pactum cum militibus stipendiariis eorum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 88.

3119. *S. l. 29. Octobris.*
Henricus de Plauen commendator concordiam cum comite Martfortensi Czerwonka et aliis militibus per magistrum initam approbat.
Reg. Malinowski ed. Wap. III. p. 341. — **Reg.** Rykacz Invent. p. 88.

3120. *Circa Chojnice, 31. Octobris.*
Casimirus rex incolas Maioris Poloniae, Siradiae, Lanciciae et Cuiaviae pro »subsidio fertonum« sibi soluto, eo ipso aliisque oneribus in sex annorum spatium liberat.
Vol. Leg. I. p. 186. — **Cf.** tamen Caro, Gesch. Pol. V. 1. p. 66. notam 2.

3121. *S. l. et die (in Octobri).*
Gedanum civitates maritimas rogat, ut mercatores a portibus suorum hostium visitandis abstineant
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 394. p. 284.

3122. *S. l. a. et die (in Octobri vel Novembri).*
Gedanum regi Poloniae de iniuriis a capitaneo Gothlandiae Sociis et hominibus regis Poloniae illatis et rependendis refert.
Fragm. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. p. 284. nota 2.

3123. *Romae, 8. Novembris.*
Calixtus III. papa Derslao de Carnicze canonicatum et praebendam ecclesiae Rinzoloviensis, quos Thomas de Stampino electus Cracoviensis obtinebat, collatos, petente imperatore, confirmat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 146. p. 103.

3124. *Coloniae ad Spream, 10. Novembris.*
Fridericus, marchio Brandenburgensis, Casimiro regi significat sibi, postquam de conventione ad irritum redacta reversus sit, a papa negotium regem et Ordinem conciliandi commissum esse, bullas eam rem spectantes transmittit officiaque sua iterum offert.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 483.

3125. *Coloniae ad Spream, 10. Novembris.*
Idem Lutkoni de Brzezie vicecancellario Poloniae de eodem argumento scribit trinosque consiliarios Poloniae et Ordinis Francofurtum ad Odram mittendos proponit.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 483.

3126. *Coloniae ad Spream, 11. Novembris.*
Idem magistro generali de eodem argumento scribit officiaque sua offert.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 482.

3127. *S. l. a. et die (14. Novembris).*
Eiusdem consilium de Nova Marchia posteris datum, ubi de Polonorum in eodem negotio ratione mentio fit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars II. Tom. V. Nr. 1780. p. 17.

3128. *Thorunii, 18. Novembris.*
Proceres Poloni Gedanensibus, quorum pars ad ditionem Ordinis reverti velle dicatur, hac de causa scribunt.
Schütz, Hist. r. Pruss. (lat.) p. 392. **Cf.** ib. litteras legatorum Gedanensium.

3129. *Thorunii, 18. Novembris.*
Casimirus rex pollicetur exactionem duorum grossorum ex oppidis Bydgoszcz, Gniewkow et aliis a Nicolao de Sciborzyce palatino Brestensi possessis provenientem, per eundemque in usum publicum donatam, iuri eiusdem nullum damnum posteriori tempore allaturam esse.
Rzyszcz. et Muczk. II. 2. Nr. 598. p. 906.

3130. *Regiomonti, 23. Novembris.*
Advocatus de Kandau magistrum generalem rogat, ut commendatori Bremensi, qui Ordini auxilia adduxerit, veniam det domum abeundi.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1935. p. 25.

3131. *Regiomonti, 6. Decembris.*
Balthasar dux Saganensis magistro generali de Kłajpeda civitate a Samogitis combusta, de arce Memel a Livonis occupata, de magistro Livoniae in Prussiam proficiscente, cett., scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1936. p. 25. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1936. p. 202. **Cf.** ibidem notam.

3132. *Romae, 6. Decembris.*
Calixti III. papae ad Johannem de Capistrano litterae, ex quibus facultates monasteria fratrum Minorum de Observantia erigendi, a Nicolao V. papa concessas a Calixto ad regna Hungariae et Poloniae extensas esse liquet.
Wadding, Ann. Minor. XII. p. 251.

3133. *Regiomonti, 8. Decembris.*
Commendator Elbingensis magistro generali de nuntiis Balthasar ducis in Livoniam missis, de auxilio a magistro Livoniae exspectando, de Memel castro recuperato, cett., scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1937. p. 25.

3134. *Thorunii, 12. Decembris.*
Casimirus rex Gedanensibus pro expensis ab eis factis privilegium quoddam confert.
Dogiel IV. p. 157. — Toeppen, Acten IV. Nr. 324. p. 479.

3135. *Thorunii, 13. Decembris.*
Procurator ordinis Teut. magistro generali de rebus Polonis, de controversiis inter regem et senatores intercedentibus, de militibus mercenariis Prussicis, cett., refert.
Excerpt. Kotzebue, Preuss. Gesch. IV. p. 347. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 283. — **Vers. Pol.** Danił. Skarb. II. Nr. 1937. p. 202.

3136. *Brestiae, post 13. Decembris.*
Casimirus rex castrum Człuchow Nicolao de Styborzyn (!) et Vlodkoni de Danaborz committit, ut centum equites et ducentos pedites in eo teneant, simulque de stipendio paciscitur. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent p. 88.

3137. *Brestiae, 18. Decembris.*
Idem ordinibus Prussiae concedit, ut in proxima Gedanensi conventione vectigalia imponere possint.
Preuss. Sammlung III. p. 448. -- Toeppen, Acten IV. Nr. 325. p. 481.

3138. *S. l. (Lobaviae), 27. Decembris.*
Senatus Lobaviensis senatui Thoruniensi de rapinis militum Bohemorum et Polonorum conqueritur.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 326. p. 482.

3139. *Regiomonti, 27. Decembris a. 1456 ?.*
Henricus Reuss de Plauen, gubernator o. T., Gedanensibus scribit calumniasque quasdam refutat.
Schütz, Hist. rerum Pruss. lat. p. 396. Cf. ibid. litteras Kniprovianorum dd. 26. Decembris 1456.

3140. *S. l. et die.*
Fridericus marchio Brandenburgensis proceribus Poloniae ?) scribit nuntiatque se caesare petente atque obsecrante regem Poloniae adiisse, ut bello Prussico intercedere possit, opemque in hac re ab eis petit.
Voigt, Erwerb. d. Neumark App. Nr. 11. p. 433. — Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 321. p. 319.

3141. *S. l. a. et die.*
Commentarius de iis, quae Nicolaus Helwig, coniurationis ad Thorunium Ordini tradendum factae princeps, retulerit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 198.

3142. *S. l. et die.*
Casimirus rex Johanni de Kościelec 7350 flor. assecurat in curia Jasieniec in terra Pomeraniae sita.
Reg. Rykacz. Invent. p. 88.

3143. *S. l. et die.*
Idem 2000 ducatorum inscribit in Tuchol Nicolao de Styborzyn.
Reg. Rykacz. Invent. p. 88.

3144. *Cracoviae, s. die.*
Idem cum Casimiro duce Oświecimensi de ducatu eodem transigit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 231.

3145. *Petricoviae, s. die.*
Idem profitetur Janussio duci Oświecimensi 200 marcas gross. Prag. nomine debiti se inscripsisse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 230.

3146. *S. l. et die.*
Calixtus III. papa Casimiro regi concedit, ut confessarium sibi ipse eligere possit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 4.

3147. *S. l. et die.*
Idem eidem altaris portatilis usum et ut sacra antelucano tempore coram illo fieri possint, facultatem concedit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 4.

3148. *S. l. et die.*
Imperator Turcarum regi Poloniae significat se pacem fecisse cum Petro palatino Walachiae et mandasse suis subditis, ne negotiationem mari et terra impediant.
Reg. Rykacz. Invent. p. 143.

3149. *S. l. a. et die.*
Henrici Sbignei de Gora tractatulus contra Cruciferos conscriptus.
(Bielowski) MM. Pol. IV. p. 143.

1456.

3150. *Osterode, 4. Januarii.*
Commendator de Osterode magistro generali episcopum Culmensem cum Polonis Lobavia discessisse significat, Lobavienses autem usque ad Carnisprivium Ordini se dedere nolle.
Fragm. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 615. p. 499.

3151. *Lobaviae, 5. Januarii.*
Senatus Lobaviensis apud magistrum generalem se excusat, quod episcopo suo absente ad Ordinis ditionem reverti non possit.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 616. p. 499.

3152. *Petricoviae, 6. Januarii.*
Casimirus rex ordinibus Prussiae vectigalia teloneaque imponendi concedit facultatem.
Toeppen, Acten IV. Nr. 327. p. 482. **Cf.** ibid. Nr. 328.

3153. *Petricoviae, 8. Januarii.*
Idem Lubecam civitatem praemonet, ne sententiam caesaris in Prussos latam respiciant.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 409. p. 291.

3154. *S. l. (Gedani), 8. Januarii.*
Gedanum Lubecae scribit et inter alia se sententiam caesaris, a Lubeca sibi transmissam, cum rege Poloniae communicasse significat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 410. p. 292.

3155. *Gedani, 11. Januarii.*
Gedanenses Henrico Reuss de Plauen, gubernatori o. T., ad litteras sub Nr. 3139. notatas respondent.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 397.

3156. *S. l. (Gedani), 11. Januarii.*
Senatus Gedanensis legatis suis mandat, ut regem Poloniae, ne cum magistro generali de pace conveniat, praemoneant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 232.

3157. *Petricoviae, 14. Januarii.*
Casimirus rex Lubecam civitatem hortatur, ut sententia caesaris postposita cum civitatibus Prussiae negotietur, deque Livoniae civitatibus eam praemonet, contra quas vere proximo naves suas missurus sit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 237. nota.

3158. *Soczawa, 15. Januarii.*
Petrus palatinus Moldaviae mercatoribus Polonis liberam mercaturam in terris suis concedit.
AGZ. VII. Nr. 6. p. 226

3159. *Marieburgi, 25. Januarii.*
Magistri generalis syngrapha militibus mercenariis Austriae et Moraviae data.
Chmel, Materialien II. Nr. 85. p. 103.

3160. *Laszyn, 28. Januarii.*
Rüdiger, magistri generalis servitor, eidem magistro pactionem inter regem Poloniae et milites mercenarios Ordinis de castris regi tradendis initam denuntiat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1938. p. 204.

3161. *S. l. 28. Januarii.*
Johannes, episcopus Wladislaviensis, parochiam Gedani instituit.
Preuss. Sammlung II. p. 91. — Reg. Gołębiowski III. p. 317.

3162. *Osterode, 30. Januarii.*
Commendator Osterodensis magistro generali Lobavienses episcopo, domino suo, nesciente se Ordinis ditioni tradere nolle nuntiat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 617. p. 501.

3163. *S. l. 2. Februarii.*
Nicolaus de Sciborzyce, palatinus Brestensis, cum Wladislao de Danaborz de castro Człuchow possidendo paciscitur.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 600. p. 908.

3164. *Gedani, 2. Februarii.*
Legati ordinum Prussiae civitatibus quibusdam Hansae de Regiomonto civitate, quae ad Ordinis ditionem redierit, scribunt rogantque eas, ut mercatores a portu Regiomonti visitando abducant.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 418. p. 296.

3165. *Coloniae ad Spream, 8. Februarii.*
Fridericus, marchio Brandenburgensis, magistro generali de studiis suis, ut pecuniae a magistro desideratae colligantur, refert.
Voigt, Erwerb. d. Neumark, App. XIII. p. 437. — Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 322. p. 320.

3166. *S. l. (Gedani) 11. Februarii.*
Gedanum civitas Lubecam rogat, ut mercatores a Regiomonto civitate visitanda abstineat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 419. p. 296.

3167. *Walck, 19. Februarii (Donnerstag vor Cathedra Petri).*
Bartholomaeus episcopus, capitulum et milites, Dorpatenses, magistro generali officia sua ad pacem cum Prussis componendam offerunt.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1943. p. 27. — Reg. Smolka, Archiwa p. 233.; die: 18. Februarii adscripto.

3168. *Walck, 19. Februarii.*
Ludolphus, episcopus Osiliensis, Thorunio civitati officia sua ad pacem cum Ordine componendam offert.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1944. p. 27. — Reg. Smolka, Archiwa p. 233.

3169. *Walck, 19. Februarii.*
Senatus Dorpatensis Thorunio officia sua ad pacem cum Ordine componendam offert.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1945. p. 27.

3170. *Walck, 19. Februarii.*
Silvester archiepiscopus terrae Culmensi idem offert.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1946. p. 27.

3171. *Walck, 20. Februarii.*
Senatus Revalensis Thorunio idem offert.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1947. p. 28.

3172. *Walck, 20. Februarii.*
Senatus Rigensis Societati Prussicae idem offert.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1948. p. 28.

3173. *Walck, 20. Februarii.*
Senatus Revalensis magistro generali idem offert.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1949. p. 28.

3174. *Wolmar, 23. Februarii.*
Magister Livoniae duci Saganensi se Regiomontum venturum vel legatos ad eum missurum significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1955. (2) p. 29.

3175. *Westminster, 1. Martii.*
Henricus rex Angliae officialibus suis indutias octo annorum cum Lubeca et cum Prussiae civitatibus a se initas denuntiat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 450. p. 318.

3176. *S. l. 1. Martii.*
Causa iudiciaria de castro Allenstein intercepto conscripta, in cuius appendice rationes civium dicti castri cum Polonis intercedentes commemorantur.
MM. Warmiensia III. p. 172. 184. 185. 187. et passim.

3177. *Cracoviae, 2. Martii.*
Casimirus rex universitatis Cracoviensis iura, libertates atque privilegia confirmat.
Cod. Univ. Cracov. II. Nr. 177. p. 161.

3178. *Regiomonti, 8. Martii.*
Balthasar, dux Saganensis, magistro generali litteras quasdam magistri Livoniae transmittit, ut Regiomontum veniat, eum rogat nuntiatque ei, quae de pecunia militibus solvenda ab eodem magistro promissum sit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1955. (1) p. 29. De auxilio argentario vide ibidem hoc anno passim.

3179. *Rigae, 16. Martii.*
Magister Livoniae (apud magistrum generalem?) se excusat, quod in Prussiam venire non possit, legatos tamen se eo missurum pollicetur, qui cum hospitibus atque cum mercenariis de Marieburgo relinquendo agant.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1956. p. 30.

3180. *Marieburgi, 23. Martii (fer. 3. post Palmarum).*
Magister generalis collegio sutorum Gedanensium scribit hortaturque eos, ut ad Ordinis ditionem redeant.
Excerpt. Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 400.; die: 16. Martii soluto.

3181. *Regiomonti, 27. Martii.*
Commendator Elbingensis magistro generali cladem Samogitarum dominica Palmarum, i. e. 21. Martii, acceptam nuntiat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1957. p. 30. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1939. p. 204.

3182. *S. l. (Gedani), 31. Martii.*
Senatus Gedanensis apud ducem Burgundiae civitatesque quasdam seditionem contra Ordinem factam excusat rogatque eos, ne caesaris sententiam contra Prussos latam persequantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 237. nota.

3183. *Kneiphof Regiomonti, 3. Aprilis.*
Balthasar, dux Saganensis, magistro generali legatorum Livonorum, qui cum mercenariis acturi sint, adventum nuntiat rogatque eum, ut Regiomontum veniat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1958. p. 30. Cf. ibid. Nr. 1959.

3184. *Marieburgi, 8. Aprilis.*
Capitanei Societatis Prussicae, Adolphus zu Gleichen et Ulderich Serwencka, duobus legatis Livonis et consiliariis ducis Saganensis dant salvum conductum, ut Regiomonto Marieburgum venire et redire possint.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1960. p. 31.

3185. *Riesenburg, 15. Aprilis.*
Episcopus Pomesaniae magistro generali de novis rebus in Polonia gestis, praesertim de animis propter promissa stipendiaque a rege non soluta maxime excitatis scribit.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 487. s. l. a. et die. — Excerpt. Danil. Skarb. II. Nr. 1940. p. 204.; l. a. et die, ut supra, notato.

3186. *S. l. (Reval), 18. Aprilis.*
Reval civitas Gedano scribit et inter alia de mercibus Gedanensibus a civitatibus Livoniae magistro iubente detentis se excusat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 427. p. 301.

3187. *Marieburgi, 28. Aprilis.*
Magister generalis duci Saganensi de legatorum Livonorum cum mercenariis actionibus habitis, quomodo evenerint, scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1963. p. 31.

3188. *Elbingae, 3. Maii.*
Gubernator Prussiae senatui Thoruniensi de militibus mercenariis Ordinis, qui, ut fama ferat, cum Ordine de Marieburgo tradendo convenerint, scribit seque expeditioni a rege in Prussiam faciendae operam dare significat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 330. p. 495.

3189. *Preussisch Mark, 11. Maii.*
Henricus Reuss von Plauen magistro generali respondet quaerenti, num rex Poloniae eis condicionibus, quae inter eum et inter Ordinis servitores convenerint, staturus sit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1966. p. 32.

3190. *S. l. (Posnaniae), 19. Maii.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae, summopere egenti, decem marcas donat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 52.

3191. *Thorunii, 23. Maii.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo ipsorum cum Ordinis Teutonici mercenariorum capitaneis atque cum Polonis proceribus de mercede solvenda actiones habitae proponuntur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 331. p. 497.

3192. *Riesenburg, 25. Maii.*
Episcopus Pomesaniae magistro generali Ulricum Czerwenka cum pluribus mercenariorum ducibus, ut rem de mercede sibi solvenda cum rege Poloniae conficiant, Thorunium se contulisse significat
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1941. p. 204.

3193. *Rigae, 31. Maii.*
Magister Livoniae Lubecam civitatem rogat, ut bello inter Ordinem et subditos ipsius gerendo intercedat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 456. p. 320.

3194. *Rigae, 2. Junii.*
Idem legatis suis scribit deque pecunia pro militibus mercenariis nondum missa se excusat atque do rege Sueciae praemonet.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1970. (2) p. 33.

3195. *Soczaviae, 5. Junii.*
Petrus, palatinus Moldaviae, cum proceribus suis consentit super redimendam pacem a Turcis tributo duorum millium ducatorum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 139.

3196. *Wilnae, 6. Junii s. a. (Jnd. IV).*
Legatio Casimiri regis, magno duci Riasanensi Johanni Teodorowicz per Wassilium Chrebtowicz missa, qua iniurias in finibus regni sui commissas ei exprobrat atque bellum minitatur.
Muchanow, Sbornik Nr. 15. p. 15. — Akty Zapadn. Rossyi I. Nr. 58. p. 71.

3197. *S. l. (Gedani), 7. Junii.*
Consules Gedanenses regem Poloniae praemonent, ne in pactionibus cum militibus Thorunii ineundis nimia onera civitati imponantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 234.

3198. *Marieburgi, 11. Junii.*
Magister generalis legatos Livonienses commendatoremque Elbingensem rogat atque obsecrat, ut quam celerrime in Preussisch

Mark oppidum veniant prohibeantque, ne castra quaedam civitatesque a mercenariis regi Poloniae tradantur.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1968. p. 33.

3199. *Regiomonti, 13. Junii.*
Henricus Reuss von Plauen Lubecam civitatem rogat, ut bello inter Ordinem et Prussos gerendo intercedat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 457. p. 320.

3200. *Regiomonti, 14. Junii.*
Legati Livonienses magistro generali ad litteras sub Nr. 3197. notatas respondent seque in Preussisch Mark oppidum venturos esse negant.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1970. (1) p. 33.

3201. *S. l. (Gedani), 22. Junii.*
Senatus Gedanensis regi Poloniae conqueritur, quod indutiae cum Ordine ab episcopo Wladislaviensi rege iubente prorogatae sint.
Reg. Smolka, Archiwa p. 234.

3202. *Lubecae, 24. Junii.*
Recessus civitatum Hansae, quo de magistri Livoniae rogatione, ut bello Prussico intercedant, agitur.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 458. p. 326.

3203. *Soczawa, 28. Junii.*
Stephanus palatinus Moldaviae ad instantiam regis dat salvum conductum Michaëli Logopheto et fratribus eius Duma et Theodoro. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 138.

3204. *Soczawa, 29. Junii.*
Petrus palatinus Moldaviae mercatoribus Polonis privilegium concessum accuratius describit.
AGZ. VII. p. 228.

3205. *Soczawa, 29. Junii.*
Idem regi Poloniae homagium praestat auxiliumque promittit.
Reg. Dogiel I. p. 602. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 138.; die: 26. Junii adscripto.

3206. *Thorunii, 1. Julii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo ipsi Polonis consentientibus inter alia de pecunia (436.052 fl.) mercenariis Ordinis persolvenda conveniunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 333. p. 502.

3207. *Romae, 1. Julii.*
Calixtus III. papa iudicibus quibusdam praecipit, ut Prussos contra Ordinem rebellantes ab excommunicatione absolvant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 149. p. 108.

3208. *Romae, 1. Julii.*
Idem magistro generali o. T. certas pecunias ex rebellibus Prussis absolutis receptas concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 150. p. 110.

3209. *Romae, 1. Julii.*
Calixtus III. papa ordinat, ne cui ecclesiae et beneficia ad collationem ordinis Teutonici pertinentia sine magistri consensu conferantur.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 151. p. 110.

3210. *Rigae, 6. Julii.*
Magister Livoniae apud magistrum generalem se excusat, quod vix dimidiam partem pecuniae, pro mercenariis a Livoniensibus persolvendae, colligere potuerit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1976. (2) p. 35.

3211. *S. l. (Gedani), 11. Julii.*
Consules Gedanenses regi Poloniae de sua misera condicione queruntur, cum rex Daniae Ordini auxilia paret praesidiaque ipsorum rebellent.
Smolka, Archiwa p. 234.

3212. *Preussisch Mark, 13. Julii.*
Eleemosynarius ordinis Teut. magistro generali de pactionibus inter regem Poloniae et mercenarios Ordinis Thorunii habitis se auctore ad irritum redactis scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1942. p. 204.

3213. *S. l. (Gedani), 17. Julii.*
Consules Gedanenses regi Poloniae exprobrant, quod ipsis auxilia non mittat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 234.

3214. *Preussisch Mark, 23. Julii.*
Commendator Elbingensis magistro generali Tolkemit civitatem a Prussis recuperatam denuntiat litterasque quasdam de mercede militibus persolvenda agentes transmittit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1976. p. 35.

3215. *S. l. (Gedani), 27. Julii.*
Senatus Gedanensis magistro generali scribit rogationemque eius, ut Prussi ad Ordinis ditionem redeant, repudiat.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 404. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 235.

3216. *Vindobonae, 5. Augusti.*
Ladislaus Posthumus mercatoribus Swidnicensibus et Jaworensibus praecipit, ut nundinarum S. Johannis celebrandarum causa Wratislaviam, non Posnaniam proficiscantur.
Doc. Gesch. v. Bresslau II. p. 504. — **Reg.** Lichnowsky, Gesch. d. H. Habsb. VI. Reg. Nr. 2134. — **Reg.** Mosbach, Przyczynki p. 108.; die: S. Dominicae adscripto et 6. Julii soluto.

3217. *Vindobonae, 5. Augusti.*
Idem mercatoribus Lusatiae idem praecipit.
Doc. Gesch. v. Breslau II. p. 504. — **Reg.** Lichnowsky, Gesch. d. H. Habsb. VI. Reg. Nr. 2133.

3218. *Marieburgi, 6. Augusti.*
Magister generalis magistrum Livoniae rogat atque obsecrat, ut pecuniam promissam sibi mittat, quandoquidem cum mercenariis qui Thorunii cum Polonis agant, pactionem inierit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1977. p. 35.

3219. *Thorunii, 15. Augusti.*
Species pactionis inter Casimirum regem et duces mercenariorum ineundae a partibus regis Casimiri conscripta.
(Lindau in) SS. rer. Pruss. IV. p. 522. — Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 335. p. 513.

3220. *Thorunii, 15. Augusti.*
Species pactionis inter Casimirum regem et duces mercenariorum ineundae a partibus ducum conscripta.
(Lindau in) SS. rer. Pruss. IV. p. 528. — Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 336. p. 515.

3221. *Elbingae, 17. Augusti.*
Gubernator Prussiae senatui Thoruniensi scribit seque de nova condicione, Thorunii coram rege non proposita, ut 40,000 fl. persolvantur, ordinibus inconsultis quidquam instituere posse negat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 337. p. 516.

3222. *Thorunii, 17. Augusti.*
Pactio legatorum regis Poloniae et praesidii mercenariorum Marieburgensium aliorumque castellorum.
Reg. Malinowski ed. Wapowski III. p. 341.

3223. *S. l. (Gedani), 20. Augusti.*
Gedanum civitas Lubecae castella Ordinis a militibus mercenariis eiusdem secundum pactionem initam 6. Decembris regi tradenda esse significat.
Reg. SS. rer. Pruss. IV. p. 522. — Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 338. p. 517.

3224. *Troki, in Augusto s. a. Ind. IV. (a. 1456?)*
Statuta a Casimiro rege Poloniae incolis Połocensibus data.
Akty Zapadn. Rossyi I. Nr. 60. p. 72.

3225. *Marieburgi, 2. Septembris.*
Magister generalis archiepiscopum Rigensem rogat, ut pecuniam promissam quam celerrime mittat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1978. p. 35.

3226. *Marieburgi, 8. Septembris.*
Idem magistro Livoniae sibi cum quibusdam ducibus mercenariorum de mercede solvenda convenisse significat rogatque eum, ne diutius pecuniae mittendae tempus trahat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1979. p. 35.

3227. *Petricoviae, 8. Septembris.*
Conclusiones Petricovienses.
Bandtkie, Jus Pol. p. 294. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 298.

3228. *Elbingae, 9. Septembris.*
Gubernator Prussiae Elbingae civitati, ut contributio decreta persolvi possit, proventus quosdam atque Holland castrum, a Polonis Bohemisque relinquendum, oppignerat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 341. p. 519.

3229. *Marieburgi, 10. Septembris.*
Magister generalis archiepiscopo Rigensi sibi cum mercenariis Teutonicis de mercede solvenda convenisse nuntiat iterumque eum rogat, ut pecuniam sibi promissam sine mora mittat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1980. p. 35.

3230. *Petricoviae, 17. Septembris.*
Casimirus rex universo clero regni Poloniae certas immunitates ratione dimidiorum ex bonis ecclesiasticis redituum ad relevandas res publicas collatorum confirmat.
Cod. Univ. Crac. II. Nr. 185. p. 179.

3231. *Petricoviae, 22. Septembris.*
Idem privilegia nobilibus cleroque Poloniae a proceribus suis concessa confirmat.
Reg. Pawłowski, Premislia p. 114.

3232. *Petricoviae, 22. Septembris.*
Idem cum Wladislao de Danaborz, castellano Naklensi, de tenendo castro Człuchoviensi transigit.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 601. p. 910. **Cf.** ibid. Nr. 602. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 89.

3233. *Petricoviae, 22. Septembris.*
Idem Petro de Szamotuły Jaworów aliasque villas pro pecunia ad bellum Prussicum sibi mutuo data oppignerat.
AGZ. II. Nr. 85. p. 151.

3234. *Cracoviae, 8. Octobris.*
Judicium terrestre Cracoviense Nicolaum Serafin oppidum Berwald, cett., genero suo Stanislao Ligęza de Bobrek donavisse testatur.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 25. p. 602.

3235. *S. l. (Gedani), 8. Octobris.*
Consules et populus Gedanenses de rege Poloniae a se pro domino agnoscendo iureiurando inter se obstringuntur.
(Lindau in) SS. rer. Pruss. IV. p. 536.

3236. *Cracoviae, 11. Octobris.*
Nicolaus capitaneus Oświecimensis regi Poloniae se post pecuniam quandam solutam Oświęcim et Wołek castra ei traditurum esse pollicetur.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 27. p. 606.

3237. *Cracoviae. 11. Octobris.*
Casimirus rex cum Janussio duce Oświecimensi novam pactionem sancit.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 26. p. 602.

3238. *Korczyn, 15. Octobris.*
Conclusiones conventionis Novae civitatis alias Korczyn pro festo S. Hedvigis celebratae.
Bandtkie, Jus Pol. p. 302—303.

3239. *S. l. a. et die (ante 19. Octobris).*
Gedanenses duci Saganensi ad litteras ipsos hortantes, ut se Ordini dedant, respondent.
Excerpt. Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 421.

3240. *Kniphovii, in Monte Regio, 19. Octobris.*
Dux Saganensis Gedanensibus ad litteras supra notatas respondet.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 422.

3241. *Szamotuły, 21. Octobris.*
Petrus de Szamotuły castellanus Posnaniensis Friderico marchioni Brandenburgensi se rapinas hominum de Piła coërciturum pollicetur petitque ab eo, ut de iniuriis a marchionis hominibus illatis ipsi satisfiat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 221. p. 164.

3242. *Szamotuły, 21. Octobris.*
Idem amicis suis in Piła de eodem argumento scribit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 222. p. 165.

3243. *Buk, 21. Octobris.*
Andreas episcopus Posnaniensis Friderico marchioni Brandenburgensi ad querelas de hominibus Polonis respondet.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 223. p. 165.

3244. *Korczyn, 22. Octobris.*
Casimirus rex terris Russiae privilegium quoddam confert.
Bandtkie, Jus Pol. p. 292. — Turgeniew, Suppl. ad Hist. Russ. MM. Nr. 166. p. 455. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 302.; die: 21. Octobris notato. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1943. p. 205.

3245. *Korczyn, 22. Octobris.*
Eiusdem »Statuta Corczynensia.«
Bandtkie, Jus Pol. p. 296. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 304.

3246. *Korczyn, 22. Octobris.*
Idem pollicetur se ad rem publicam reformandam iniuriasque quasdam tollendas conventionem generalem constituturum esse.
Bandtkie, Jus Pol. p. 298. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 307.

3247. *Korczyn, 22. Octobris.*
Idem iura quaedam et privilegia, nobilibus cleroque terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis et Lublinensis a proceribus suis collata, se servaturum pollicetur.
Bandtkie, Jus Pol. p. 300. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 309

3248. *Korczyn, 22. Octobris.*
»Conclusiones« conventionis generalis Corczinensis.
Bandtkie, Jus Pol. p. 302. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 311.

3249. *Thorunii, 23. Octobris.*
Senatus Thoruniensis senatui Gedanensi de rebellione, civitatis mercenariis Ordinis tradendae causa apud se exorta, refert.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 419. — **Reg.** Toeppen, Acten IV. Nr. 342. p. 520.

3250. *Gedani, 25. Octobris.*
Rotger von Birken senatui Thoruniensi de pactione cum Czerwenka confecta, de conventione Elbingae habenda, de Gniew oppido rebellante, scribit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 344. p. 522.

3251. *S. l. (Gedani), 28. Octobris.*
Consules Gedanenses regi Poloniae de seditionibus oppressis referunt rogantque eum, ut bellum efficacius gerat Gedanumque veniat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 234.

3252. *S. l. a. et die (in Octobri).*
Fridericus marchio Brandenburgensis capitaneis in Snyde Mole et Pyla rapinas in villis suis factas exprobrat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 219. p. 162.

3253. *S. l. a. et die (in Octobri).*
Idem tribus proceribus Maioris Poloniae de eodem negotio scribit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 220. p. 163.

3254. *Custrin, 3. Novembris.*
Idem episcopo Posnaniensi de eodem argumento scribit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 224. p. 166.

3255. *Custrin, 3. Novembris.*
Idem Lucae capitaneo Posnaniensi de eodem argumento scribit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 226. p. 167.

3256. *S. l. a. et die (circa 3. Novembris).*
Idem Petro de Szamotuły de eodem argumento scribit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 225. p. 166.

3257. *Marieburgi, 4. Novembris.*
Rotger von Birken senatui Thoruniensi suadet, ut conventio Elbingensis in diem 10. Novembris prorogetur, cur cum proceribus Polonis non redierit, se excusat, cett.
Toeppen, Acten IV. Nr. 348. p. 527.

3258. *Oleśnica, 6. Novembris.*
Conradus dux Oleśnicensis testatur se ab Anna ducissa Masoviensi 750 sexag. gross. recepisse.
Cod. Masov. Nr. 202. p. 222.

3259. *Elbingae, 14. Novembris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo ad pecuniam militibus mercenariis Marieburgi solvendam contributiones decernuntur variaeque rogationes regi Poloniae proponuntur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 349. p. 529.

3260. *Gedani, 27. Novembris.*
Rotger von Birken senatui Thoruniensi scribit, pecuniam pro militibus mercenariis Gedanum mittendam ab eis petit suadetque, regem Poloniae, ut in Prussiam veniat, permoveant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 351. p. 532.

3261. *S. l. a. et die (Norimbergae, 30. Novembris).*
Recessus comitiorum Norimbergensium, quo decretum est, ut commendator Elbingensis de modo rationeque Poloniae invadendae consulatur.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 486.

3262. *Chanadini, 9. Decembris.*
Ladislaus Posthumus Bartfensibus Komorowski commendat.
Katona, Hist. Crit. XIII. p. 1135.

3263. *Lobaviae, 13. Decembris.*
Senatus Lobaviensis senatum Thoruniensem rogat, ut apud regem Poloniae de contributione imposita sibi remittenda intercedat.
Reg. Toeppen, Acten IV. Nr. 352. p. 533.

3264. *Norimbergae, 19. Decembris.*
Electores imperii Wilhelmo duci Saxoniae de iis, quae in comitiis Norimbergensibus de bello Polono-Prussico constituta sunt, referunt.
Müller, Reichstagstheatrum I. p. 591.

3265. *Elbingae, 21. Decembris.*
Johannes de Baisen, gubernator Prussiae, iusiurandum Gedanensium dd. 8. Octobris 1456 de regis Poloniae imperio agnoscendo (vide Nr. 3235) confirmat.
(Lindau in) SS. rer. Pruss. IV. p. 538.

3266. *Elbingae, 21. Decembris.*
Idem nomine regis Poloniae rebellionis Gedanensis sociis impunitatem promulgat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 236.

3267. *Graudentii, s. a. et die.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi actiones cum militibus mercenariis Ordinis, episcopo Wladislaviensi praesidente, segnius procedere referunt.
Reg. Smolka, Archiwa p. 231.

3268. *S. l. a. et die.*
Commendator Elbingensis magistro Livoniae de pecunia a Volkel Röder quodam ad Marieburgum redimendum collecta scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1984. p. 36.

3269. *S. l. a. et die.*
Exemplar iurisiurandi a civibus Thoruniensibus post seditionem repressam regi Poloniae praestiti.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 407.

3270. *S. l. a. et die.*
Casimirus rex Philippum Burgundiae ducem rogat, ut Gedanensibus libertatem in Hollandia et Seelandia mercandi concedat.
Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 158.

3271. *Bruxellae, s. a. et die.*
Philippus dux Burgundiae Casimiro regi ad litteras supra notatas respondet.
Dogiel, IV. p. 159.

3272. *Petricoviae, s. a. et die.*
»Census et taxae decretae in conventu maioris Poloniae in Colo occasione belli contra ordinem Crucigerorum«.
Raczyński, Cod. Maioris Pol. Nr. 127. p. 175. — Bandtkie, Jus Pol. p. 304. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 312.

3273. *S. l. a. et die (Ind. IV).*
Casimiri regis legatio m. duci Riasanensi per Wassilium Chrebtowicz missa, querelam de Riasanensibus, qui Mceńsk invaserint, continens.
Muchanow, Sbornik Nr. 15. p. 15. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 1944. p. 205.

3274. *Cracoviae, s. die.*
Casimirus rex Michaëli cancellario et fratribus eius, proceribus Moldaviae, dat salvum conductum in regno nominatimque in palatinatu Russiae manendi.
Reg. Rykacz. Invent. p. 138.

3275. *Cracoviae, s. die.*
Nicolaus, marsalcus de Dubowice, capitaneus Oświecimensis, pactionem quandam cum rege Poloniae de castro et terra Oświecimensi factam testatur.
Reg. Rykacz. Invent. p. 231.

3276. *S. l. et die.*
Johannes civis Thoruniensis fatetur se accepisse solutionem summarum suarum in theloneis haerentium. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 89.

3277. *S. l. et die.*
Casimiri regis mandatum ad capitaneos et viros iudiciis terrestribus praesidentes, ne quas subditorum episcopi Cracoviensis causas iudicent.
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

1457.

3278. *Gostynin, 1. Januarii.*
Conradus dux Oleśnicensis se ab Anna ducissa Masoviensi 1000 sexag. gross. accepisse testatur.
Cod. Masov. Nr. 204. p. 224.

3279. *Gedani, 14. Januarii.*
Senatus Gedanensis litteras Johannis de Baisen dd. 21. Decembris 1456, conventionem Gedanensium confirmantes (vide Nr. 3265) transsumit.
(Lindau in) SS. rer. Pruss. IV. p. 538.

3280. *Bresch (sic), 26. Januarii.*
Casimirus rex Philippum, ducem Burgundiae, petentibus civitatibus quibusdam Prussiae rogat, ut pactiones quasdam confirmet.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 487. p. 350. **Cf.** ibid. not. 3.

3281. *Elbingae, 29. Januarii.*
Johannes de Baisen gubernator Prussiae Merten Koggen cuidam scribit seque statutum quoddam ab eo Gedano civitati propositum confirmaturum negat.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 539. not. 1. **Cf.** ibid. p. 540—541.

3282. *Thorunii, 3. Februarii.*
Iusiurandum de fide ab ordinibus Prussiae regi Poloniae servanda renovatur.
Wernicke, Gesch. Thorns I. p. 259. — Toeppen, Acten IV. Nr. 354 p. 534. — **Cf.** iuramentum Gedanensium apud Dogiel IV. p. 160. — **Cf.** NNr. 3235. et 3269.

3283. *Marieburgi, 6. Februarii.*
Ordines Prussiae legatique Poloniae cum Ulrico Czerwonka de die, qua stipendia militibus mercenariis solvenda sint, proroganda conveniunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 355. p. 535. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 231.

3284. *Elbingae, 15. Februarii.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo de mercede militibus solvenda actiones, Johanne de Czarnkow praesente, proponuntur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 356. p. 540.

3285. *Gliwice, 21. Februarii.*
Janussius dux Oświecimensis se ducatum Oświecimensem regi Poloniae pretio 50.000 marcarum vendidisse testatur. (Litterae Janussii.)
Vol. Leg. I. p. 186—189. — Sommersberg, SS. rer. Siles. I. p. 808. — Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 28. p. 610. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 23.

3286. *Gliwice, 21. Februarii.*
Janussius dux Oświecimensis pollicetur se ducatum suum regi Poloniae venditum esse coram rege Bohemiae confessurum.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 29. p. 611.

3287. *S. l. (Gedani), 25. Februarii.*
Senatus Gedanensis cives novis rebus studentes proscribit.
(Hirsch in) SS. rer. Pruss. IV. p. 543. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 236.; die: 27. Februarii notato.

3288. *S. l. a. et die (1. Martii).*
Carolus rex Sueciae Gedanensibus, quo modo e patria eiectus sit, narrat spemque ostendit se a rege Poloniae auxilia accepturum esse.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 512. p. 374.

3289. *S. l. 2. Martii.*
Idem regi Angliae de eodem argumento scribit seque ad regem Poloniae, ut viribus unitis regem Daniae Christianum aggrediantur, contulisse significat, opem denique ab eo petit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 239. **Cf.** ibid. passim. — **Reg.** Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 514. p. 377.

3290. *S. l. (Gedani), 2. Martii.*
Senatus Gedanensis Lubecae aliisque civitatibus de eodem argumento scribit deque Caroli cum rege Poloniae actionibus habitis refert.
Reg. Smolka, Archiwa p. 240. — **Reg.** Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 513. p. 375.

3291. *S. l. (Gedani), 2. Martii.*
Idem apud proceres Sueciae in gratiam eiusdem Caroli intercedit.
Excerpt. Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 426.

3292. *Cracoviae, 3. Martii.*
Janussius dux Oświecimensis testatur se a rege Poloniae 50.000 marc. gross. Prag. ratione summae totius pro ducatu Oświecimensi solvendae recepisse.
Vol. Leg. I. p. 190. — Sommersberg, SS. rer. Siles. I. p. 810.

3293. *S. l. (Gedani), 7. Martii.*
Gedanum civitates Hansae hortatur, ne socios seditionis Gedanensis profugos apud se recipiant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 236.

3294. *S. l. (Thorunii), 15. Martii.*
Senatus Thoruniensis senatui Gedanensi de actionibus cum militibus mercenariis habitis scribit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 231.

3295. *S. l. (Thorunii), 21. Martii.*
Commentarius Tilemanno von Wege et Conrado Theudenkos, legatis Thoruniensibus cum rege Poloniae (Bidgostiae) acturis, conscriptus.
Toeppen, Acten IV. Nr. 357. p. 546.

3296. *S. l. a. et die (Thorunii, 21. Martii?)*
Appendix commentarii supra notati, in qua villae a rege Poloniae per condiciones Thorunio impetrandae proponuntur.
Toeppen, Acten IV. Nr. 359. p. 549.

3297. *S. l. 21. Martii.*
Ladislai Posthumi litterae, in causa Hunyadiensium captorum editae, in quibus de Johannis Hunyadi Wladislao III. Poloniae et Hungariae rege regnante actionibus culpisque mentio fit.
(Birk, Beiträge in) Quellen u. Forschungen z. vaterl. Gesch. Nr. 15. p. 254.

3298. *S. l. (Thorunii, 25. Martii).*
Mandatum legatis Thoruniensibus cum rege Poloniae Bidgostiae acturis datum.
Toeppen, Acten IV. Nr. 358. p. 547. — Cf. Nr. 3295.

3299. *Budae, 28. Martii.*
Ladislaus Posthumus senatui Wratislaviensi nuntiat se a rege Poloniae petiisse, ut Wratislaviensibus cum Cracoviensibus commercium detur.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 108.

3300. *Koło, 29. Martii.*
Casimirus rex oppida Bydgoszcz et Tuchola, cett., postquam regi a Nicolao de Stiborze restituta sint, Johanni de Kościelec confert.
Rzyszcz. et Muczk., Codex dipl. Pol. II. 2. p. 913. — Reg. Rykacz. Invent. p. 89.

3301. *Brześć, 2. Aprilis.*
Casimirus rex ordinibus Culmensibus praecipit, ut res maioris pretii Ordini ablatas Gabrieli de Baisen tradant.
Toeppen, Acten IV. Nr. 360. p. 551.

3302. *Romae, 4. Aprilis.*
Calixtus III. papa archiepiscopo Gnesnensi et episcopis Culmensi et Wilnensi Marinum de Tregeno, praedicatorem cruciatae, in Lithuaniam et archidioecesim Leopoliensem missum, commendat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 156. p. 113.

3303. *Romae, 4. Aprilis.*
Idem eundem regi Casimiro commendat.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 34. Tom. X. 112.

3304. *Bidgostiae, 9. Aprilis.*
Tilemann et Theudenkos, legati Thorunienses, senatui Thoruniensi de suis cum Neuenburgensibus, cum Czerwonka et cum rege Poloniae actionibus habitis referunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 361. p. 552.

3305. *Bidgostiae, 11. Aprilis.*
Casimirus rex a senatu Thoruniensi petit, ut in causa debiti cuiusdam intercedat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 362. p. 554.

3306. *Gedani, 13. Aprilis.*
Carolus rex Sueciae Lubecae aliisque civitatibus scribit et inter alia de sua cum rege Poloniae ratione commemorat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 520. p. 386.

3307. *S. l. (Gedani), 19. Aprilis.*
Gedanum civitas consentiente rege Poloniae Carolo regi Sueciae, castrorum Marieburgi, Tczewo et Ilaviae redimendorum causa, terras Prussiae pro 15.000 marcarum oppignerat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 231.

3308. *S. l. 20. Aprilis.*
Fridericus marchio Brandenburgensis capitaneo Posnaniensi scribit seque legatos, qui cum pacis ruptoribus agant, missurum negat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 227. p. 168.

3309. *Bidgostiae, 21. Aprilis.*
Casimirus rex senatui Thoruniensi suum in Prussiam adventum futurum annuntiat comitatumque sibi mittendum ab eis postulat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 363. p. 554.

3310. *Gedani, 24. Aprilis.*
Gubernator Prussiae senatui Thoruniensi praecipit, ut regis Poloniae Gedanum conducendi causa naviculam ornari iubeat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 364. p. 555.

3311. *Bidgostiae, 25. Aprilis.*
Tilemann et Theudenkos, legati Thorunienses, senatui suo de suis cum rege Poloniae actionibus habitis referunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 365. p. 556.

3312. *Cracoviae, 7. Maii.*
Thomae Strzępiński, episcopi Cracoviensis electi, iusiurandum.
(Heizman in) Starod. Prawa Pol. Pomniki IV. 130.

3313. *S. l. (Gedani), 9. Maii.*
Senatus Gedanensis ad bellum gerendum pecunias mutuas exigit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 231.

3314. *Gedani, 15. Maii.*
Casimirus rex Gedano civitati nova iura privilegiaque confert.
Toeppen, Acten IV. Nr. 367. p. 557. — Reg. Schütz, Hist. rer. Pruss. (lat.) p. 430.

3315. *Cracoviae, 18. Maii.*
Proceres quidam Poloni testantur se a consulibus Cracoviensibus 200 marcas ad res publicas providendas mutuo accepisse.
Piekosiński, Cod. dipl. civitatis Crac. Vol. I. Nr. 165. p. 232.

3316. *Gedani, 25. Maii.*
Casimirus rex Gedano civitati concedit, ut et ipsa cerae rubrae sigillis et capitaneus proconsulque ipsius aureis ornamentis uti possint.
Toeppen, Acten IV. Nr. 369. p. 564. — Dogiel IV. p. 160. s. l. a. et die.

3317. *Gedani, 30. Maii (Montag noch des herren Hymelforth).*
Casimirus rex testatur se a Gedano civitate 21.500 fl. mutuo accepisse.
Toeppen, Acten IV. Nr. 370. p. 566. — **Cf.** Nr. 3331.

3318. *Gedani, 30. Maii.*
Idem Gedano advocatiam in Tczewo pro pecunia sibi mutuo data confert.
Toeppen, Acten IV. Nr. 371. p. 567.

3319. *S. l. a. et die (Maio —24. Octobris).*
Libellus gratiarum civitatibus Chelmno, Thorunio, Elbingae et Brunsberg a rege Poloniae impetrandarum.
Toeppen, Acten IV. Nr. 382. p. 588. **Cf.** ibid. Nr. 383. p. 593.

3320. *Gedani, 6. Junii.*
Casimirus rex Elbingae civitati Neustadt possidendum iterum addicit.
Toeppen, Acten IV. Nr. 373. p. 569.

3321. *Elbingae, 10. Junii.*
Gubernator Prussiae senatui Thoruniensi mandat, ut conventionem iussu regis die 20. Junii Elbingae habendam promulgari iubeat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 374. p. 569.

3322. *Marieburgi, 14. Junii.*
Legati Thorunienses senatui Thoruniensi de suis actionibus rebusque gestis referunt.
Toeppen, Acten IV. Nr. 375. p. 570.

3323. *S. l. a. et die (23—27. Junii).*
Theudenkos, legatus Thoruniensis, senatui suo de suis cum rege Poloniae super stipendiis militibus persolvendis actionibus habitis refert novasque res nuntiat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 376. p. 573.

3324. *Marieburgi, 27. Junii.*
Idem eidem de suis cum rege Poloniae et cum militibus mercenariis actionibus, praecipue in castro Marieburgensi habitis, refert.
Toeppen, Acten IV. Nr. 377. p. 575.

3325. *Czuilin, 29. Junii.*
Treugae seu indutiae pacis Barbarae ducis (!) Opaviensis et Ratisboriensis viduae olim Nicolai ducis Ratisboriensis et Plesnensis, et Hans filii ipsius cum Casimiro rege ad annum 1458. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 58.

3326. *Romae, 4. Julii.*
Aeneas Sylvius Henrico Senftleben scribit seque sperare significat fore, ut episcopatum Warmiensem consequatur.
Epistolae ed. Colon. n. 10. — Ed. Norimb. Nr. 285. — Ed. Basil. Nr. 272. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 247. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 462. p. 415.

3327. *Puck, 12. Julii.*
Carolus rex Sueciae Henrico Grewerade scribit deque pecunia quadam regi Poloniae mutuo data commemorat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 525. p. 391.

3328. *Puck, 13. Julii.*
Idem Lubecae civitati de eadem pecunia mentionem facit.
Hanserecesse, Pars II. Tom IV. Nr. 524. p. 390.

3329. *S. l. a. et die (ante 25. Julii).*
Christianus rex Daniae regi Poloniae, quod subditis Ordinis praesidium praebeat, pacem renuntiat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. p. 392. nota.

3330. *Stockholm, 25. Julii.*
Senatus Sueciae Gedano civitati de Carolo rege respondet litterasque pacem renuntiantes a rege Christiano regi Poloniae scriptas transmittit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 526. p. 392. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 242.

3331. *S. l. 30. Julii.*
Casimirus rex testatur se a senatu Gedanensi 21.500 flor. pro castro Marieburgensi redimendo accepisse.
Reg. Smolka, Archiwa p. 231. — **Cf.** Nr. 3317.

3332. *Marieburgi, 31. Julii.*
Theudenkos, legatus Thoruniensis, senatui suo de civitatum cum rege, qui prae ceteris pecuniam postulet, actionibus habitis refert.
Toeppen, Acten IV. Nr. 380. p. 581.

3333. *Marieburgi, 9. Augusti.*
Idem eidem de eodem argumento refert.
Toeppen, Acten IV. Nr. 381. p. 585.

3334. *S. l. 17. Augusti.*
Milites mercenarii Ordinis sibi a rege Poloniae in omnibus condicionibus satisfactum esse testantur.
Reg. Malinowski ed. Wap. III. p. 341. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 89. s. l. et die.

3335. *S. l. (Gedani), 18. Augusti.*
Index pecuniarum pro castris redimendis collectarum a senatu Gedanensi conscribitur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 232.

3336. *Sambor, 22. Augusti.*
Andreas Odrowąż, capitaneus generalis terrarum Russiae, Nicolaum Serafin zupparium hortatur, ut sibi debitum persolvat.
AGZ. IX. Nr. 60. p. 81.

3337. *S. l. (Gedani), 23. Augusti.*
Senatus Gedanensis senatui Sueciae inter alia de legato regis Poloniae, Jacobo Kulenburg, in Sueciam misso et ibidem retento, scribit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 527. p. 393. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 242.

3338. *S. l. (Gedani), 23. Augusti.*
Idem eidem significat se pacem cum rege Christiano servaturum, sed postulare, ut damna sibi illata ab eodem rege restituantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 242.

3339. *Marieburgi, 24. Augusti.*
Casimirus rex Elbingae civitati bona quaedam libertatesque confert.
Crichton, Beiträge z. Preuss. Gesch. p. 37. — Toeppen, Acten IV. Nr. 384. p. 597. — **Fragm.** Preuss. Sammlung I. p. 321.

3340. *Marieburgi, 26. Augusti.*
Idem Thorunio civitati magnum privilegium confert.
Zernecke, Thorn. Chronika p. 57. — Toeppen, Acten IV. Nr. 385. p. 600.

3341. *Marieburgi, 26. Augusti.*
Idem eidem ius emporii confert.
Zernecke, Thorn. Chronika p. 65. — Toeppen, Acten IV. Nr. 386. p. 603.

3342. *Marieburgi, 26. Augusti.*
Idem eidem ius monetae cudendae confert.
Zernecke, Thorn. Chr. p. 70. — Toeppen, Acten IV. Nr. 387. p. 605.

3343. *Marieburgi, 26. Augusti.*
Idem Ladislao Posthumo ad litteras respondet pacificumque animum suum erga Wratislavienses significat, quippe qui legatos suos de matrimonio cum Ladislai sorore contrahendo agentes honorifice susceperint.
Mosbach, Przyczynki p. 108.

3344. *Romae, 31. Augusti.*
Aeneas Sylvius regi Poloniae scribit rogatque eum atque obsecrat, ne ecclesiae cathedrali Warmiensi ipsi conferendae se opponat, de suis erga regem meritis, praesertim de episcopo Culmensi nominando, refert, suadet ei denique, ut legatos de pace cum Ordine acturos Romam mittat.
Epistolae ed. Colon. o, 9. — Ed. Norimb. Nr. 288. — Ed. Basil. Nr. 275. — SS. rer. Pruss. IV. p. 247. — **Excerpt.** Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 626. p. 504. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 330. — **Reg.** (Voigt, Briefe in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 481. p. 416.

3345. *Tczewo, 2. Septembris.*
Theudenkos, legatus Thoruniensis, senatui Thoruniensi privilegia a rege Thorunio collata esse regemque in Swieć civitatem venisse nuntiat.
Toeppen, Acten IV. Nr. 388. p. 607.

3346. *Romae, 7. Septembris.*
Aeneas Sylvius Henricum Senftleben inter alia rogat, ut a rege Ladislao Posthumo litteras ad regem Poloniae in causa episcopatus Warmiensis ipsi conferendi impetrare studeat.
Epistolae ed. Colon. o, 4. — Ed. Norimb. Nr. 293. — Ed. Basil. Nr. 280. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 248. — **Reg.** (Voigt, Briefe in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 485. p. 416.

3347. *Romae, 11. Septembris.*
Idem a Procopio, cancellario Bohemiae, idem petit.
Epist. ed. Colon. o, 4. — Ed. Norimb. Nr. 294. — Ed. Basil. Nr. 281. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 248. — **Reg.** (Voigt, Briefe in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 489. p. 416.

3348. *Romae, 11. Septembris.*
Idem Fridericum caesarem rogat, ut regi Poloniae de episcopatu Warmiensi ipsi conferendo scribat.
Epist. ed. Colon. o, 3. — Ed. Norimb. Nr. 291. — Ed. Basil. Nr. 278. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p 248. — **Reg.** (Voigt, Briefe in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 487. p. 416.

3349. *Romae, 11. Septembris.*
Idem Nicolao Liscio de eodem negotio scribit.
Epist. ed. Colon. o, 5. — Ed. Norimb. Nr. 296. — Ed. Basil. Nr. 283. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 248. — **Reg.** (Voigt, Briefe in) Archiv für österr. Gesch. XVI. Nr. 491. p. 416.

3350. *Romae, 11. Septembris.*
Idem Ulrico Riderer de eodem negotio scribit.
Epist. ed. Colon. o, 6. — Ed. Norimb. Nr. 297. — Ed. Basil. Nr. 284. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 249. — **Reg.** (Voigt, Briefe in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 492. p. 416.

3351. *Gedani, 23. Septembris.*
Gedanum Lubecae de pugna secunda suorum refert, rogat eam, ut Christianum regem Daniae ad conventionem in Stockholm habendam permoveat, pollicetur se facturum esse, ut rex Poloniae legatos ad hanc conventionem mittat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 528. p. 393. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 243.

3352. *Romae, 1. Octobris.*
Calixtus III. papa cardinali S. Angeli mandat, ut in Bohemiam ad Ladislai Posthumi nuptias se conferat, ubi rex et regina Poloniae exspectentur.
Katona, Hist. Crit. XIII. p. 1203.

3353. *Romae, 1. Octobris.*
Aeneas Sylvius cardinali S. Angeli regem Poloniae Pragae nuptiis Ladislai Posthumi adfuturum actionesque gravis momenti ibidem exspectandas esse nuntiat.
Epistolae ed. Colon. q, 7. — Ed. Norimb. Nr. 354. — Ed. Basil. Nr. 340. — Katona, Hist. Crit. XIII. p. 1205. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 249. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. ö. Gesch. XVI. Nr. 500. p. 417.

3354. *Romae, 1. Octobris.*
Aeneas Sylvius Nicolaum Liscium rogat, ut in Ladislai regis et regis Poloniae conventione Pragae exspectata eisdem regibus episcopatum Warmiensem ipsi conferendum in memoriam reducat.
Epistolae ed. Colon. p, 10. — Ed. Norimb. Nr. 340. — Ed. Basil. Nr. 326. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 249. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 498. p. 417.

3355. *Romae, 1. Octobris.*
Idem Henrico Senftleben de eodem argumento scribit.
Epistolae ed. Colon. p, 10. — Ed. Norimb. Nr. 339. — Ed. Basil. Nr. 325. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 249. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. ö. Gesch. XVI. Nr. 499. p. 417.

3356. *S. l. 4. Octobris.*
Balthasar dux Saganensis senatum Gorlicensem rogat, ut sibi ad tormentum regi Poloniae in pugna ad Chojnice ablatum transferendum currum mittat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. X. Nr. 6. p. 77.

3357. *S. l. 14. Octobris.*
Gubernator Prussiae senatui Sueciae de suis et regis Poloniae cum Carolo rege Sueciae rationibus respondet.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. p. 395. nota 1. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 242.

3358. *Romae, 15. Octobris.*
Aeneas Sylvius apud episcopum electum Wratislaviensem legatum suum, Bartholomaeum, in causa episcopatus Warmiensis missum, auctoritate exornat.
Epistolae ed. Colon. q, 1. — Ed. Norimb. Nr. 342. — Ed. Basil. Nr. 328. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 249. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. ö. Gesch. XVI. Nr. 502. p. 417.

3359. *Marieburgi, 17. Octobris.*
Johannes Maydeborch (Gedano) significat legatos Polonos Marieburgum venisse, nuntiantes fore, ut rex Poloniae omnes cives ad arma evocet.
Reg. Smolka, Archiwa p. 237. nota.

3360. *S. l. 18. Octobris.*
Casimirus rex senatum Thoruniensem hortatur, ut legatos de rebus gravibus consulendi causa Bidgostiam mittat.
Reg. Smolka Archiwa p. 198.

3361. *Stockholm, 18. Octobris.*
Christianus rex Daniae ordinem Livoniae sub praesidium suum ad 15 annorum spatium recipit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 3419. p. 296.

3362. *Rigae, 19. Octobris.*
Magister Livoniae commendatori Elbingensi de condicionibus, quibus rex Daniae ipso auctore praesidium ordinis Livoniae susceperit, scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1993. (1) p. 38.

3363. *S. l. (Gedani), 20. Octobris.*
Gedanum senatui Sueciae de suis et regis Poloniae cum Carolo rege Sueciae rationibus respondet simulque de Christiani regis Daniae litteris, regi Poloniae pacem renuntiantibus, eidem nondum cognitis, scribit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 529. p. 394.

3364. *Romae, 20. Octobris.*
Aeneas Sylvius Jacobo Ptolomeo scribit seque eum adiuturum significat, cum ipse episcopatum Warmiensem obtinuerit
Epistolae ed. Colon. q, 9. — Ed. Norimb. Nr. 361. — Ed. Basil. Nr. 347. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 250. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. ö. Gesch. XVI. Nr. 509. p. 417.

3365. *Romae, 2. Novembris.*
Idem Procopio de Rabenstein scribit significatque in causa episcopatus Warmiensis regem Poloniae Lutkoni favere.
Epistolae ed. Colon. p, 6. — Ed. Norimb. Nr. 324. — Ed. Basil. Nr. 310. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 250. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. ö. G. XVI. Nr. 516. p. 418. — **Cf.** de causa episcopatus Warmiensis mentiones in litteris apud Voigt l. c. sub NNr. 517. 519. 520. 523. notatis et in SS. rer. Pruss. IV. p. 250. excerptis.

3366. *Romae, 7. Novembris.*
Idem Petro Knorre doctori scribit deque re Prussica mentionem facit.
Epistolae ed. Colon. q, 10. — Ed. Norimb. Nr. 364. — Ed. Basil. Nr. 350. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 250.; die: 16. Novembris adscripto. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 529. p. 419.

3367. *S. l. (Posnaniae), 12. Novembris.*
Capitulum Posnaniense Nicolao de Kościan canonico Posnaniensi, legato a rege Poloniae ad comitia Norimbergensia misso, 4 marcas concedit.
Reg. Łukaszewicz, Opis kościołów I. p. XCII. nota. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 52.

3368. *Marieburgi, 21. Novembris.*
Commendator Elbingensis magistro generali de Kłajpeda castro occupando scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1993. (2) p. 38.

3369. *Romae, 22. Novembris.*
Aeneas Sylvius Friderico caesari scribit, epistolam eius ad regem Poloniae de episcopatu Warmiensi sibi conferendo scriptam a cancellario Ulrico non missam esse significat, rogat eum, ut epistolam hanc mitti iubeat.
Epistolae ed. Colon. p, 2. — Ed. Norimb. Nr. 310. — Ed. Basil. Nr. 296. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 250. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 533. p. 419.

3370. *Romae, 22. Novembris.*
Aeneas Sylvius Johanni Hinderbach de eadem epistola super episcopatu Warmiensi a caesare regi Poloniae scripta, sed a cancellario non missa, scribit.
Epistolae ed. Colon. p, 3. — Ed. Norimb. Nr. 312. — Ed. Basil. Nr. 298. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 251. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 535. p. 419.

3371. *Romae, 22. Novembris.*
Idem Ulrico Riderer de eodem argumento scribit.
Epistolae ed. Colon. p, 3. — Ed. Norimb. Nr. 313. — Ed. Basil. Nr. 299. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 252. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 536.

3372. *Romae, 22. Novembris.*
Idem Ulrico episcopo Gurcensi de eodem argumento scribit.
Epistolae ed. Colon. p, 3. — Ed. Norimb. Nr. 314. — Ed. Basil. Nr. 300. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 252. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 537.

3373. *Romae, 22. Novembris.*
Idem Henrico Senftleben de eodem argumento scribit.
Epistolae ed. Colon. p, 4. — Ed. Norimb. Nr. 316. — Ed. Basil. Nr. 302. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 252. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 538.

3374. *Romae, 22. Novembris.*
Idem Johanni Nihil scribit deque causa Warmiensi commemorat.
Epistolae ed. Colon. p, 3. — Ed. Norimb. Nr. 311. — Ed. Basil. Nr. 297. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 251. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 534.

3375. *Romae, 24. Novembris.*
Idem Wenceslao Bohemo scribit rogatque eum, ut, cum ipso procurante beneficium quoddam acceperit, se etiam in episcopatu Warmiensi acquirendo adiuvet.
Epistolae ed. Colon. p, 4. — Ed. Norimb. Nr. 317. — Ed. Basil. Nr. 303. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p 252. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 539.

3376. *Romae, 1. Decembris.*
Idem Jacobum de Lodrone medicum rogat, ut se in episcopatu Warmiensi acquirendo adiuvet.
Epistolae ed. Colon. q, 4. — Ed. Norimb. Nr. 347. — Ed Basil. Nr. 333. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 252. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 543.

3377. *S. l. 1. Decembris.*
Casimirus rex Nicolao Pieniążek capitaneo Sandecensi mandat, ut statutum Jagellonis contra raptores et invasores rerum ecclesiasticarum tempore bellicae expeditionis exsequatur.
Reg. Gołębiowski III. p. 320.

3378. *Petricoviae, 3. Decembris.*
Casimirus rex statuta Casimiri Magni de expeditione bellica confirmat et auget.
Vol. Leg. I. p. 191—192. — Bandtkie, Jus Pol. p. 235. — Codex Tinecensis II. Nr. 221. p. 412.

3379. *Petricoviae, 5. Decembris.*
Idem inhibet, ne praelati, proceres et nobiles terrarum Russiae et Podoliae extra terras easdem in ius vocentur.
AGZ. V. Nr. 154. p. 204. — **Reg.** (Rasp. in) Archiv für österr. Gesch. XLIII. p. 428.; dato: 18. Decembris adscripto.

3380. *Petricoviae, 6. Decembris.*
Idem Gabrieli de Baisen palatino Culmensi concedit, ut bona sibi inscripta oppignerare possit.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 628. p. 506.

3381. *Romae, 6. Decembris.*
Aeneas Sylvius Ulrico episcopo Gurcensi de epistola caesaris ad regem Poloniae scripta, sed non missa, iterum scribit.
Epistolae ed. Colon. p, 5. — Ed. Norimb. Nr. 320. — Ed. Basil Nr. 306. — **Excerpt.** SS. rer. Pruss. IV. p. 252. — **Reg.** (Voigt in) Archiv f. öst. Gesch. XVI. Nr. 549.

3382. *S. l. (Wratislaviae), 13. Decembris.*
Wratislavienses Casimiro regi, id ipsum ex eis quaerenti, mortem Ladislai Posthumi subsecutam nuntiant.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 16. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 350.

3383. *Torgaviae, 16. Decembris.*
Fridericus elector Saxoniae Wilhelmo fratri suo scribit candidatosque regni Bohemiae, a Bohemis propositos, inter eos regem Poloniae, nominat.
(Palacky, Urkd. Beiträge in) Fontes rer. Austr. Diplom. XX. Nr. 121. p. 117.

3384. *S. l. (Gedani), 22. Decembris.*
Gedanum civitas civitates quasdam Hansae praemonet, ne regis Daniae et ordinis Teutonici portus visitent.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 590. p. 434.

3385. *S. l. (Gedani), 24. Decembris.*
Eadem Lubecae inter alia gratias agit, quod bello Prussico intercedere studuerit, seque Christiano regi Daniae bellum inferre velle declarat.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 591. p. 435.

3386. *S. l. (Gedani), 24. Decembris.*
Eadem Colmar et Stockholm civitates iterum rogat, ut regem Christianum ad pactionem cum rege Poloniae ineundam permoveant.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 592. p. 436.

3387. *S. l. a. et die.*
Casimiri regis statutum, quo prohibet, ne quis incolarum a iudicio civitatis Gedanensis ad imperatorem aut ad urbem Romanam in quibuscunque causis provocare audeat.
Dogiel IV. p. 161.

3388. *Radziejów, s. die.*
Casimirus rex ordinationem militum stipendiariorum facit cum Vlodkone de Danaborz castellano et capitaneo Naklensi occasione castri et oppidi Człuchow. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 89.

3389. *Radziejów, s. die.*
Idem eidem (Wlodkoni) summam octingentorum florenorum polonicalium in stipendium militum praesidiariorum castri Człuchow expositam in civitate Człuchow assecurat. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 89.

3390. *S. l. et die.*
Calixtus III. papa Casimirum regem de cruciata contra Turcas a se promulgata certiorem facit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1947. p. 206.

1458.

3391. *Cracoviae, 3. Januarii.*
Casimirus rex cavet, ne exactio quaedam duorum grossorum, cui contribuendae cives Cracovienses urgente necessitate regni sponte sua se obligaverint, iuribus eorundem civium detrimentum inferat.
Piekosiński, Cod. civit. Cracov. Vol. I. Nr. 166. p. 233.

3392. *Kołomyja, 3. Februarii.*
Andreas Odrowąż palatinus Russiae, Mużyło capitaneus de Sniatyn et Kołomyja aliique proceres Russiae statuta quaedam, quibus cavetur, ne equi bovesque mercatorum in viis contra ius detineantur, decernunt.
AGZ. IV. Nr. 26. p. 39.

3393. *S. l. (Gedani), 20. Februarii.*
Gedanum civitas civitatibus Stralsund, Hamburg, Wismar aliisque de suis studiis, ut senatus Sueciae et Lubeca civitas liti regum Poloniae et Daniae intercedant, refert rogatque eas, ut ipsam in hac re adiuvent.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 594. p. 437.

3394. *S. l. (Gedani), 20. Februarii.*
Eadem civitas Lubecae de simili argumento scribit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 593. p. 436.

3395. *S. l. (Gedani), 20. Februarii.*
Gedanum civitas Visbiae scribit rogatque eam, ut ipsam in pace inter Daniae et Poloniae reges restituenda, ad quam regem Poloniae paratissimum fore speret, adiuvet.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 596. p. 437.

3396. *Marieburgi, ante 24. Februarii (ante f. S. Mathiae).*
Casimirus rex quietatur a militibus stipendiariis de solutis stipendiis. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 390.

3397. *Romae, 26. Februarii.*
Aeneas Sylvius Bartholdo de Libenwald, suo in Warmiensi dioecesi vicario generali, de rationibus, quae inter ipsum atque ordinem Teutonicum antiepiscopumque Warmiensem postulatum intercedant, scribit.
MM. Warmiensia III. p. 96. nota 96.

3398. *S. l. (Gedani), 4. Martii.*
Gedanum Lubecae de portibus hostium suorum visitandis scribit.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 599. p. 438. — **Cf.** litteras eiusdem argumenti ibid. NNr. 589—607., 613—616., 670., 677—687. et passim.

3399. *S. l. (Gedani), 7. Martii.*
Senatus Gedanensis 21 navibus litteras piraticae contra Daniam Ordinemque ipsius auctoritate exercendae confert.
Reg. Smolka, Archiwa. p. 244.

3400. *Budae, 29. Martii.*
Mathias rex Hungariae Georgio regi Bohemiae de Giskra et de rege Poloniae, iura quaedam ad regnum Hungariae praetendente, queritur auxiliumque contra eos ab eo petit.
Katona, Hist. Crit. XIV. p. 106. — (Palacky, Urkd. Beiträge in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 150. p. 143.

3401. *Romae, 30. Martii.*
Calixtus III. papa Socios Prussicos excommunicat.
Duellius, Hist. ord. Teut. Pars II. Nr. 55. — Kries, Memoria Saecularis Lit. E. 2. nota 1. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 1. p. 1.

3402. *S. l. a. et die (in Martio?)*
Anonymus quidam papae de causa episcopatus Culmensis, nominatim de duobus electis episcopis, de Laurentio a partibus Ordinis promoto, quem procurator Ordinis circumvenire conatus sit, et de Bartholomaeo, partibus Polonorum favente, scribit.
Excerpt. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 629. p. 507. — **Cf.** alias litteras ex a. 1457—1459., ad hanc causam spectantes, ibid. passim.

3403. *Rigae, 7. Aprilis (Freitag vor Quasi modo geniti).*
Magister Livoniae commendatori Elbingensi exprobrat, quod auxilia sua usque ad oppidum Gniew missa sint, significatque capitaneum Danicum cum hominibus Regiomontum venturum esse.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1994. p. 39.; die: 5. Aprilis soluto.

3404. *Romae, 12. Aprilis.*
Petrus Milinus, causarum procurator, magistro generali de causa episcopatus Culmensis scribit significatque inter alia papam, regis Poloniae precibus postpositis, electo Ordinis favere.
Excerpt. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 631. p. 508.

3405. *Romae, 12. Aprilis.*
Aeneas Sylvius magistrum generalem rogat, ut, cum episcopatus Warmiensis ipsi collatus sit, bona eiusdem restituat, significat fore, ut antiepiscopus suus sententiis ecclesiasticis afficiatur, legatum denique suum, Bartholomaeum, ei commendat.
(Voigt in) Archiv für öst. Gesch. XVI. Nr. 558. p. 421. — SS. rerum Pruss. IV. p. 252.

3406. *S. l. 13. Aprilis.*
Legatus ducis Saxoniae Wilhelmi de suis in Silesia actionibus refert significatque inter alia regem Poloniae legatos ad conventionem Wratislaviam missurum animumque eius esse prohibere, ne Georgius regnum Bohemiae adipiscatur.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. Tom. XLII. Nr. 166. p. 227.

3407. *S. l. (Gedani), 16. Aprilis.*
Gedanum Lubecae inter alia pro studiis Lubecae et Adolphi ducis Schlesvicensis, ut reges Daniae et Poloniae reconcilientur, gratias agit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 607. p. 442.

3408. *Strucktorpp, 18. Aprilis.*
Adolphi ducis Schlesvicensis et Lubecae civitatis de pace in Prussia restituenda pactiones.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 608. p. 443.

3409. *Petricoviae, 26. Aprilis.*
Casimirus rex patris sui Jagellonis statutum contra eos, qui excommunicationis sententiam ultra annum sustinent, editum, dd. 31 Januarii 1433 (vide Nr. 1864), confirmat.
Vol. Leg. I. p. 193. — Bandtkie, Jus Pol. p. 246.

3410. *Wratislaviae, 27. Aprilis.*
Wenceslaus Schingk senatui cuidam novas res ex conventione Wratislaviensi nuntiat atque Giskram cum rege Poloniae facere significat.
(Palacky, Urkd. Beitr. in) Fontes rer. Austr. Dipl. Tom. XX. Nr. 155. p. 149.

3411. *S. l. a. et die (Gedani, in Aprili).*
Gedanum Lubecae pro studiis una cum Adolpho duce Schlesvicensi adhibitis, ut Daniae et Poloniae reges inter se reconcilientur, gratias agit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 606. p. 442. — **Cf.** Nr. 3408.

3412. *Kłajpeda, 2. Maii.*
Wennemar Plather, dux praesidii in Kłajpeda, magistrum generalem de periculis huic castro a partibus Samogitarum, Polonorum et Gedanensium imminentibus certiorem facit opemque ab eo petit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1995. p. 39. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1948. p. 207.

3413. *Regiomonti, 9. Maii.*
Magister generalis a marchione Brandenburgensi petit, ut Ordinem cum rege Poloniae reconciliare conetur.
Riedel, Cod. dipl. Brand. Suppl. Nr. 74. p. 75.

3414. *Elbingae, 13. Maii.*
Gubernatoris Prussiae mandatum, legatis, Reinhold Niderhof et Bernt Pawest, ad agendum cum Christiano rege Daniae de pace vel indutiis ineundis datum.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 609. p. 443. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 245.

3415. *Romae, 13. Maii.*
Calixtus III. papa regem Poloniae hortatur, ut una cum imperatore et rege Hungariae Turcas aggrediatur et a pace cum iisdem Turcis ineunda abhorreat.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 13. Tom. X. p. 143. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 158. p. 114.

3416. *Romae, 13. Maii.*
Idem Mathiam regem Hungariae ad idem bellum suscipiendum et ad foedus cum principibus christianis, etiam cum rege Poloniae, ineundum hortatur.
Katona, Hist. Crit. XIV. p. 127.

3417. *Romae, 26. Maii.*
Idem eidem de eodem argumento iterum scribit.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 484. p. 315.

3418. *Romae, 26. Maii.*
Idem Michaëli gubernatori Hungariae de eodem argumento scribit.
Theiner, MM. Hung. II. Nr. 485. p. 316.

3419. *Romae, 26. Maii.*
Idem matri regis Hungariae de eodem argumento scribit.
Theiner, MM. Hung. II. Nr. 486. p. 316.

3420. *Tosk, 1. Junii.*
Przymko dux Oświecimensis et Tostensis fratrem suum Janussium cum rege Poloniae a se reconciliatum esse testatur promittitque se litteras regis sibi commissas rediturum, cum frater omnem pecuniam acceperit.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. II. Nr. 31. p. 611.

3421. *Stockholm, 13. Junii.*
Christianus rex Daniae testatur se Lubeca petente legatos ad regem Poloniae, gubernatorem et ordines Prussiae pacis restituendae causa misisse facturumque esse, quaecunque illi promiserint.
Reg. Hanserecesse, Pars II.. Tom. IV. Nr. 610. p. 444.

3422. *Lubecae, 17. Junii.*
Wernher Oyberstoulcz, advocatus ecclesiae Sambiensis, magistro generali inter alia de Gedani et Lubecae studiis, ut regem Daniae ab Ordinis societate retrahant, scribit
Excerpt. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 611. p. 444.

3423. *In castro Marieburgensi, 22. Junii.*
Stiborius de Poniedz, dux praesidii castri Marieburgensis, cives Marieburgenses hortatur, ut, cum rex Poloniae brevi tempore ad Marieburgum venturus sit, se dedant.
Voigt, Gesch. der Stadt Marienburg p. 584. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 362.

3424. *Colenn, 4. Julii.*
Fridericus marchio Brandenburgensis novae civitati Brandenburg pro subsidiis, sibi ad bella in Pomerania, Prussia et Polonia gesta datis, quosdam reditus oppignerat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. IX. Nr. 249. p. 191.

3425. *S. l. 6. Julii.*
Gubernator Prussiae senatui Gedanensi de suis cum rege Poloniae de bello gerendo actionibus habitis scribit rogatque eum, ut consilia sua regi data adiuvent.
Reg. Smolka, Archiwa p. 249.

3426. *Płock, 24. Julii.*
Semovitus et Wladislaus, duces Masovienses, negant se subsidia a clero sponte sua sibi data in consuetudinem tracturos esse.
Cod. Masov. Nr. 207. p. 226.

3427. *Ad Chełmno, 27. Julii.*
Casimirus rex uxori suae Elisabeth pecunias quasdam annuas in salis fodinis Bochnensibus et Wielicensibus inscribit.
Reg. Gołębiowski III. p. 346. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 170. s. die.

3428. *Gedani, 28. Julii.*
Indutiae a legatis regum Daniae et Poloniae Lubeca intercedente compositae.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 612. p. 445.

3429. *Marieburgi, 29. Augusti.*
Consules Gedanenses, Niederhof, Stargard et Meydeborg, senatui Gedanensi de actionibus super pace ineunda Marieburgi habitis referunt atque de consilio a legatis Polonis proposito, ut ordo Teutonicus in Podoliam transferatur, commemorant.
Reg. Smolka, Archiwa p. 252.

3430. *Romae, 3. Septembris.*
Pius II. papa Casimiro regi Poloniae Gregorium, qui post Isidori abdicationem metropolita Russiae unitus a Calixto III. papa constitutus fuerit, commendat.
(II. Sofijska Letop. in) Połnoje Sobranije VI. p. 167. sine die (ruth.) (a. a m. cr. 6966 (!), Pontif. anno I). — Pelesz, Gesch. der Union I. p. 471. nota 114.

3431. *Kopenhagen, 21. Septembris.*
Rex Daniae magistro generali a militibus suis indutias cum Gedanensibus usque ad 24. Augusti initas actionesque cum eis et cum Polonis 1. Maii Lubecae habitas esse nuntiat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1997. p. 39.

3432. *Riesenburg, 12. Octobris.*
Casimirus rex cum ordine Teutonico indutias usque ad diem S. Margarethae, i. e. 13. Julii, anni sequentis sancit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 1999. p. 40. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1949. p. 207.

3433. *Riesenburg, 14. Octobris.*
Earundem indutiarum litterae ordinis Teutonici.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2000. p. 40.

3434. *Elbingae, 19. Novembris.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo ipsi cum militibus mercenariis de diversis rebus, etiam de lite inter Daniam et Poloniam componenda, agunt.
Toeppen, Acten V. Nr. 3. p. 5. — **Fragm.** Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 620. p. 450.

3435. *S. l. 1. Decembris.*
Casimiri regis P. mandatum ad Johannem, castellanum et capitaneum Cracoviensem, ne in villis ac oppidis ecclesiarum tempore bellicae expeditionis iniuriae fiant.
Reg. Gołębiowski III. p. 321. — **Cf.** Nr. 3377.

3436. *Waldau, 24. Decembris (Am Abend der Geburt Christi 1458).*
Magister generalis commendatorem Elbingensem rogat, ut in conventione cum militibus mercenariis de indutiis obsignandis in Osterode habenda, in locum ipsius succedat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2001. p. 40.

3437. *S. l. 29. Decembris.*
Gubernator Prussiae senatui Gedanensi de magistri generalis consiliis castri Marieburgensis recuperandi scribit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 250.

3438. *S. l. et die.*
Calixtus III. papa dioecesim Wratislaviensem metropoliticae potestati archiepiscopi Gnesnensis submittit.
Reg. Smolka. Archiwa p. 86.

3439. *S. l. et die.*
Janussius dux Oświecimensis satisfactum sibi esse testatur »pro servitio in Prussia Casimiro regi militando praestito et pro stipendio sibi debito.«
Reg. Rykacz. Invent. p. 231.

3440. *S. l. et die.*
Nonnulli milites de ducatu Oświecimensi fatentur sibi esse satisfactum a rege Casimiro pro emeritis stipendiis. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 231.

3441. *S. l. et die.*
Premislaus dux Oświecimensis testatur »sibi et militibus a se conductis satisfactum esse per Casimirum regem pro stipendiis.«
Reg. Rykacz. Invent. p. 231.

3442. *S. l. et die.*
Indutiae a sacra regia maiestate ducibus Opoliensibus concessae. *(sic).*
Reg. Dogiel I. p. 545.

3443. *Kolo, s. die.*
»Articuli in conventione in Colo per dominos conclusi.«
Bandtkie, Jus Pol. p. 304. — Raczyński, Cod. Maior. Pol. Nr. 128. p. 179.

3444. *In conventione Sredensi, s. a. et die.*
»Designatio civitatum et oppidorum Maioris Poloniae, quem peditum numerum expedire debent pro ferendo subsidio castro Marienburg. Sequitur specificatio taxae pro expeditione militum ad bellum contra Crucigeros.«
Raczyński, Cod. Maior. Polon. Nr. 129. p. 181.

1459.

3445. *Regiomonti, 7. Januarii.*
Magister generalis a commendatore Elbingensi petit, ut a militibus mercenariis salvum conductum legatis de Livonia venientibus impetret.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2002. p. 40.

3446. *S. l. (Gedani), 15. Januarii.*
Gedanenses Stiborio de Poniedz, castrum Marieburgense pignoris loco tenenti, ad eius litteras de tradendo ipsis castro illo respondent.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 276. b. — **Vers. Pol. Malinowski ed.** Wapowski III. p. 384.

3447. *Petricoviae, 27. Januarii.*
Salvus conductus a Casimiro rege Włodkoni, castellano Naklensi, et militibus eius datus.
Reg. Rykacz. Invent. p. 301.

3448. *S. l. (Gedani), 1. Februarii.*
Gedanum civitatibus Stralsund et Wismar indutias inter Poloniam et Daniam Lubeca intercedente initas esse significat, cumque ad illas a se arbitrium delatum sit, petit ab eis, ut hoc munus suscipere velint.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 678. p. 480. **Cf.** ibid. Nr. 685.

3449. *S. l. (Gedani), 1. Februarii.*
Gedanum Lubecae de eodem argumento scribit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 245.

3450. *S. l. 4. Martii.*
Mandatum legatis ordinum Prussiae ad conventionem in Chełmno de pace acturam datum.
Toeppen, Acten V. Nr. 4. p. 13. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 253.

3451. *S. l. (Chełmno), 4. Martii.*
Recessus conventionis in Chełmno habitae.
Toeppen, Acten V. Nr. 5. p. 17. **Cf.** ibid. Nr. 6. p. 23. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 253.

3452. *Senis, 6. Martii (Pontif. a. I).*
Pius II. papa Jacobum Roth de Dambus, decanum Gnesnensem, a culpa homicidiorum absolvit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 159. p. 115.

3453. *Grodno, 17. Martii.*
Casimiri regis mandatum, legatis suis ad pacis actiones cum legatis Christiani regis Daniae in conventione Lubecae 1. Maii habendas datum.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 680. p. 480.

3454. *Chełmno, 23. Martii.*
Salvus conductus legatis regis Poloniae, in quorum numero Johannes Długosz invenitur, datus, ut Thorunio et Nieszawa in civitatem Chełmno ad pactiones suscipiendas proficisci possint.
Reg. Smolka, Archiwa p. 253.

3455. *S. l. (Stralsund), 25. Martii.*
Stralsund civitas Lubecae significat se, cum a Gedano arbitra electa sit, legatos suos ad conventionem 1. Maii Lubecae habendam missuram esse.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 681. p. 481.

3456. *Hintzegawel, 30. Martii.*
Christiani regis Daniae mandatum, legatis suis ad pacis actiones cum legatis regis Poloniae in conventione Lubecae 1. Maii habendas datum.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 682. p. 481.

3457. *S. l. (Gedani), ante 1. Aprilis.*
Gedanum Rigae respondet se indutias inter Ordinem et Poloniam initas servaturam esse.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 686. p. 484.

3458. *In ripa fluvii Dniester, 4. Aprilis.*
Stephanus palatinus Moldaviae pollicetur se articulos conventionis a suis atque Casimiri regis oratoribus constitutos servaturum esse.
Dogiel, Cod. d. Pol. I. p. 602.

3459. *Troki, 21. Aprilis (a. a m. cr. 6967. Ind. VII).*
Iwan Jurjewicz Nowosielski et Odojewski dux una cum Theodoro et Wassilio Michajłowicz ducibus regi Casimiro fidem servitiaque pollicentur. (Litterae Iwani).
Muchanow, Sbornik Nr. 9. p. 11. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 63. p. 77. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 1950. p. 207.

3460. *S. l. 1—5. Maii.*
Gedanensium accurata relatio de actionibus inter Polonos et Danicos legatos Lubecae habitis.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 692. p. 486—491.

3461. *S. l. (Lubecae), 1—13. Maii.*
Recessus actionum Lubecensium.
Reg. Smolka, Archiwa p. 246.

3462. *S. l. (Lubecae), 5. Maii.*
Arbitri ad litem Daniae et Poloniae regum dirimendam electi indutias ad quadriennium prorogant.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 693. p. 491.

3463. *Colen, 20. Maii.*
Fridericus marchio Brandenburgensis antiquae civitati Brandenburg pro pecunia in bello inter Prussiam et Poloniam gesto persoluta quosdam reditus oppignerat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. IX. Nr. 250. p. 192.

3464. *S. l. (Gedani), 15. Junii.*
Gedanum Lubecae de Ordine conqueritur, quod indutias ruperit et quominus pax perpetua iniretur, impediverit; se bellum 13. Julii renovaturum significat atque de portubus Ordinis visitandis praemonet.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 697. p. 495.

3465. *S. l. (Gedani), 15. Junii.*
Eadem civitas regi Daniae, duci Burgundiae, senatui Sueciae civitatibusque quibusdam de eodem argumento scribit.
Excerpt. Schütz, Hist. r. Pruss. (lat.) p. 446. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 253.

3466. *Gedani, 25. Junii.*
Eadem Lubecae de Christiano rege Daniae. quod indutias ruperit conqueritur et ut eum una cum Adolpho duce Schlesvicensi coërceat, ab ea petit.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 698. p. 496.

3467. *Dondangen, 26. Junii.*
Paulus episcopus Curoniae magistro generali scribit spemque suam fore, ut actiones suae cum archiepiscopo et ordine Livoniae habitae pacem cum Polonis et Gedanensibus restituant, exprimit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2004. p. 41.

3468. *Mantuae, 5. Julii.*
Pius II. papa Marinum de Fregeno nuntium et collectorem cruciatae contra Turcas suscipiendae pro Suecia, Norvegia, Graecia, Lithuania et dioecesi Leopoliensi a se constitutum esse significat.
AGZ. Nr. 32. p. 48.

3469. *S. l. (Posnaniae), 17. Julii.*
Capitulum Posnaniense Casimiro regi 20 marcas donat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 52.

3470. *Thessinii, 19. Julii.*
Premislaus dux Oświecimensis compositionem certam facit inter regem Casimirum et fratrem suum ducem Oświecimensem occasione stipendii in Prussia promeriti. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

3471. *Posnaniae, ante 22. Julii.*
Casimirus rex Leonardo Wlodkoni de Danaborz castrum et civitatem Człuchow et Chojnice aliaque oppida et villas in summa 12.000 aureorum obligat et de omni securitate cavet. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 90.

3472. *Mantuae, 1. Augusti*
Pius II. papa omnibus ad civitatem Capham contra Turcas defendendam euntibus indulgentiam a Calixto III. papa concessam ad annum prorogat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 163. p. 118. **Cf.** ibid. NNr. 161. 162.

3473. *S. l. (Gedani), 3. Augusti.*
Senatus Gedanensis senatum Poloniae rogat atque obsecrat, ut Poloni Prussiam fortius contra Ordinem adiuvent.
Reg. Smolka, Archiwa p. 254.

3474. *S. l. (Wratislaviae), 3. Augusti.*
Mandatum a senatu Wratislaviensi legatis suis ad regem Poloniae missis datum, quo propter bellum contra Bohemos imminens ab eodem rege militum commeatuumque in Polonia conducendorum licentiam petunt.
(Eschenloer in) SS. rerum Siles. VII. p. 49. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 379.

3475. *S. l. (Gedani), 17. Augusti.*
Gedanum Lubecae significat sese Rigam quidem commerciis prohibere, civitatis tamen Reval mercaturam commeatumque non impedire constituisse.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 702. p. 497. **Cf.** ibidem Nr. 703.

3476. *Mantuae, 16. Septembris.*
Pius II. papa regem Poloniae et ordinem Teutonicum hortatur, ut discordias inter se componant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 165. p. 120.

3477. *Petricoviae, 17. Septembris.*
Casimirus rex mercibus Posnaniae et Gnesnae vendendis pretia statuit.
Raczyński, Cod. Maior. Pol. Nr 130. p. 183.

3478. *Jawor, 20. Septembris.*
Petrus Kdulinetz, magister curiae regis Bohemiae, Eger civitati inter alia de Wratislaviensibus a rege Poloniae per legatos frustra opem petentibus scribit.
(Kürschner in) Schles. Zeitschrift Tom. VIII. p. 407. — (Bachmann in) Fontes rer. Austr. Diplom. Tom. XLII. Nr. 206. p. 284.

3479. *Mantuae, 20. Septembris.*
Pius II. papa Hieronymo archiepiscopo Cretensi et Francisco de Toleto, nuntiis apostolicis, mandat, ut regem Poloniae et ordinem Teutonicum ad concordiam ineundam inducant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 167. p. 121.

3480. *Petricoviae, in Septembri.*
Diarium comitiorum Petricoviensium a partibus Prussorum conscriptum.
Reg. Smolka, Archiwa p. 253.

3481. *S. l. et die (Wratislaviae, post 1. Octobris).*
Senatus Wratislaviensis ordinibus Poloniae Posnaniae congregatis scribit, petit ab eis, ut ad legationem suam benevolum responsum mittatur, deque pugna sua 1. Octobris commissa refert.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 62.

3482. *S. l. (Gedani), 12. Octobris.*
Gedanum Rigae inter alia significat se propter bellum inter Poloniam et Ordinem gestum actiones de pace a Riga propositas accipere non posse suadetque ei, ut archiepiscopo Rigensi et episcopo Curoniae, qui in Poloniam profecturi dicantur, legatos suos adiungat.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 704. p. 499.

3483. *Jutroschin, 16. Octobris.*
Ordines Poloniae senatui Wratislaviensi ad litteras sub Nr. 3481. notatas respondent significantque fore, ut petitum responsum regis et ordinum per Nicolaum de Kalisz ei mittatur.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 63.

3484. *Pragae, 20. Octobris.*
Hieronymus, nuntius apostolicus, in oratione sua coram rege Bohemiae de bello contra Turcas suscipiendo habita de Polonia mentionem facit.
(Bachmann in) Fontes rerum Austr. Dipl. Tom. XLII. Nr. 208. p. 290.

3485. *Mantuae, 1. Novembris*
Pius II. papa episcopo Cracoviensi concedit, ut Simonem monachum monasterii S. Crucis Calvi Montis a quodam casu absolvere possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 169. p. 131.

3486. *Regiomonti, 11. Novembris.*
Magister generalis caesari et principibus imperii narrat, quo modo Marieburgum a Polonis occupatum sit et ipse in Chojnice sese receperit.
Voigt, Gesch. v. Marienburg p. 448. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 325.

3487. *Mantuae, 12. Novembris.*
Pius II. papa censuras in ordines Prussiae latas, cum archiepiscopus Cretensis de pace acturus a se missus sit, suspendit.
Preuss. Sammlung III. p. 174., falso dato adscripto. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 10. p. 31. — **Cf.** Cod. Epistolaris saec. XV., Pars II. Nr. 172. p. 193.

3488. *Elbingae, 26. Novembris.*
Recessus ordinum Prussiae, in quo ipsi de gubernatore novo Prussiae eligendo agunt.
Fragm. Toeppen, Acten V. Nr. 11. p. 31.

3489. *Wratislaviae, 1. Decembris.*
Wratislavienses in responso, ad Hieronymi nuntii apostolici legationem dato, de reginae Poloniae Elisabeth ad regnum Bohemiae iuribus commemorant.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 73.

3490. *S. l. (Gedani), 7. Decembris.*
Gedanum Lubecam de Bałga et Kłajpeda civitatibus visitandis iterum praemonet.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 701. p. 497.

3491. *Thorunii, 9. Decembris.*
Senatus Thoruniensis legatis suis scribit seque de decretis conventionis Elbingae 25. Novembris habitae consentire significat.
Toeppen, Acten V. Nr. 12. p. 32.

3492. *S. l. (Gedani), 12. Decembris.*
Senatus Gedanensis regem Poloniae rogat atque obsecrat, ut se contra Ordinem fortius adiuvet.
Reg. Smolka, Archiwa p. 255.

3493. *Petricoviae, 18. Decembris.*
Casimirus rex contributionem ad bellum Prussicum constitutam iuribus terrae Russiae derogaturam negat.
AGZ. VI. Nr. 33. p. 51.

3494. *Petricoviae, 19. Decembris.*
Idem propter bellum Prussicum contributionem »Czysza« dictam constituit.
Reg. (Rasp in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. XLIII. p. 428.

3495. *Mantuae, 23. Decembris.*
Pius II. papa Casimirum regem hortatur, ut sive legato suo sive archiduce Alberto intercedente, pacem cum Ordine ineat.
Raynaldi Ann. h. a. Nr. 74. Tom. X. p. 212. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 396. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1953. p. 207.

3496. *Konigsbergae, sine die.*
Ludovicus Erlichshausen paciscitur indutias cum Casimiro rege ad viginti mensium decursum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 90.

3497. *In conventione Petricoviensi, sine die.*
Instrumentum publicum sub nomine Nicolai Spicimeri, quo continetur recognitio Ulrici Czerwonka supremi capitanei in Marienburg et stipendiariorum militum quondam magistri Prussiae satisfactionem sibi per Casimirum regem praestitam. Casimirus cum Leonardo Vlodkone de Danaborz pro tenuta Człuchoviensi componit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 89.

3498. *Radziejów, sine die.*
Casimirus rex Michaëli, cancellario Moldaviae, concedit super exemptionem bonorum Lubkowice. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 259.

3499. *S. l. et die.*
Idem Stiborium de Baisen gubernatorem Prussiae constituit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 200.

3500. *S. l. (Petricoviae), s. die.*
»Conclusiones Petricovienses.«
Bandtkie, Jus Pol. p. 306.

1460.

3501. *Mantuae, 10. Januarii (Pontif. anno II).*
Pius II. papa Paulo de Legendorf, administratori ecclesiae Warmiensis, absolvendi aliquos Societati Prussicae adhaerentes licentiam concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 172. p. 134.; a. 1459. adscripto.

3502. *Mantuae, 11. Januarii.*
Idem ordinationes quasdam capituli Gnesnensis de duabus praebendis conferendis confirmat
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 173. p. 135.

3503. *S. l. (Gedani), 15. Januarii.*
Gedanum Rigae et Reval civitatibus significat se commerciis earum concessurum, civitatum tamen Balga et Kłajpeda mercaturas commeatusque impediturum esse.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 756. p. 527.

3504. *Pragae, 15. Januarii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis et Franciscus de Toleto, nuntii apostolici, Pio II. papae de suis cum regibus Bohemiae et Poloniae actionibus habitis referunt.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 168. p. 126—128.

3505. *S. l. 15. Januarii.*
Casimirus rex senatui Gedanensi scribit sententiamque in Ordinis gratiam ab Alberto archiduce Austriae latam esse negat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 255.

3506. *S. l. (Gedani), 11. Februarii.*
Senatus Gedanensis Casimiro regi ad epistolam supra notatam respondet, nuntios, quos archiducis et papae legati attulerint, ab eo petit rogatque, ne pacem inter Ordinem atque Masoviam fieri permittat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 255.

3507. *S. l. (Rigae), 13. Martii.*
Riga Gedano inter alia pro inimicitiis coërcitis gratias agit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 765. p. 533. Cf. ib. Nr. 756.

3508. *Cracoviae, 17. Martii.*
Paulus de Szczekociny et Stanislaus Romornicki, »rotmagister,« testantur se a Wratislaviensibus 230 flor. stipendii nomine pro 100 equitibus recepisse.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 37. p. 40.

3509. *Wilnae, 27. Martii.*
Casimirus rex Olechno Sidumontowicz gubernatori Polocensi praecipit, ut Połock armari iubeat.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 64. p. 79. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 399.

3510. *Leopoli, 4. Aprilis.*
Libertas ab omnibus per totum regnum Poloniae teloneis Michaëli cancellario Moldaviae et factori ipsius a Casimiro rege concessa. *(sic).*
Reg. Gołębiowski II. p. 357. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 139.

3511. *Leopoli, 7. Aprilis.*
Casimirus rex testatur contributionem ad bellum Prussicum gerendum constitutam nihil de iuribus Leopolis civitatis derogaturam esse.
AGZ. VI. Nr. 37. p. 58.

3512. *Senis, 29. Aprilis.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis a Wratislaviensibus inter alia petit, ut sibi novas res ex Polonia et Prussia nuntient.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 39. p. 43.

3513. *S. l. (Gutstadt), 4. Maii.*
Senatus de Gutstadt Stiborio de Baisen, gubernatori Prussiae, neminem ex episcopatu (Warmiensi?) Ordini subsidio venturum esse nuntiat.
Toeppen, Acten V. Nr. 13. p. 33.

3514. *Sandomiriae, 5. Maii.*
Casimirus rex testatur contributionem ad bellum Prussicum gerendum constitutam nihil de iuribus episcopi Premisliensis Nicolai derogaturam esse.
Reg. Pawłowski, Premislia p. 114.

3515. *S. l. (Rigae), 17. Maii.*
Riga Lubecam rogat, ut Gedanum ad declarandum permoveat, velitne Rigenses hostiliter tractare nec ne.
Hanserecesse, Pars II. Tom. IV. Nr. 768. p. 534.

3516. *Lanciciae, 4. Junii.*
Marcissus de Wilkonia iudex terrae Wielunensis Casimiro regi obligat fidem suam, quod castrum Wielunense nemini nisi regi aut filiis eius aut ordinibus regni traditurus sit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 309.

3517. *Suczawa, 3. Julii.*
Stephanus palatinus Moldaviae mercatoribus Polonis liberam mercaturam in terris suis concedit.
AGZ. VII. p. 237.

3518. *S. l. (Rigae), 7. Julii.*
Riga Lubecae de commerciis inter Rigam et Gedanum intercedentibus scribit.
Reg. Hanserecesse, Pars II. Tom. IV Nr. 769. p. 535.

3519. *Posnaniae, 9. Julii.*
Albertus abbas cum conventu suo Lubinensi Casimiro regi promittit fore, ut posthac abbates eo invito non consecrentur.
Vol. Leg. I. p. 197. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 333. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 286.

3520. *Posnaniae, 10. Julii.*
Andreas episcopus Posnaniensis Casimiro regi idem promittit.
Vol. Leg. I. p. 198. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 333. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 286.

3521. *Rigae, 12. Julii (am Abend Margarethae).*
Ordo Livoniae magistro generali neminem in Prussiam proficisci velle significat, cum redeuntes male recepti sint.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2009. p. 41.; die: 11. Julii soluto.

3522. *Landshut, 17. Julii.*
Foedus inter Ludovicum comitem palatinum Rheni, ducem Bavariae et Casimirum regem Poloniae initum, quo comprehenduntur

duces Masoviae, Pomeraniae, Stolpiae aliique principes regi et regno Poloniae subiecti. (Litterae Ludovici).
Dogiel, Cod. d. Pol. I. p. 383. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 18. — **Cf.** NNr. 3523. et 3529.

3523. *Landshut, 17. Julii.*
Aliae litterae eiusdem foederis.
Reg. Rykacz. Invent. p. 19.

3524. *Thorunii, 2. Augusti.*
Stiborius de Baisen gubernator Prussiae senatui Gedanensi de comitiis Petricoviensibus consiliisque in eis de bello Prussico fortius gerendo captis refert.
Reg. Smolka, Archiwa p. 256.

3525. *In castro Marieburgensi, 6. Augusti.*
Stiborius de Baisen gubernator Prussiae et Johannes de Kościelec palatinus Inowratislaviensis cum civibus Marieburgi pactionem super hac civitate regi Poloniae tradenda ineunt.
Voigt, Gesch. der Stadt Marienburg p. 585. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 403.

3526. *Calissii, 11. Augusti.*
Pax perpetua inter Casimirum regem Poloniae et Conradum Album ducem Silesiae inita. (Litterae Casimiri?)
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

3527. *S. l. (Gedani), 12. Augusti.*
Senatus Gedanensis regi Poloniae Marieburgum occupatum esse nuntiat rogatque eum, ut captivi Marieburgenses ipsi tradantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 256. — **Cf.** responsum regis in Cod. Epist. Saec. XV. Pars II. Nr. 182. p. 204.

3528. *Wolow, 16. Augusti.*
Pacis sub Nr. 3526. notatae litterae Conradi Albi.
Reg. Dogiel I. p. 545. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 59.

3529. *Landshut, 3. Septembris.*
Foedus inter Ludovicum palatinum Rheni, ducem Bavariae et Casimirum regem Poloniae initum. (Litterae Ludovici).
Dogiel I. p. 383. — **Cf.** NNr. 3522. et 3523.

3530. *S. l. 5. Septembris.*
Casimirus rex senatui Gedanensi fortiora auxilia promittit suadetque, ut ripae Vistulae fluminis muniantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 256.

3531. *S. l. (Gedani), 16. Septembris.*
Senatus Gedanensis Casimirum regem rogat, ut pacem citius ineat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 257.

3532. *S. l. (Gedani), 22. Septembris.*
Idem eundem rogat, ut auxilia promissa statim mittantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 257.

3533. *Nieszawa, 22. Septembris.*
Casimirus rex civibus Thoruniensibus spondet se oppidum Nieszawa diruturum esse.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 605. p. 920.

3534. *Nieszawa, 24. Septembris.*
Idem diruto oppido Nova Nieszawa e villa Roskidalino oppidum pari nomine Nova Nieszawa dictum constituit.
Rzyszcz. et Muczk., Cod. d. Pol. II. 2. Nr. 606. p. 923.

3535. *S. l. (Gedani), 7. Octobris.*
Senatus Gedanensis regi Poloniae de Lauenburg et Bytow ab Erico duce Pomeraniae Ordini traditis refert rogatque eum, ne comitia Petricoviensia, antequam legati Gedanenses venerint, dissolvantur neve exercitus Poloni hieme ex Prussia reducantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 257.

3536. *Pragae, 17. Novembris.*
Georgius de Podiebrad rex Bohemiae legatis suis pacem cum Casimiro rege Poloniae ineundi concedit potestatem.
Dogiel I. p. 10. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 391. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 33. — **Reg.** Dudik, Forschungen in Schweden. App. F. p. 455.

3537. *Lebusz, 20. Novembris.*
Fridericus, episcopus Lebusiensis et cancellarius, Friderico marchioni Brandenburgensi de actionibus cum senatoribus Polonis habitis, de duce Glogoviensi Henrico copias parante, cett., scribit. Adiunguntur tres appendices de damnis ab officialibus marchionis Polonis illatis.
Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 234. p. 176—180.

3538. *Habelberg, 24. Novembris.*
Fridericus marchio Brandenburgensis regi Poloniae conventionem super litibus subditorum suorum componendis habendam proponit.
Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 235. p. 180.

3539. *Romae, 24. Novembris.*
Pius II. papa capitulo Cracoviensi Jacobum de Sienno ecclesiae Cracoviensi a se episcopum praefectum esse annuntiat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 176. p. 137.

3540. *Bytom, 29. Novembris.*
Legati Casimiri regis Poloniae cum legatis Georgii regis Bohemiae foedus paciscuntur. (Litterae Polonorum).
Dogiel I. p. 10. — Riedel, Cod. d. Brand., Suppl. Nr. 78. p. 85. (teut.; die: 25. Novembris adscripto. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapowski III. p. 392. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 34.; die: 24. Julii notato. — **Reg.** Mosbach, Przyczynki p. 109.; die: 25. Novembris notato. — Cf. (Markgraf in) Sybels Hist. Zeitschrift Tom. XXI. p. 273. notam et Caro, Gesch. Pol. V. p. 180. notam 2.

3541. *Bytom, 29. Novembris.*
Eiusdem foederis litterae legatorum Bohemorum.
Dogiel I. p. 12. — (Palacky in) Fontes rerum Austr. Dipl. Tom. XX. Nr. 231. p. 236. — **Reg.** Dudik, Forschungen in Schweden, App. F. p. 455.; die: 24. Julii adscripto.

3542. *Holland, 19. Decembris.*
Duces militum mercenariorum Polonorum cum Ordine indutias usque ad tempus, quo ipsis stipendia persolvantur, ineunt.
Kotzebue, Preuss. Gesch. IV. p. 366. — **Reg.** SS. rerum Pruss. IV. p. 573. nota 1. — **Reg.** Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 635. p. 512.

3543. *Olomuncii, 24. Decembris.*
Georgius rex Bohemiae comprobat contractus inter suos et Casimiri regis Poloniae nuntios initos ac praeterea suo et regni Bohemiae nomine promittit, quod pro ducibus Masoviae non instabit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 345.

3544. *S. l. et die.*
Premyslaus, dux Oświecimensis et Tessinensis, Casimirum regem de 1200 florenis quietat. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

1461.

3545. *Olmuntiae, 4. Januarii.*
Georgius rex Bohemiae senatui Wratislaviensi pacem cum rege Poloniae a se renovatam denuntiat interdicitque, ne Poloniam invadant neve eodem monetam spuriam inducant.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 109.

3546. *Romae, 16. Januarii.*
Pius II. papa Hieronymo archiepiscopo Cretensi concedit potestatem, ut ordinem Teutonicum cum rege Poloniae reconciliare possit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 205.

3547. *Brzeszcze, 22. Februarii.*
Casimirus rex Georgium regem Bohemiae rogat, ut Ulricum Czerwonka captum liberet.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. Tom. XX. Nr. 236. p. 240.

3548. *S. l. 5. Aprilis.*
Gabriel Baisen et senatus Thoruniensis gubernatori Prussiae suadent, ut ad regem Poloniae legationem de capitaneis Polonis questuram mittat.
Fragm. SS. rer. Pruss. IV. p. 621. nota 1. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 264. nota.

3549. *Romae, 5. Aprilis.*
Fantinus de Valle Georgio regi Bohemiae scribit et inter alia de »cardinali Rutheno ex morbo apoplectico graviter laborante« commemorat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. Tom. XX. Nr. 238. p. 243.

3550. *Budae, 24. Maii.*
Mathias rex Hungariae Bardyów oppidum hortatur, ut contra praedones, qui ex Polonia venerint, arma capiant.
Katona, Hist. Crit. XIV. p. 451.

3551. *Sandomiriae, 27. Maii.*
Casimirus rex privilegia Armeniensium Leopoliensium confirmat.
Reg. (Rasp in) Archiv für öst. Gesch. Tom. XLIII. Nr. 48. p. 429. Cf. ibid. Nr. 51.

3552. *Romae, 30. Maii.*
Pius II. papa hospitali et ecclesiae S. Spiritus in Cracovia omnia privilegia hospitali S. Spiritus in Saxia de Urbe concessa confirmat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 179. p. 141.

3553. *Romae, 2. Junii.*
Idem electionem Jacobi episcopi Cracoviensis ratam declarat et censuris ecclesiasticis animadvertit in omnes, qui eandem impugnare audeant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 178. p. 139.

3554. *Cracoviae, 11. Junii.*
Przemko Tessinensis et Conradus Oleśnicensis duces testantur se litem quandam inter Janussium ducem Oświecimensem et regem Poloniae exortam composuisse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 231. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 32. p. 612.

3555. *Cracoviae, 16. Junii.*
Casimirus rex senatui Gedanensi suum adventum significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 257.

3556. *Cracoviae, 26. Junii.*
Universitas Cracoviensis Pio II. papae in causa Jacobi de Sienno, a papa contra regis voluntatem episcopi Cracoviensis facti, scribit.
Cod. Univ. Cracov. II. Nr. 195. p. 202.

3557. *Cracoviae, 16. Julii.*
Elisabeth regina Poloniae Andream de Tęczyn et cives Cracovienses interposito vadimonio 80.000 marcarum obligat, ut dissensiones suas ad proximum regis adventum iudicandas differant.
Piekosiński, Cod. d. Civit. Cracov. Vol. I. Nr. 170. p. 241.

3558. *S. l. et die (Wratislaviae, in Julio).*
Wratislavienses Pio II. papae scribunt et inter alia de innumeris hominibus ex Prussia Wratislaviam petentibus commemorant.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 60. p. 59.

3559. *Viterbo, 8. Augusti.*
Anonymus (Antonius Marini) regi Bohemiae de foedere contra Turcas a se proposito, quo et Poloni comprehendantur, scribit.
Časopis Českeho Muzeum ex a. 1828. Fasc. III. p. 24. **Cf.** ibid. p. 3.

3560. *Łęczno, 13. Augusti.*
Casimirus rex senatui Gedanensi se fines Prussiae transgressum nuntiat deque Conrado duce Oleśnicensi, qui salvum conductum, ut de pace agere posset, acceperit, scribit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 258.

3561. *In castris ad Chojnice, 12. Septembris.*
Casimirus rex apud Eduardum regem Angliae pro privilegiis civitatum Prussiae confirmandis intercedit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 258.

3562. *S. l. (Gedani), 22. Septembris.*
Senatus Gedanensis Christiano regi Daniae scribit seque, priusquam rex Poloniae interrogetur, condiciones eius de pace componenda accepturum negat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 246.

3563. *S. l. (Gedani), 22. Septembris.*
Idem eidem de piratis suis, qui subditis Danicis parcere iussi sint, scribit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 246.

3564. *Bidgostiae, 25. Septembris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo actiones ipsorum cum rege Poloniae de bello fortius gerendo continentur.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 292. b. — Toeppen, Acten V. Nr. 18. p. 38. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wapow. III. p. 431. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 258.

3565. *Norimbergae, 11. Novembris.*
Johannes Brune senatui Francofurtensi scribit et inter alia de legatis regis Poloniae Pragae versantibus mentionem facit.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 1. Nr. 302. p. 194.

3566. *Gedani, 11. Novembris.*
Socii Prussici fidem Societati servandam renovant.
Toeppen, Acten V. Nr. 20. p. 47.

3567. *Romae, 17. Novembris.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi scribit significatque inter alia se sperare fore, ut ipse a papa brevi tempore in Poloniam mittatur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 64. p. 66.

3568. *Gedani, 28. Novembris.*
Senatus Gedanensis Thorunio de conventione Elbingae habenda, de Societate renovanda, de castro Świecie, cett., scribit.
Toeppen, Acten V. Nr. 21. p. 48.

3569. *Gedani, 9. Decembris.*
Senatus Gedanensis Thorunio de conventione Neustadtensi et Elbingensi, de mercede militibus persolvenda, de Stargard oppido amisso, cett., scribit.
Toeppen, Acten V. Nr. 22. p. 49.

3570. *Romae, 9. Decembris.*
Pius II. papa regi et reginae Poloniae altare portatile et ut missae ante diem eis celebrari possint, concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 180. p. 142.

3571. *Romae, 9. Decembris.*
Idem regi Poloniae indulget, ut missae etiam post meridiem celebrari ei possint.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 181. p. 142.

3572. *Pragae, 11. Decembris.*
Georgius rex Bohemiae Pio II. papae inter alia de studiis suis, ut pax inter Ordinem et Poloniam restituatur, scribit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 66. p. 67.

3573. *Korczyn, 12. Decembris.*
Casimirus rex Elisabeth uxori suae dotis et donationis propter nuptias nomine certos tractus, civitates, oppida et villas obligat.
Dogiel I. p. 160. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 170. sine die.

3574. *Korczyn, 14. Decembris.*
Decretum iudicii regii inter Johannem de Tęczyn castellanum Cracoviensem et cives Cracovienses de pignore quodam 80.000 marcarum in termino iudiciario peremptorio constitutum.
Piekosiński, Cod. d. Civit. Crac. Vol. I. Nr. 171. p. 241.

3575. *Romae, 14. Decembris.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi adventum suum occasione itineris in Poloniam suscipiendi indicit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 67. p. 68.

3576. *Braunsberg, 15. Decembris.*
Paulus episcopus Warmiensis magistro generali se in Prussiam, regi Poloniae adhaerentem, proficisci constituisse significat.
Toeppen, Acten V. Nr. 23. p. 50.

3577. *Elbingae, 19. Decembris.*
Recessus ordinum Prussiae, quo actiones cum episcopo Warmiensi super rationibus, quae ipsi cum Polonia et Societate intercesserint, habitae continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 24. p. 51. — **Excerpt.** Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 294.

3578. *S. l. a. et die.*
Casimirus rex archiepiscopo Gnesnensi praecipit, ut conventionem in terris Maioris Poloniae instituat, ex cuius sententia capere velit consilium de rationibus, quibus foedus cum rege Bohemiae iniri possit.
Dogiel I. p. 13.

3579. *S. l. a. et die.*
Georgii regis Bohemiae legatio ad papam de corona regis Romanorum sibi conferenda missa, in qua passim de rationibus, quae ipsi cum Polonia intercedunt, mentiones fiunt.
Höfler, Urkden d. XV. Jahrhdtes p. 50. 60. 64.

3580. *S. l. et die.*
Litterae Casimiri regis super debito 119 flor., quos civitati (Cracoviensi) tenebatur pro bombardis pro expeditione Prutenica mutuo datis. *(sic).*
Reg. Piekosiński, Cod. Civ. Crac., Vol. I. p. 241.

3581. *Śniatyn, s. die.*
Musiło de Buczacz castellanus Camenecensis obligat se Michaëli cancellario Moldaviae 50 flor., quos apud ipsum in legatione sua in Bessarabia mutuo accepit, persoluturum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 139.

1462.

3582. *Cracoviae, 5. Januarii.*
Alterum decretum iudicii regii in causa Johannis de Tęczyn castellani Cracoviensis et civium Cracoviensium de pignore 80.000 marcarum in termino iudiciario, qui »concitatus ad satisfaciendum« dicitur, factum.
Piekosiński, Cod. Civit. Crac., Vol. I. Nr. 172. p. 243. — **Cf.** Nr. 3574.

3583. *Rigae, 5. Januarii.*
Magister Livoniae magistro generali scribit, legationi ad regem Bohemiae mittendae interesse gravatur opemque ab eo petit, si Livonia a Ruthenis aliisque hostibus invadatur.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2014. p. 42.

3584. *Cracoviae, 20. Januarii.*
Casimiri regis Pol. litterae, quibus datur salvus conductus et facultas demorandi in finibus Poloniae et negotiandi Michaëli cancellario Moldaviae cum fratribus et toto comitatu. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 139.

3585. *Cracoviae, 26. Januarii.*
Casimirus rex civibus Camenecensibus propter rupta inter Kamieniec et Valachiam commercia quandam libertatem mercandi concedit.
AGZ. VI. Nr. 46. p. 69.

3586. *Gedani, 29. Januarii.*
Senatus Gedanensis Thorunienses rogat, ut ad conventionem cum rege Bohemiae indictam litteras quasdam paratas habeant.
Toeppen, Acten V. Nr. 25. p. 62.

3587. *Cracoviae, 18. Februarii.*
Barbara ducissa Ratiboriensis Stanislao cuidam 26 marcas ex proventibus duarum domorum Cracoviae sitarum vendit.
Piekosiński, Cod. dipl. Civ. Cracov., Vol. II. Nr. 455. p. 596.

3588. *Budewitz, 20. Februarii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi significat se sperare fore ut, antequam in Poloniam proficiscatur, aliquos dies apud eos versetur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 73. p. 75.

3589. *Płock, 26. Februarii.*
Wladislaus dux Masoviensis Annae matri suae terram Gostinensem confert.
Cod. Masov. Nr. 212. p. 232.

3590. *S. l. (in Februario vel Martio).*
Privilegium orig. Cath. ducissae Masoviae super libertatibus ecclesiae, cuius confirmatio proxime ante inserta est. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

3591. *S. l. (Gedani), 2. Martii.*
Senatus Gedanensis Thoruniensibus, quantas copias sumptibus suis teneat, exponit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 251.

3592. *S. l. (Gedani), 2. Martii.*
Idem Wismar et Stralsund civitatibus damna in bello sibi illata exponit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 247.

3593. *Budevis, 5. Martii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatum Wratislaviensem inter alia rogat, ut litteras suas gravis tenoris ad regem Poloniae et magistrum generalem transmittat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 74. p. 76.

3594. *Łowicz, 24. Martii.*
Wratislaviensium in Poloniam legatus Antonio Hornigk, consuli Wratislaviensi, de suis apud reginam et regem Poloniae actionibus habitis refert.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 77. p. 79.

3595. *S. l. (Wratislaviae), 5. Aprilis.*
Senatus Wratislaviensis archiepiscopum Cretensem rogat, ut citius veniat et in Poloniam proficiscatur, cum Poloni id desiderent pacisque spes adsit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 79. A. p. 83.

3596. *S. l. a. et die (Wratislaviae, post 5. Aprilis).*
Idem eundem iterum rogat, ut in Poloniam citius proficiscatur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 79. B. p. 84.

3597. *Brüx, 11—12. Aprilis.*
Legati Saxonici de suis cum Georgio rege Bohemiae actionibus habitis referunt deque consilio eiusdem regis Glogoviam ad conventionem cum rege Poloniae propositam proficiscendi commemorant.
(Bachmann, D. Wiedervereinigung der Lausitz mit Böhmen in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LXIV. p. 344.

3598. *Seida, 13. Aprilis.*
Johannes de Sleinitz, legatus Saxonicus, de suis cum Jodoco de Einsiedel actionibus habitis refert deque regis Poloniae ex uxoris consilio contra Bohemos animo invito scribit.
(Bachmann in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LXIV. p. 348.

3599. *Brześć, 20. Aprilis.*
Casimirus rex terram Bełzensem regno Poloniae incorporat.
Vol. Leg. I. p. 199.

3600. *Coloniae ad Spream, 22. Aprilis.*
Fridericus marchio Brandenburgensis electori Moguntiae conventionem regum Poloniae et Bohemiae in Maiori Glogovia habendam denuntiat, in qua uterque foedus contra ipsum initurus esse dicatur.
Reg. (Bachmann in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LXIV. p. 349.

3601. *Coloniae ad Spream, 22. Aprilis.*
Idem principibus Saxoniae de eodem argumento scribit.
Reg. (Bachmann in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LXIV. p. 349.

3602. *Budae, 27. Aprilis.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi ad litteras sub Nr. 3595. et 3596. notatas respondet, adventum suum 24. Junii eum sperare iubet atque in appendice se a rege Poloniae epistolam accepisse significat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 85. A. B. p. 92.

3603. *Viterbio, 19. Maii.*
Johannes Kitzing, legatus Wratislaviensium Romam missus, senatui Wratislaviensi scribit deque epistola quadam procuratoris Prussorum archiepiscopo Cretensi legato apostolico missa commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 87. p. 96.

3604. *Pragae, 23. Maii.*
Georgius rex Bohemiae Casimirum regem rogat, ne cives Lignicenses a Raphaële Leszczyński inquietari patiatur.
Dogiel I. p. 545.

3605. *In Maiori Glogovia, 27. Maii.*
Foedus inter Casimirum regem Poloniae et Georgium regem Bohemiae sancitum. (Litterae Georgii).
Dogiel I. p. 14. — (Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 88. p. 97. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 448. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 203. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 34. sine die. — **Reg.** Dudik, Forschungen in Schweden, App. F. p. 456. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 33. p. 612.

3606. *In Maiori Glogovia, 27. Maii.*
Eiusdem foederis litterae Casimiri regis.
Dogiel I. p. 17.

3607. *Wschowa, 29. Maii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi actiones de pace inter Poloniam et Ordinem ineunda, quae Glogoviae habitae sint, ad irritum redactas, inter Poloniam et Bohemiam vero pacem perpetuam sancitam esse significant.
Toeppen, Acten V. Nr. 27. p. 64. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 259.

3608. *S. l. (Wratislaviae), 2. Junii.*
Wratislavienses Hieronymo archiepiscopo Cretensi de rebus Polonis, praesertim de conventione regum Casimiri et Georgii Glogoviae habita scribunt atque foederis ibidem sanciti exemplar transmittunt, appendice quadam adiuncta.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 89. p. 100.

3609. *Posnaniae, 14. Junii.*
Foedus inter Casimirum regem Poloniae et Albertum archiducem Austriae initum. (Litterae Casimiri).
Dogiel I. p. 161. — **Cf.** Nr. 3621.

3610. *S. l. (Wratislaviae), 16. Junii.*
Wratislavienses Hieronymo archiepiscopo Cretensi litteras magistri generalis o. T. sibi per legatum suum allatas transmittunt.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 92. p. 104.

3611. *Pragae, 18. Junii.*
Fantinus de Valle, apostolicus ad regem Bohemiae legatus, Wratislaviensibus legatum suum Petrum de Cremnitz, ordinis Minorum de Observantia guardianum Posnaniensem, cui quaedam referenda commiserit, commendat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 95. p. 106.

3612. *Grac, 6. Julii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi ad litteras dd. 2. Junii (vide Nr. 3608) respondet.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 98. p. 114.

3613. *Grac, 9. Julii.*
Idem eidem ad litteras dd. 16. Junii (vide Nr. 3610) respondet.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 99. p. 116.

3614. *S. l. 24. Julii.*
Johannes Kitzing senatui Wratislaviensi inter alia de conventione Glogoviensi scribit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 102. p. 117.

3615. *Venetiis, 9. Augusti.*
Senatus Venetiarum de foedere contra Turcas ineundo, ab Antonio Gallico, regis Bohemiae legato, nomine eiusdem regis et regis Poloniae proposito, decretum.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 295. A. p. 289.

3616. *Thorunii, 16. Augusti.*
Casimirus rex litem, quam Johannes de Tęczyn castellanus Cracoviensis consulibus Cracoviensibus intendebat, ad proximum conventum Petricoviam indictum iudicandam differt.
Helcel, Starod. Prawa Pol. Pomniki, Tom. II. Nr. 3684. — Piekosiński, Cod. civ. Crac., Vol. I. Nr. 173. p. 245.

3617. *S. l. 24. Augusti (?)*
Pax inter regna Daniae et Poloniae, Gedanum civitatem Prussiamque, episcopo Lubecensi atque civitatibus Lubeca, Wismar et Stralsund intercedentibus, inita.
Reg. Smolka, Archiwa p. 247. **Cf.** ibidem alias litteras minus accurate notatas.

3618. *S. l. a. et die (Wratislaviae, 1. (?) Septembris).*
Senatus Wratislaviensis Hieronymo archiepiscopo Cretensi epistolas quasdam regis Poloniae et magistri generalis o. T. transmittit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 106. p. 129.

3619. *S. l. (Lubecae), 4. Septembris.*
Lubeca Gedano se vere anni proximi pro pace inter Socios Prussicos, Polonos atque Ordinem ineunda intercedere velle significat.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 29. p. 66.

3620. *Regiomonti, 11. Septembris.*
Magistri generalis legatio ab ordine Livoniae opem Bernhardo de Zinnenberg, capitaneo de Chełmno, Brodnica et Golub, praestandam petit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2017. p. 43.

3621. *Homicz, 20. Septembris.*
Foederis inter Albertum archiducem Austriae et Casimirum regem Poloniae initi litterae Alberti.
Dogiel I. p. 162. — **Cf.** Nr. 3609.

3622. *Nova Civitate, 30. Septembris.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi de suis in Germania actionibus scribit rogatque eum, ut epistolas suas, alteram proconsuli Thoruniensi, alteram regi Poloniae, transmittat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 115. p. 138.

3623. *S. l. 7. Octobris.*
Terra Ravensis ad unitatem regni rediit. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 191. — **Cf.** Nr. 3627.

3624. *S. l. (Wratislaviae), 14. Octobris.*
Senatus Wratislaviensis ab archiepiscopo Cretensi consilium opemque petit novamque pugnam in Prussia die 17. Septembris commissam ei denuntiat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 117. p. 140.

3625. *S. l. (Wratislaviae), 15. Octobris.*
Senatus Wratislaviensis proceribus Poloniae in comitiis Petricoviae congregatis de suis in eos fidelibus animis edocet rogatque eos, ne alia asserentibus fidem habeant.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 118. p. 141.

3626. *S. l. (Posnaniae), 8. Novembris (1462?)*
Capitulum Posnaniense »regi, de aliqua gratia sibi praestanda petenti, 12 marcas donat.«
Reg. Smolka, Archiwa p. 52.

3627. *In Conventu Petricoviensi, post 11. Novembris.*
Ducis Michaëlis uxor Catharina et Conradus dux Masoviae abiudicantur terris Gostinensibus et Ravensibus cum districtibus suis, Casimiro vero regi regnoque Poloniae (terrae ipsae) adiudicantur. *(sic.)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 337. — **Cf.** Nr. 3623.

3628. *Petricoviae, ante 19. Novembris (ante f. S. Elisabethae).*
Casimirus rex Johanni Groth 300 marcas super castro et oppido Ravensi villisque eius inscribit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 337.

3629. *Wratislaviae, 19. Novembris.*
Hieronymi archiepiscopi Cretensis, in Poloniam et Prussiam proficiscentis, litterae per Silesiam perferendae.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 124. p. 147.

3630. *Petricoviae, 23. Novembris.*
Casimirus rex privilegia Armeniensium Leopolitanorum confirmat.
Reg. AGZ. X. Nr. 125. p. 8. — **Cf.** Nr. 3551.

3631. *S. l. (Wratislaviae), 26. Novembris.*
Wratislavienses Pio II. papae scribunt atque inter alia de archiepiscopo Cretensi, qui apud ipsos versatus et 21. Novembris in Poloniam profectus sit, commemorant.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 125. p. 148.

3632. *S. l. 28. Novembris.*
(Pius II.) papa Casimiro regi per nuntios eius significat Jacobum de Sienno ad episcopi Wladislaviensis dignitatem a se promotum esse.
Reg. Gołębiowski III. p. 327., Paulo II. papa falso insinuato.

3633. *S. l. (Wratislaviae), 3. Decembris.*
Senatus Wratislaviensis archiepiscopo Cretensi de Conrado Nigro duce Oleśnicensi scribit, qui propter hereditatem Masoviensem uxori suae ademptam cum germano contra Poloniam bellum paret, rogatque eum, ut hanc causam componere studeat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 126. p. 152.

3634. *Lanciciae, 8. Decembris.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi ad litteras supra (Nr. 3633.) notatas respondet.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. nota ad Nr. 126. p. 152.

3635. *Gostynin, 14. Decembris.*
Casimirus rex terram Gostinensem regno Poloniae incorporat.
Helcel, Starod. Prawa P. Pomniki I. p. 298. — **Cf.** Nr. 3627.

3636. *Gostynin, 20. Decembris.*
Idem confirmat litteras Semoviti et Wladislai, ducum Masoviae, quibus certae summae in villa Osmolino (in terra Ravensi sita) Nicolao de Szwarocino, notario terrae Gostinensis, inscriptae sunt. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 337. — **Cf.** ibd. alias litteras h. a. terram Ravensem spectantes.

3637. *Thorunii, s. a. et die.*
Idem Lubecae civitati se consentire significat, ut Lubeca pacem cum Ordine reconciliet, interea se archiepiscopum Cretensem exspectare.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 30. p. 66.

3638. *S. l. et die.*
Stiborius de Baisen gubernator Prussiae principi et senatui Hollandiae nomine regis Poloniae de Gedani et Amstellodami civitatum lite scribit proponitque, ut actiones de ea componenda Lubecae habeantur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 259. nota.

3639. *S. l. a. et die.*
Litterae foederis inter Michaëlem Borysowicz magnum ducem Twerensem et Iwan Wassilewicz magnum ducem Moscoviae initi, in quibus de Tartarorum, Polonorum, Lithuanorum et Theutonicorum mutuis rationibus sermo fit. (Litterae Michaëlis).
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 88. p. 209.

3640. *S. l. a. et die.*
Eiusdem foederis litterae m. ducis Moscoviae.
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 89. p. 212.

3641. *S. l. et die.*
Stephani palatini Moldaviae promissio fidelitatis Casimiro regi et regno Poloniae et quod eo inscio nihil de Moldavia alienabit. *(sic).*
Reg. Dogiel I. p. 603. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 139.

3642. *S. l. et die.*
Idem eidem promittit fidelitatem et quod Tartaros captivos non dimittet neque cuipiam tradet, praeterquam ipsi regi, si voluerit. *(sic).*
Reg. Dogiel I. p. 603. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 140.

3643. *S. l. et die (a. a m. cr. 6970).*
Iuramentum fidelitatis Casimiro regi et regno Poloniae a metropolita et aliis commissariis Moldaviae cum Stephano palatino praestitum, quem illi in fide et officio permansurum pollicentur. *(sic).*
Reg. Dogiel I. p. 603. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 139.

3644. *S. l. et die.*
Szetsius archiepiscopus Mathiae regi Hungariae de Komorowski aliisque praedonibus Polonis scribit.
Katona, Hist. Crit. XIV. p. 523.

1463.

3645. *Brześć, 8. Januarii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis Iodoco episcopo Wratislaviensi de suis in Polonia et Prussia habitis actionibus refert.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 297. p. 296.

3646. *S. l. 17. Januarii.*
Casimiri regis litterae Semoviti Trojdenowicz ducis Masoviensis duo privilegia confirmantes, in quibus de rationibus, quae inter Poloniam et Masoviam intercedant, sermo fit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 81.

3647. *Suczawa, 25. Januarii.*
Stephanus palatinus Moldaviae mercatoribus Leopoliensibus privilegium liberae mercaturae confert.
AGZ. VII. p. 242.

3648. *Petricoviae, 25. Januarii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi inter alia significat se apud regem Poloniae in gratiam ducis Oleśnicensis intercessisse secundumque eventum exspectare.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 133. p. 158.

3649. *In conventione generali Petricoviensi, 26. Januarii.*
Casimirus rex Johanni de Kościelec palatino Inowladislaviensi 3000 flor. in castro Swiecie inscribit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 90.

3650. *Petricoviae, 30. Januarii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi de suis in Polonia habitis actionibus, de lite super episcopatu Cracoviensi exorta, de causa ducis Conradi Oleśnicensis, de rebus Prussicis scribit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 134. p. 159.

3651. *Nova Sandec, 1. Februarii.*
Consules Novosandecenses Johannem Gambula cum iis, qui ante 18 annos cum Komorowski latrocinia agitassent, commercia habuisse negant.
Ulanowski, Wyjątki z ks. m. Lubelskiej p. 9. (Archiwum Komisyi Hist. Tom III. p. 53.).

3652. *Regiomonti, 2. Martii.*
Hieronymus arch. Cretensis senatui Wratislaviensi se in Prussiam advenisse atque de conventione instituenda agere nuntiat rogatque eum, ut epistolas suas papae transmittat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 142. p. 170.

3653. *S. l. 4. Martii.*
»Litterae significatoriales domini capitanei Crac., quo iure videlicet cives Cracovienses iudicari debeant ratione vulnerum. si cui nobili per eos illata essent.«
Reg. Piekosiński, Cod. d. Civit. Crac., Vol. I. p. 247.

3654. *Romae, 15. Martii.*
Nicolaus Merbot legatus Wratislaviensis senatui Wratislaviensi de suis actionibus Romae habitis refert idque agi commemorat, ut archiepiscopus Gnesnensis exsecutor bullae super causa principum Silesiae editae constituatur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 146. p. 177.

3655. *Venetiis, 17. Martii.*
Senatus Venetiarum Ludovico Francorum regi ad legationem eius per Antonium de Gratianopoli, regis Bohemiae legatum, allatam, super bello contra Turcas viribus unitis, etiam cum rege Poloniae, suscipiendo, respondet seque de hac re regibus Bohemiae, Hungariae et Poloniae scribere significat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 295. B. p. 290.

3656. *Venetiis, 17. Martii.*
Idem regi Bohemiae de eodem argumento scribit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 295. C. p. 291.

3657. *S. l. a. et die (Venetiis, 17. Martii).*
Idem regi Poloniae, regi Hungariae et duci Bavariae, de eodem argumento »mutatis mutandis« scribit.
Reg. (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 295. C. p. 292.

3658. *S. l. (Wratislaviae), 22. Martii.*
Senatus Wratislaviensis papae Pio II. scribit et inter alia de erroribus Bohemicis in Polonia et Prussia commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 147. p. 181.

3659. *Romae, 29. Martii.*
Pius II. papa archiepiscopos Cretensem et Gnesnensem sententiae in Georgium regem Bohemiae latae exsecutores constituit.
(Markgraf in) SS. r. Siles. VIII. Nr. 148. B. p. 186. — **Fragm.** Theiner, MM. Pol. II. Nr. 187. p. 150.

3660. *Regiomonti, 7. Aprilis.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviae inter alia de »dieta in Calis non bene terminata« et de conventione in Brześć 1. Maii habenda scribit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 150. p. 189.

3661. *Posnaniae, 15. Aprilis.*
Petrus de Szamotuły, Maioris Poloniae capitaneus generalis, legatum suum apud Fridericum electorem Brandenburgensem auctoritate exornat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 240. p. 185.

3662. *Regiomonti, 18. Aprilis.*
Magister generalis Georgium comitem Hennenberg aliosque legatos suos, in Brześć ad agendum de pace missos, auctoritate exornat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2018. p. 43. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1957. p. 209. — **Reg.** Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 2. Nr. 638. p. 414.

3663. *S. l. (Gedani), 24. Aprilis.*
Senatus Gedanensis senatui Lubecensi, quod pro pace ineunda intercesserit, gratias agit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 259.

3664. *Brześć, 1. Maii.*
Recessus ordinum Prussiae, quo actiones cum archiepiscopo Cretensi de pace ineunda ad irritum redactae continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 32. p. 67.

3665. *Venetiis, 4. Maii.*
Senatus Venetiarum responsum, legato apostolico Dominico de Luca de suis cum Antonio de Gratianopoli, bellum contra Turcas nomine regum Bohemiae et Poloniae offerente, habitis actionibus datum.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 295. D. p. 292.

3666. *Brześć, 6. Maii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis magistro generali refert conventionem Brestensem, quoniam Socii Prussici excommunicati eidem interfuissent, ad irritum redactam esse.
Baczko, Gesch. Preuss. III. p. 439. — **Vers. Pol.** Malinowski ed. Wap. III. p. 493.

3667. *S. l. (Gedani), 16. Maii.*
Senatus Gedanensis senatui Lubecensi de conventione Brestensi scribit significatque archiepiscopum Cretensem Wratislaviam profectum esse, regem vero Lubecae intercessionem accipere velle.
Reg. Smolka, Archiwa p. 260.

3668. *S. l. (Wratislaviae), 24. Maii.*
Wratislavienses Pio II papae de rationibus, quae inter ipsos et Georgium regem Bohemiae intercedant, scribunt deque Hieronymi archiepiscopi Cretensis, qui tunc Wratislaviam venerit, in Polonia habitis actionibus commemorant.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 159. p. 204.

3669. *Posnaniae, 3. Junii.*
Petrus de Szamotuły, capitaneus gener. Maioris Poloniae, apud Fridericum electorem Brandenburgensem, de iniuriis finalibus conqueritur conventionemque communem proponit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 241. p. 186.

3670. *S. l. 11. Junii.*
Fridericus elector Brandenburgensis Petro de Szamotuły ad litteras supra notatas respondet seque conventionem propositam accipere significat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 242. p. 187.

3671. *Romae, 13. Junii.*
Pius II. papa Paulo electo Chelmensi concedit, ut parochialem ecclesiam S. Stanislai in Bryest Wladislaviensis dioecesis retinere possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 188. p. 151.

3672. *S. l. (Wratislaviae), 17. Junii.*
Wratislavienses Pio II. papae de episcopo suo Jodoco, quod Hieronymo legato apostolico adversatus sit, conqueruntur deque eiusdem legati in Polonia actionibus ad irritum redactis commemorant.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 164. p. 224.

3673. *Venetiis, 23. Junii.*
Senatus Venetiarum decretum, ut ad reges Poloniae, Bohemiae et Germaniae legatus mittatur, eosdem reges ad bellum contra Turcas suscipiendum incitaturus.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 295. E. p. 292.

3674. *S. l. (Wratislaviae), 28. Junii.*
Senatus Wratislaviensis regi Poloniae ad legationem per Johannem Lanka ipsi allatam de interdicto ab Hieronymo legato in Prussos Wratislaviae versantes lato respondet.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 168. p. 235. **Cf.** ibidem p. 237. notam propositam, in qua litterae de eodem argumento a senatu Wratislaviensi archiepiscopo Gnesnensi et episcopo Wladislaviensi scriptae commemorantur.

3675. *Wratislaviae, 9. Julii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis Dominico episcopo Torcellensi de suis pro pace inter Poloniam et Ordinem componenda studiis, praecipue de rebus in conventione Brestensi 1. Maii gestis refert.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 173. p. 239.

3676. *Tibure, 18. Julii.*
Pius II. papa Hieronymo legato suo inter alia de pace inter Polonos et Ordinem componenda praecipit, »ut ita se gerat, ut desperatis rebus inniti non videatur nec frustra tempus terat.«
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 175. B. p. 247.

3677. *Romae, 22. Julii.*
Nicolaus Merbot, legatus Wratislaviensis, Valentino Haunolt scribit deque animo Hieronymi archiepiscopi Cretensis, qui nisi a rege Poloniae intra 15 dies vocatus fuerit, Romam reverti cogitet, commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 177. B. p. 253.

3678. *S. l. (Gedani), 23. Julii.*
Gedanum Lubecae scribit significatque intercessionem Lubecae ab Ordine hac de causa repudiatam esse, quod ex coniuratione Gedani exorta quaestum facere speret.
Reg. SS. r. Pruss. IV. p. 601. nota 2. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 260.

3679. *S. l. a. et die (in Julio?)*
Gedanenses Petro Dunin de consiliis hostis scribunt rogantque eum, ut contra hostes proficiscatur.
Vers. Pol. Malinowski ed. Wapowski III. p. 502.

3680. *Wratislaviae, 4. Augusti.*
Wratislavienses Pio II. papae de gestis conventionis Brunnensis scribunt deque consilio omnes principes finitimos, etiam regem Poloniae, ad bellum contra Georgium regem Bohemiae excitandi commemorant.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VIII. Nr. 180. p. 260.

3681. *Regiomonti, 10. Augusti.*
Magister generalis electorem Brandenburgensem rogat, ut privilegia Ordinis amplius conservare velit, novasque res bellicas ei nuntiat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars. I. Tom. XXIV. Nr. 243. p. 189.

3682. *S. l. (Wratislaviae), 29. Augusti.*
Senatus Wratislaviensis Pium II. papam rogat, ne sententiae contra Prussos et Polonos ab eo latae, cum cuncta paene mercatura civium suorum a Polonis pendeat, Wratislaviae promulgentur.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 183. p. 5. **Cf.** ibid. notam.

3683. *Neuermühlen, 5. Septembris.*
Magister Livoniae magistro generali inter alia pacem cum Pscoviensibus a se initam significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2019. p. 43.

3684. *Romae, 7. Septembris.*
Johannes Weinrich, legatus Wratislaviensis, senatui Wratislaviensi de suis actionibus, praecipue de colloquio cum papa habito consilioque eiusdem, ut sententiae contra regem Bohemiae exsequendae regi Poloniae commitantur, refert.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 185. p. 7.

3685. *Nissae, 18. Septembris.*
Jodocus episcopus Wratislaviensis Hieronymo legato apostolico de lite, quam cum Nicolao duce Opoliensi habeat, respondet seque

iudicio metropolitae sui, archiepiscopi Gnesnensis, Przemkonis ducis Tessinensis aliorumque principum submittit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 189. B. p. 13.

3686. *Rigae, 18. Septembris.*
Magister Livoniae apud magistrum generalem, quod Gniew castro suppetias non tulerit, se excusat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2020. p. 44.

3687. *Rigae, 18. Septembris.*
Idem eidem iterum scribit deque Gniew castro obsesso et de regis Daniae petitionibus commemorat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2021. p. 44.

3688. *Welaw, 29. Septembris.*
Magister generalis Lubecae civitati se eiusdem intercessionem accipere significat conventionemque 1. Maii 1464., loco inter Braunsberg et Elbingam sito, habendam proponit.
Toeppen, Acten V. Nr. 34. p. 75. **Cf.** ibid. notam.

3689. *Romae, 30. Septembris.*
Pius II. papa senatui Wratislaviensi se caesaris gratia contra regem Bohemiae ulterius non progressurum, quod vero senatus de sententiis contra Polonos Wratislaviae non publicandis petiisset, se huic petitioni satisfecisse significat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 192. p. 15. — **Cf.** NNr. 3682. et 3693.

3690. *S. l. a. et die (Septembri).*
Senatus Wratislaviensis Pio II. papae Andream Cossa, legatum novi episcopi Cracoviensis Johannis, legationemque eius commendat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 190. p. 14.

3691. *Petricoviae, 7. Octobris.*
Recessus conventionis legatorum Prussicorum et Polonorum, quo actiones de lite inter regem Poloniae et Conradum ducem Silesiae super Masovia exorta, de auxiliis fortioribus a rege Prussis promissis, de Lubecae intercessione accipienda, de legatis ad regem Francorum mittendis, cett., continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 35. p. 78.

3692. *Wratislaviae, 19. Octobris.*
Senatus Wratislaviensis apud Pium II. papam de Georgio rege Bohemiae conqueritur, qui ipsos et omnibus itineribus in Austriam et Hungariam intercluserit et nunc etiam commercio cum Polonis privare studeat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 195. p. 17. **Cf.** ibidem notam.

3693. *Romae, 21. Octobris.*
Pius II. papa Wratislaviensibus id ipsum petentibus concedit, ne sententiae contra Polonos et Prussos latae in civitate ipsorum promulgentur.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 109. — **Reg.** (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 196. p. 18. **Cf.** ibidem notam. —**Cf.** NNr. 3682. et 3689.

3694. *S, l. 21: Octobris.*
Obligatio Casimiri regis de 20.000 flor. Margarethae, Conradi ducis Oleśnicensis uxori, solvendis pro iure ad Masoviam. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 195.

3695. *Romae, 28. Octobris.*
Nicolaus Glejwitz senatui Wratislaviensi inter alia petitioni eorum de sententiis contra Polonos et Prussos latis Wratislaviae non promulgandis a papa satisfactum esse nuntiat atque de canonico Gnesnensi Andrea Rossa Romae versante mentionem facit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 197. p. 18.

3696. *S. l. et die (Petricoviae, in Octobri).*
Diarium comitiorum Petricoviensium.
Reg. Smolka, Archiwa p. 260.

3697. *Kłajpeda, 1. Novembris.*
Commendator de Kłajpeda magistro generali significat in comitiis Lithuanorum regem proposuisse, ut Ordini pro Prussia terra Podoliae conferatur.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2022. p. 44. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1958. p. 209.

3698. *In conventione Petricoviensi, 3. Novembris.*
Casimirus rex se intercessionem Lubecae pro pace cum Ordine componenda accipere velle testatur.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 36. p. 87.

3699. *Opatow, 15. Novembris.*
Fridericus, episcopus Lebusiensis et cancellarius, Friderico electori Brandenburgensi de sua cum rege Poloniae Petricoviae habita conventione refert.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 243. p. 359.

3700. *Koło, 7. Decembris.*
Casimirus rex contributione ab incolis terrae Brestensis Cuiaviensis soluta iura eiusdem terrae imminui negat.
Vol. Leg. I. p. 202.

3701. *Nieszawa, 13. Decembris.*
Bernardi de Szimberg, capitanei ordinis T. in Chełmno, pactio cum Casimiro rege ducibusque Varsoviensi et Stolpensi inita.
Dogiel IV. p. 161.

3702. *S. l. et die.*
Casimirus rex Adamo Wilkanowski oppidum Malborg in summa 160 marcarum et 100 aureis hungaricalibus inscribit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 90.

1464.

3703. *S. l. (Wratislaviae), 2. Januarii.*
Senatus Wratislaviensis a Pio II. papa petit, ut cardinalem legatum mittat atque de »christiana oboedientia,« in terris circumiacentibus, inter alias in Polonia et Prussia, »tapescente« conqueritur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 205. p. 25.

3704. *S. l. 25. Januarii.*
Commendator Elbingensis, Henricus R. v. Plauen, Stiborium de Baisen et Johannem Kościelecki magistri generalis nomine ad pactiones ineundas hortatur salvumque conductum ab eis petit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 261.

3705. *Ex cartusia Frankentordis, 29. Januarii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi de conventione cum marchione Brandenburgensi Friderico habita, cett., scribit rogatque eum, ut litteras ipsius ad cantorem Cracoviensem transmittat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 215. p. 34.

3706. *Romae, 29. Januarii.*
Pius II. papa Wratislaviensibus se censuras contra Prussos latas »quo ad« Wratislaviam suspendisse significat
(Markgraf in) SS. rer Siles. IX. Nr. 214. p. 33.

3707. *S. l. 12. Februarii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi scribit et inter alia eum interrogat, »quid sentiant de doctore eius (Balthasar de Piscia) in Polonia degente, quidne ibi fecerit.«
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 221. p. 40.

3708. *Venetiis, 25. Februarii.*
Christophorus Mauri dux Venetarum postulat a Casimiro rege, ut Nemrodo mercatori Venetiano debitum pro mercibus solvendum mandet.
Reg. Rykacz. Invent. p. 390.

3709. *Regiomonti, 3. Martii.*
Legatorum magistri generalis apud magistrum Livoniae post Gniew castrum amissum legatio.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2023. p. 44.

3710. *Senae, 9. Martii.*
Pius II. papa Casimiro regi et Elisabethae reginae confessarium, qui eos a casibus sedi apostolicae reservatis absolvat, eligendi dat facultatem.
Reg. Gołębiowski III. p. 316. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 5.

3711. *Marieburgi, 10. Martii.*
Maydeborg et Brambecke, consules Gedanenses, senatui Gedanensi de ordinum Prussiae conventione Marieburgae habita referunt.
Reg. Smolka, Archiwa p. 262

3712. *Elbingae, 16. Martii.*
Stiborius de Baisen una cum senatoribus Polonis ordinibusque Prussiae pacem cum Paulo episcopo Warmiensi initam sanciunt.
Toeppen, Acten V. Nr. 37. p. 88.

3713. *Elbingae, 16. Martii.*
Paulus episcopus Warmiensis pacem cum legatis Polonis initam sancit regnoque Poloniae se subicit.
Toeppen, Acten V. Nr. 38. p. 91. — **Reg.** Brock, De Controversiis p. 8. nota 6. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 262. — **Reg.** SS. rer. Pruss. IV. p. 609. nota 3.

3714. *Elbingae, 16. Martii.*
Idem gubernatori ordinibusque Prussiae pollicetur se regem Poloniae, cum in Prussiam venerit, in civitates suas recepturum esse.
Toeppen, Acten V. Nr. 39. p. 94. — **Reg.** SS. rer. Pruss. IV. p. 609. nota 3.

3715. *Wladislaviae, 19. Martii.*
Johannes, episcopus Cuiaviensis et subcancellarius, senatum Thoruniensem hortatur, ut legatis Ordinis ad conventionem Bidgostiae 1. Maii habendam, in qua Lubecenses de pace componenda acturi sint, salvum conductum procuret.
Toeppen, Acten V. Nr. 41. p. 97.

3716. *Berolini, 21. Martii.*
Hieronymus archiepiscopus Cretensis senatui Wratislaviensi scribit et inter alia de epistolis a senatu regi Poloniae magistroque generali scribendis commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 232. p. 52.

3717. *Elbingae, 25. Martii.*
Paulus episcopus Warmiensis cum gubernatore ordinibusque Prussiae, antequam pax composita a rege Poloniae sancita esset, indutias init.
Toeppen, Acten V. Nr. 40. p. 96. — **Reg.** Brok, De Controversiis p. 9.

3718. *Senis, 29. Martii.*
Propositio quaedam Pio II. papae a Wratislaviensibus per Fabianum Hanko facta, in qua de commercio cum Polonis impedito et de militibus mercenariis Prussicis mentiones fiunt.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 233. B. p. 55. 59.

3719. *S. l. a. et die (in Martio).*
Fabianus Hanko, Wratislaviensium apud curiam legatus, senatui suo scribit deque Jacobo de Syenno Wratislaviensibus favente commemorat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 50. nota.

3720. *S. l. et die (in Martio vel Aprili).*
Confirmatio privilegii ducis Conradi antiqui per ultimum Conradum ac Casimirum, Boleslaum et Janussium, duces Masoviae. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

3721. *S. l. (Gedani), 3. Aprilis.*
Senatus Gedanensis Lubecae de loco, quo super pace ineunda agendum sit, scribit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 262.

3722. *S. l. (Lubecae), 18. Aprilis.*
Consules Gedanenses legatis suis dant facultatem, ut una cum legatis aliarum civitatum Hansae de pace inter Ordinem et Polonos componenda agere possint.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 42. p. 98.

3723. *Chroberz, 18. Aprilis.*
»Quietatio magnifici domini Johannis de Tanczin castellani Cracoviensis, qua quietavit consules (Cracovienses) de duobus milibus florenorum.«
Reg. Piekosiński, Cod. civ. Crac., Vol. I. p. 247.

3724. *Senis, 25. Aprilis.*
Fabianus Hanko senatui Wratislaviensi de suis actionibus refert deque legatis Polonis apud papam agentibus commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 242. p. 67.

3725. *S. l. a. et die (27. Aprilis—6. Augusti).*
Diarium legatorum Lubecensium de suis super pace inter Ordinem et Polonos componenda actionibus conscriptum.
Reg. Toeppen, Acten V. p. 109.

3726. *S. l. 28. Aprilis.*
Henricus Castorp proconsul Lubecae regem Poloniae, magistrum generalem et Thorunium civitatem de legatorum Lubecensium Gedanum adventu certiorem facit et ut conventio Marieburgum transferatur, rogat.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 43. p. 99.

3727. *Bidgostiae, 1. Maii.*
Legati Polonorum senatui Gedanensi nuntiant, quibus causis ducti Bidgostia discesserint.
Toeppen, Acten V. Nr. 44. p. 99.

3728. *Korczyn, 1. Maii.*
Recessus conventionis Sociorum et Polonorum, quo actiones de electoris Brandenburgensis et Lubecensium intercessione, de auxilio a rege Sociis praestando, de pace cum episcopo Warmiensi a rege confirmata, de militibus mercenariis, cett., continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 46. p. 101. — **Cf. Reg.** Smolka, Archiwa p. 263.

3729. *Senis, 3. Maii.*
Fabianus Hanko senatui Wratislaviensi de suis apud papam actionibus refert significatque papam cum Polonis tantum colloquia habere atque regis Poloniae et marchionis Brandenburgensis praesidio Wratislavienses committere velle.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 245. p. 69. 70.

3730. *Korczyn, 5. Maii.*
Casimirus rex pacem a legatis suis ordinibusque Prussiae cum Paulo episcopo Warmiensi compositam ratam habet.
Reg. Brock, De Controversiis p. 9. nota 3. — **Reg.** SS. rer. Pruss. IV. p. 609. nota 3.

3731. *Chełmno, 7. Maii.*
Legati Ordinis episcopo Lubecensi se 1. Maii in Chełmno fuisse significant exponuntque, quibus causis ducti inde discesserint.
Toeppen, Acten V. Nr. 45. p. 100.

3732. *Gliwice, 11. Maii.*
Janussius dux Oświecimensis prorogat regi Casimiro solutionem 1400 florenorum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 231. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 34. p. 613.

3733. *Cracoviae, 17. Maii.*
Casimirus rex incolis regni privilegia confirmans, confirmat eadem et Wieliczka oppido.
Cod. dipl. Vieliciensis p. 31.

3734. *S. l. a. et die (Romae, 2. Junii).*
Piu's II. papa regis Poloniae praesidio Wratislaviam civitatem commendat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 76. nota.

3735. *Romae, 2. Junii.*
Idem senatui Wratislaviensi significat se Wratislaviam regis Poloniae et marchionis Brandenburgensis praesidio commisisse.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 110. — **Reg.** (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 250. p. 75.

3736. *S. l. 16. Junii.*
(Idem) instituit provincias (ordinis Minorum?) Austriae, Poloniae et Bohemiae aliaque concedit privilegia. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 317.

3737. *Romae, 18. Jnnii.*
Fabianus Hanko senatui Wratislaviensi inter alia brevis papae ad regem Poloniae scripti exemplar transmittit deque Johanne Ostrorog, hoc breve portante, quocum »in studio Erffurdiensi« duos annos versatus sit, commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 254. p. 89.

3738. *S. l. 20. Junii.*
Jacobus de Sienno, qui episcopus Cracoviensis fuerat, senatui Wratislaviensi de causa cum rege Bohemiae secunde gesta gratulatur.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 90. nota.

3739. *Thorunii, 21. Junii.*
Legati Lubecenses testantur sibi cum legatis regis Poloniae et Ordinis de Thorunio futurae conventionis loco convenisse.
Preuss. Sammlung, III. p. 717. — Toeppen, Acten V. Nr. 47. p. 110.

3740. *Thorunii, 24. Junii — 6. Augusti.*
Diarium actionum inter Ordinem et Polonos legatis Lubecensibus intercedentibus habitarum.
Toeppen, Acten V. Nr. 48. p. 112—135.

3741. *Thorunii, 30. Junii.*
Legati Gedanenses senatui Gedanensi de actionibus super pace ineunda scribunt rogantque eum, ut Polonis doctoribus privilegia Pelplinensia chronicaque mitti iubeat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 263.

3742. *S. l. a. et die (Thorunii, 3. Julii).*
Libellus, iura regis Poloniae ad terras Prussiae pertinentia continens, Lubecensibus a legatis Polonis propositus.
Toeppen, Acten V. Nr. 49. p. 135.

3743. *S. l. a. et die (Thorunii, 6. Julii).*
Legatorum Ordinis ad libellum supra notatum responsio.
SS. rer. Pruss. V. p. 241. — Toeppen, Acten V. Nr. 50. p. 143.

3744. *S. l. a. et die (Thorunii, 15. Julii).*
Condiciones pacis inter Ordinem et Polonos componendae a legatis Lubecensibus propositae.
Toeppen, Acten V. Nr. 51. p. 151.

3745. *Thorunii, 15. Julii.*
Legati Lubecenses legatos Ordinis rogant, ut etiam hac posteraque die in Chełmno commorentur.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2026. p. 45.

3746. *Chełmno, 16. Julii.*
Legati Ordinis magistro generali suadent, ut, cum actiones cum rege Poloniae, qui pro Prussia Podoliam Ordini donare voluerit, ad irritum redactae sint, a rege Daniae opem petat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2027. p. 45. **Cf.** ibidem notam.

3747. *S. l. a. et die (Thorunii, 17. Julii).*
Legatorum Polonorum ad pacis condiciones a Lubecensibus propositas (vide Nr. 3744) responsio.
Toeppen, Acten V. Nr. 52. p. 152.

3748. *S. l. (Wratislaviae), 17. Augusti.*
Senatus Wratislaviensis papae electum archiepiscopum Gnesnensem Johannem confirmandum ipso petente commendat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 258. p. 93.

3749. *Lanciciae, post 1. Septembris.*
Casimirus rex Petro Schorz de Obrąb 1000 flor. in fortalitio Kiszewa inscribit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 90.

3750. *Romae, 11. Septembris.*
Paulus II. papa Casimiro regi de electione sua significat. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 190. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 5.

3751. *S. l. 14. Septembris.*
Casimirus rex Cristinum quendam, episcopum Armeniensium Leopoli et in Kamieniec a se constitutum, cum comperisset eum a patriarcha consecratum non esse, ab officio removet.
Reg. Gołębiowski III. p. 322.

3752. *Parczow, 13. Novembris.*
Idem officialibus Russiae praecipit, ut causam Antonii, episcopi Rutheni Premisliensis, usque ad adventum suum differant.
AGZ. I. Nr. 25. p. 32.

3753. *S. l. 28. Novembris (IV. Kal. Decembris).*
(Paulus II.) papa Casimiro regi »per nuntios eius significat Jacobum de Sienna propter bonum pacis ad episcopatum Wladislaviensem promotum.«
Reg. Rykacz. Invent. p. 5., qui litteras has Pio II., 14. Augusti h. a. mortuo, adscribit.

3754. *Leopoli, 13. Decembris.*
Nobiles terrae Leopoliensis et districtus Żydaczoviensis cum Leopoli civitate contra vexatores foedus ineunt. (Litterae nobilium).
AGZ. VII. Nr. 55. p. 105.

3755. *Leopoli, 13. Decembris.*
Eiusdem foederis litterae Leopolis civitatis.
AGZ. VII. Nr. 56. p. 112.

3756. *S. l. et die.*
Pius II. papa Casimirum regem ad inferendum Turcis bellum hortatur.
Reg. Gołębiowski III. p. 190. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 5.

3757. *S. l. et die.*
Janussius dux Oświecimensis Casimiro regi prorogat solutionem 2000 aureorum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 231.

3758. *S. l. et die (Thorunii)*
»Oratio contra Cruciferos (a Johanne Dąbrówka an a Johanne Dlugossio?) Thorunii coram arbitris habita.«
MM. Pol. h. IV. p. 192.

3759. *S. l. et die (1464?)*
Baiazetis (?) Solimani (soltani?) salvus conductus mercatoribus Poloniae transeuntibus per omnes ditiones eius. *(sic).*
Reg. Gołębiowski II. p. 357. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 143.

3760. *S. l. et die (1464?)*
Eiusdem (?) salvus conductus mercatoribus Poloniae idiomate Valachico scriptus et sigillo imperatoris signatus. *(sic).*
Reg. Gołębiowski II. p. 357. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 143.

1465.

3761. *Berolini, 28. Januarii.*
Georgius Henneberg testatur a Friderico electore Brandenburgensi omnes litteras, quas ipsi magister generalis o. T. servandas tradidisset, restitutas esse.
Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars II. Tom. V. Nr. 1823. p. 74.

3762. *Thorunii, 30. Januarii.*
Senatus Thoruniensis ad pacem inter Poloniam et episcopum Warmiensem anno praeterito initam accedit.
Toeppen, Acten V. Nr. 55. p. 154.

3763. *Nissae, 2. Februarii.*
Jodocus episcopus Wratislaviensis Johannem archiepiscopum Gnesnensem, metropolitam suum, rogat, ut sibi contra Wratislavienses, qui ipsius legatum in vincula coniecerint, praesidium praebeat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 273. A. p. 109.

3764. *Marieburgi, 6. Februarii.*
Stibor von Baisen aliique proceres Prussiae Rastenburg oppido, quod regis Poloniae ditioni se subdiderit, pro quibusdam privilegiis cavent.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 56. p. 156.

3765. *Kobryń, 9. Februarii.*
Julianna ducissa Kobrinensis una cum filio Iwano Judae servitori suo ecclesiam S. Petri et Pauli in Kobryń confert.
Akty Iużnoj i Zapadnoj Rossyi I. Nr. 226. p. 293.

3766. *Łowicz, 10. Februarii.*
Johannes archiepiscopus Gnesnensis senatum Wratislaviensem propter querelam Jodoci episcopi Wratislaviensis sibi propositam (vide Nr. 3763) hortatur, ut litem componat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 273. B. p. 109.

3767. *Budae, 26. Februarii.*
Mathias rex Hungariae proceribus Poloniae ad epistolam amicabilem respondet legationemque suam in oppidum Bardyow venturam significat.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 115.

3768. *S. l. (Wratislaviae), 2. Martii.*
Senatus Wratislaviensis Johanni archiepiscopo Gnesnensi ad litteras sub Nr. 3766. notatas respondet iurisdictionemque eius, quoniam Wratislavia papae ipsius praesidio immediate subdita sit, repudiat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 273. C. p. 109.

3769. *Skierniewice, 10. Martii.*
Johannes archiepiscopus Gnesnensis senatui Wratislaviensi ad litteras supra notatas respondet.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 273. D. p. 110.

3770. *Rigae, 13. Martii.*
Magister Livoniae magistro generali suadet, ut Kłajpeda civitatem contra hostes, praesertim contra Gedanenses, muniri iubeat
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2028. p. 45.

3771. *Neustadt, 21. Martii.*
Fridericus IV. caesar principes quosdam, etiam regem Poloniae, de Pomerania a se marchioni Brandenburgensi collata certiores facit.
Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars II. Tom. V. Nr. 1830. p. 81.

3772. *Nehrung, 28. Aprilis.*
Recessus primae conventionis legatorum Prussicorum et Ordinis in Nehrung de pace componenda habitae.
SS. rer. Pruss. V. p. 242. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 57. p. 156.

3773. *S. l. (Wratislaviae), 15. Maii.*
Senatus Wratislaviensis Rudolpho legato apostolico scribit deque pecuniis quibusdam in Polonia pro camera apostolica collectis refert.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 290. p. 125.

3774. *Romae, 17. Maii.*
Paulus II. papa Nicolaum Spiczimir collectorem denarii S. Petri in Polonia constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 189. p. 152.

3775. *S. l. (Wratislaviae), 22. Maii.*
Senatus Wratislaviensis regi Poloniae Conradum ducem Oleśnicensem propter iura quaedam uxoris suae contra Poloniam bellum parare significat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 294. A. p. 128.

3776. *Cracoviae, 10. Junii.*
Casimirus rex senatui Wratislaviensi ad litteras supra notatas respondet.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 294. B. p. 129.

3777. *S. l. (Posnaniae), 10. Junii.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae »pro eius necessitate« 10 marcas decernit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 52.

3778. *Laetaviae, 24. Junii.*
Johannes Walbuth et Włodek, fratres germani, se a rege Poloniae de pecunia 3000 fl. pro Berwald et Żywiec sibi debita primam pensionem, 1000 flor., accepisse testantur.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. p. 614., nota ad Nr. 35.

3779. *Cracoviae, 26. Junii.*
Janussius dux Oświecimensis Casimiro regi tempus 2000 flor. solvendorum prorogat.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. II. p. 613., nota ad Nr. 34.

3780. *Romae, 4. Julii.*
Fabianus Hanko senatui Wratislaviensi de consistorio 28. Junii habito scribit, in quo sententiae contra Georgium regem Bohemiae latae bullaeque ad principes christianos, etiam ad regem Poloniae, de ea re mittendae constitutae sint.
Excerpt. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 297. p. 130.

3781. *S. l. (Wratislaviae), 6. Julii.*
Senatus Wratislaviensis Rudolpho legato apostolico de Georgio rege Bohemiae inter alia hac de causa conqueritur, quod castrum Cunczenstadt, in finibus Silesiae et Poloniae situm, reaedificet, »ex quo eis aditum et necessariorum advectionem prohibere nitatur.«
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 298. p. 132.

3782. *S. l. 9. Julii.*
Stiborius de Baisen gubernator Prussiae senatui Gedanensi diem novae conventionis 20. Julii a se legatis Ordinis constitutam secundumque finem sperandum esse significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 264.

3783. *Dresna, 17. Julii.*
Johannes Walbuth et Włodek, fratres, se pro Berwald et Żywiec de summa constituta alteram pensionem, 1000 fl., a Casimiro rege accepisse testantur.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. II. p. 614., nota ad Nr. 35.

3784. *S. l. a. et die (ante 25. Julii).*
Paulus II. papa regi Poloniae Georgium regem Bohemiae a se excommunicatum esse nuntiat deque commercio cum ipso eum praemonet.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 134., nota ad Nr. 300.

3785. *Romae, 25. Julii.*
Fabianus Hanko senatui Wratislaviensi bullam supra notatam a se ipsi transmissam significat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 134., nota ad Nr. 300.

3786. *Nehrung, 2. Augusti.*
Recessus alterae conventionis legatorum Prussicorum et Ordinis de pace componenda in Nehrung habitae.
SS. rer. Pruss. V. p. 252. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 58. p. 158.

3787. *S. l. (Wratislaviae), 6. Augusti.*
Wratislavienses a Paulo II. papa contra Georgium regem Bohemiae opem petunt, inter alia eum rogant, ut apud regem Poloniae intercedat, ne Georgio petente ipsi commerciis cum Polonis intercludantur.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 105. 107.

3788. *Powunden, 16. Augusti.*
Marsalcus Livoniae et commendator de Goldingen magistro generali scribunt seque conventioni constitutae propter suspicionem quandam interfuturos esse negant.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2030. p. 45.

3789. *Mohrungen, 18. Augusti.*
Commendator Elbingensis Thorunio civitati terram Culmensem offert, si ad Ordinis ditionem redeat.
Toeppen, Acten V. Nr. 59. p. 159.

3790. *Thorunii, 25. Augusti.*
Senatus Thoruniensis commendatori Elbingensi ad litteras supra notatas respondet seque litteras eius una cum legatis in aquam praecipitaturum esse minitatur.
Toeppen, Acten V. Nr. 60. p. 159.

3791. *Nehrung, 25. Augusti.*
Recessus tertiae conventionis legatorum Prussicorum et Ordinis de pace componenda in Nehrung habitae.
SS. rer. Pruss. V. p. 258. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 61. p. 160.

3792. *Herbipoli, 8. Septembris.*
Gregorius Heimburg Johanni Carvaial cardinali de causa Georgii regis Bohemiae scribit deque rege Poloniae, »qui eum (Georgium in fratrem recognoscat,« commemorat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl., Tom. XX. Nr. 337. p. 367.

3793. *Romae, 28. Septembris.*
Paulus II. papa officiali Gnesnensi praecipit, curet, ut Jacobo de Dominikowicze ecclesia parochialis in Buczwina conferatur.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 190. p. 154.

3794. *Romae, 29. Septembris.*
Idem Nicolao Spiczimiri praecipit, curet, ut Sandiwogio Johannis de Thanczan praepositura in oppido Skarbimiriensi, ad ius patronatus regis Poloniae pertinens, conferatur.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 190. p. 153.

3795. *Romae, 13. Octobris.*
Idem Wratislaviensibus propter vias a Georgio rege Bohemiae interclusas concedit, ut cum Polonis et Prussis, sententiis, quas occurrerint, non obstantibus, commercia habere possint.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 306. p. 141.

3796. *S. l. 17. Octobris.*
Margaretha, conthoralis Conradi ducis Oleśnicensis, cedit Casimiro regi omni iure in terris Masoviae, Gostinensi, Ravensi et Belzensi. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 196. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 346. s. l. et die.

3797. *S. l. 19. Octobris.*
Transsumptum privilegiorum diversorum ducibus Masoviae concessorum (ex annis: 1355, 1359, 1361, 1396, 1397, 1444), sub titulo et sigillo abbatis S. Mariae de Avena, Wratislaviensis dioecesis.
Reg. Gołębiowski III. p. 196.

3798. *S. l. 21. Octobris.*
Transactio Casimiri regis P. cum Conrado duce Oleśnicensi et uxore eius Margaretha de successione in terris Gostinensi, Rawensi, Visnensi. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 196.

3799. *Calissiae, 21. Octobris.*
Conradus dux Oleśnicensis suo et Margarethae uxoris nomine cedit Casimiro regi omni iure in terris Masoviae, Gostinensi, Rawensi et Bełzensi.
Reg. Gołębiowski III. p. 196. s. l. — Reg. Rykacz. Invent. p. 345. s. die.

3800. *S. l. 29. Octobris.*
Margaretha, Conradi ducis Oleśnicensis uxor, transactionem viri sui cum Casimiro rege de terris Masoviae approbat.
Reg. Gołębiowski III. p. 196.

3801. *Romae, 18. Novembris.*
Paulus II. papa clero populoque Wratislaviensi significat se eis propter vias a Georgio rege Bohemiae interclusas concessisse, ut cum Polonis et Prussis, sententiis, quae contra eos latae sint, non obstantibus, commercia habere possint.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 110. — Cf. Nr. 3795. et Markgraf in SS. rer. Siles. IX. p. 141., notam ad Nr. 306.

3802. *S. l. et die.*
Johannes Wabulth et Włodek, fratres, se regi Casimiro castra Berwald et Żywiec cum oppidis et villis ad ea pertinentibus vendidisse testantur.
Reg. Rykacz. Invent. p. 231. — Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 35. p. 613. — Cf. NNr. 3778. et 3783.

3803. *Calissiae, sine die.*
Jodocus episcopus Wratislaviensis et Wilhelmus de Rosemberg iunior, regis Bohemiae legati, testantur Casimirum regem et Conradum ducem Oleśnicensem ipsis auctoribus pactionem iniisse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 346.

3804. *Calissiae, sine die.*
Casimirus rex Conrado duci Oleśnicensi se ei Margarethae uxoris eius dotis nomine 20.000 fl. persoluturum esse pollicetur.
Reg. Rykacz. Invent. p. 346.

3805. *S. l. et die.*
Mathias rex Hungariae Ludovico regi Franciae scribit deque regis Poloniae legato, Antonio Marini, apud se versante, commemorat.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 57.

3806. *S. l. a. et die.*
»Articuli Corczinenses.«
Bandtkie, Jus Pol. p. 308.

3807. *Dobuczyn, s. die, anno 1465 (?).*
Iwan Kobryński (dux) donat tertiam partem in oppidis Kobryń ac Dobuczyn Theodorae uxori suae. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 383.

1466.

3808. *Grodno, 2. Januarii.*
Casimirus rex civibus de Kaffa per totam Poloniam mercandi concedit facultatem.
AGZ. VI. Nr. 67. p. 99.

3809. *Marieburgi, 12. Februarii.*
Stiborius de Baisen gubernator Prussiae capitulum de Kwidzyń interrogat, num Vincentium Kiełbasa, cancellarium Posnaniensem et regis Poloniae secretarium, idoneum censeat, qui episcopus Pomesaniae creetur.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 2. Nr. 640. p. 516.

3810. *S. l. et die (Thorunii, ante 16. Martii.*
Mandatum legatis Thoruniensibus, ad coventionem Petricoviensem 16. Martii habendam missis, datum.
Toeppen, Acten V. Nr. 63. p. 163.

3811. *Petricoviae, 16. Martii.*
Recessus conventionis legatorum Prussicorum et Polonorum 16. Martii Petricoviae habitae, in quo actiones de querelis Prussorum de regis Poloniae cum exercitu in Prussiam adventu, de legati apostolici intercessione accipienda, cett., proponuntur.
Toeppen, Acten V. Nr. 64. p. 166. — **Excerpt.** Smolka, Archiwa p. 265.

3812. *Cracoviae, 28. Maii.*
Recessus conventionis legatorum Prussicorum et Polonorum Cracoviae 28. Maii habitae, quo actiones de similibus ac supra argumentis continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 65. p. 173. — **Reg.** Smolka, Archiwa p. 266.

3813. *S. l. a. et die (Romae, in Maio).*
Paulus II. papa regem Poloniae hortatur, ut una cum aliis principibus Societatem procerum Bohemorum atque Pilsen civitatem contra regem Bohemiae adiuvet.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 168. nota ad Nr. 321. A.

3814. *S. l. et die. (ante 5. Junii).*
Mandatum legatis Thoruniensibus, ad conventionem cum rege Poloniae in Brześć 5. Junii habendam missis, datum.
Toeppen, Acten V. Nr. 66. p. 178.

3815. *S. l. a. et die (Wratislaviae, in Junio).*
Legati Saxonici de suis cum legato apostolico actionibus habitis et inter alia de eiusdem legati super pace inter Poloniam et Ordinem componenda actionibus referunt.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. XLII. Nr. 281. p. 376.

3816. *Wratislaviae, 20. Augusti.*
Rudolphus, episcopus Lavantinensis et legatus apostolicus, archiepiscopo et episcopis Polonis se Stimborium de Czimburg et Thowoczow propter iniurias Wratislaviensibus factas excommunicasse significat hortaturque eos, ut Wratislavienses, non istum, adiuvent.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 332. p. 191.

3817. *Bidgostiae, 20. Augusti (a. 1466?)*
Ericus dux Stetinensis, accepta in matrimonium Sophia Casimiri regis filia (!) vetera pacta cum eodem rege renovat.
Dogiel I. p. 575. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 168. **Cf.** ibid. notam. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 48. **Cf.** ibid. notam.

3818. *S. l. (Wratislaviae), 29. Augusti.*
Wratislavienses Paulo II. papae inter alia de Rudolpho legato scribunt, qui rege Poloniae et magistro petente in Poloniam super pace acturus proficiscatur.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 119.

3819. *Uexküll, 3. Septembris.*
Silvester archiepiscopus Rigensis proceribus quibusdam Lithuanis causam inter Połock et Riga civitates intercedentem proponit.
Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 254. p. 208.

3820. *Thorunii, 9. Septembris.*
Recessus actionum de pace inter Ordinem et Polonos componenda, Rudolpho legato apostolico intercedente, habitarum.
Toeppen, Acten V. Nr. 69. p. 181.

3821. *Regiomonti, 9. Septembris.*
Magister generalis Regiomonto civitati pro fide constanter Ordini servata iura quaedam villasque confert.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 68. p. 180.

3822. *Thorunii, 25. Septembris.*
Casimirus rex Thomae Trąbczyński, canonico Premisliensi, exactori datiae Cissa dictae in Maiori Polonia, 1000 hung. assecurat in eadem datia. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 288.

3823. *S. l. a. et die (1. Octobris—31. Decembris).*
Rudolphus legatus apostolicus regem Poloniae hortatur, ut sedi apostolicae contra Georgium regem Bohemiae opem praebeat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 210., nota ad Nr. 344.

3824. *S. l. a. et die (1. Octobris—31. Decembris).*
Idem Elisabeth reginam Poloniae hortatur, ut »altera Esther,« mortem fratris Ladislai ultura, coniugem ad regnum Bohemiae accipiendum permoveat.
Reg. (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. p. 210., nota ad Nr. 344.

3825. *Chocim, 4. Octobris (w subotu w dzień Ś. Franciszka w leto 6915!?)*
Proceres Moldaviae et Poloniae in conventione in Chocim habita diem novae conventionis 1. Maii constituunt.
Papée, Polityka Polska w czasie upadku Jerzego Podiebrada p. 105, anno impossibili 1470 adscripto. Annum 1466 = 6975., in quo diem S. Francisci sabbato fuisse constat, ipse correxi.

3826. *Thorunii, 19. Octobris.*
Litterae pacis perpetuae inter Poloniam et Ordinem Teutonicum initae. (Litterae regis Poloniae).
Vol. Leg. I. p. 202. — Dogiel, Codex diplom. Pol. IV. p. 163., die: 16. Octobris falso notato. — Privilegia der Stände Preuss. p. 20. — Dumont, Corps dipl. Univers. III. 1. p. 348. — **Fragm.** Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 2. Nr. 641. p. 516. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1961. p. 210. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 90. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 70. p. 196.

3827. *Thorunii, 19. Octobris.*
Casimirus rex magistro generali 15.000 flor. Hung. duabus pensionibus se soluturum pollicetur.
Dogiel IV. p. 175. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 91.

3828. *Thorunii, 19. Octobris.*
Magister generalis se a rege Casimiro ex pacto 150 flor. recepisse testatur.
Dogiel IV. p. 175. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 91.

3829. *Thorunii, 19. Octobris.*
Idem subditis suis, qui regi et regno Poloniae adhaeserint, culpam remittit.
Dogiel IV. p. 174. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 91. — **Reg.** Toeppen. Acten V. Nr. 71. p. 196.

3830. *Thorunii, 19. Octobris.*
Casimirus rex subditis suis, qui Ordini adhaeserint, culpam remittit.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 72. p. 197.

3831. *Thorunii, 20. Octobris.*
Magister generalis testatur immunitatem a servitio militari, quam sibi Casimirus rex ad 20 annorum spatium concesserit, si Turcae Poloniam invaserint, non valituram esse.
Reg. Smolka, Archiwa p. 268.

3832. *Thorunii, 23. Octobris.*
Idem Poloniae terrigenis sub iurisdictione sua bona habentibus servitia, tributa aliaque onera nec non officia bellica, nisi Tartari vel Turcae Poloniam invaserint, remittit.
Dogiel IV. p. 176. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 174. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 91. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 73. p. 197.

3833. *S. l. a. et die (Octobri—Decembri).*
Carvajal cardinalis ad Georgii regis Bohemiae litteras publicas responsum, in quo inter alia Georgio, quod cum aliis haereticis

Bohemis Alberto II. regnante regem sibi ex Polonia vocaverit, exprobratur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 344. p. 204.

3834. *S. l. (Wratislaviae), 24. Novembris.*
Senatus Wratislaviensis papae de pace Thoruniensi inter Ordinem et Poloniam inita scribit, gaudium suum hac ex re conceptum meritaque Rudolphi legati notat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 341. p. 200.

3835. *S. l. (Gedani), 24. Novembris.*
Senatus Gedanensis Thoruniensibus de expensis bellicis scribit seque aes alienum a Thoruniensibus contractum persoluturum esse negat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 267.

3836. *Norimbergae, s. a. et die (Novembri).*
Oratio a legatis regis Bohemiae coram ordinibus Germaniae Norimbergae dicta, in qua inter alia de actionibus eiusdem regis cum rege Poloniae Glogoviae super bello contra Turcas suscipiendo habitis sermo fit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 366. p. 416.

3837. *Międzyrzecz, 6. Decembris.*
Petrus de Szamotuły apud electorem Brandenburgensem de rapinis a subditis eius in finibus regni commissis conqueritur.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIV. Nr. 245. p. 192.

3838. *Kozienice, 23. Decembris.*
Casimirus rex Wratislaviensibus concedit, ut ad nundinas Lublinenses per Sandomierz et Radom proficisci possint.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 110.

3839. *S. l. et die.*
»Concordia dominorum de Brussia cum rege Poloniae perscripta per Jo. Rott.«
(Chmel in) Sitzungsber. d. Wiener Acad., Phil. hist. Classe, ex a. 1850. Tom. II. p. 684.

3840. *S. l. a. et die.*
Casimirus rex dat salvum conductum magistro et ordini Crucife rorum ad tractandum de pace. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 90.

3841. *Thorunii, s. die.*
Foedus inter Casimirum regem Poloniae et Ludovicum magistrum Prussiae sancitum Thorunii sub sigillis Friderici cardinalis et Gaspari episcopi Caldiensis. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 91.

3842. *Thorunii, s. die.*
Casimirus rex Nicolao Knuth et Johanni Maszow in oppido Malborg et villa Wyszwad 400 fl. Hung. inscribit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 92.

3843. *S. l. et die.*
Idem Johanni de Kościelec palatino Inowladislaviensi 100 marcas in oppido Tuchola inscribit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 90.

1467.

3844. *S. l. (Wratislaviae), 17. Januarii.*
Senatus Wratislaviensis Paulo II. papae legatos Polonorum Romam proficiscentes, Vincentium Kiełbasa et Johannem Ostrorog eorumque mandata commendat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 348. p. 217. **Cf.** ibidem notam.

3845. *Pragae, 25. Januarii.*
Gregorius Heimburg, Georgii regis Bohemiae secretarius, Francisco Venetiarum patricio scribit et inter alia de amicitia inter Georgium et inter reges Hungariae atque Poloniae exsistente commemorat.
(Höfler, Böhm. Stud. VIII. in) Archiv f. öst. Gesch. XII. p. 335.

3846. *Allenstein, 27. Januarii.*
Capitulum Warmiense pacem Thoruniensem ratam habet eandemque se servaturum spondet.
Dogiel IV. p. 177. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 209. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 92.

3847. *S. l. 12. Februarii.*
Doctor Martinus Mayr Paulo, Georgii regis Bohemiae secretario, inter alia de legatis Polonis in curia regis Bohemiae versantibus atque de ipsorum actionibus ibidem habitis scribit.
(Höfler, Böhm. Stud. VIII. in) Archiv f. öst. Gesch. XII. p. 334.

3848. *Elbingae, 15. Februarii.*
Recessus conventionis legatorum Prussiae Polonae et Ordinis, quo actiones de rationibus inter utramque Prussiae partem constituendis, de moneta, de teloneis, cett., habitae continentur.
Toeppen, Acten V. Nr 74. p. 221.

3849. *Pragae, 19. Februarii.*
Gregorius Heimburg archiepiscopo Strigoniensi scribit deque rationibus amicis, quae inter reges Bohemiae et Poloniae intercedant, de legatis Polonis, Johanne Ostrorog et electo Zarniensi (administratore Pomesaniensi!), pacta renovanda offerentibus, accurate refert.
(Höfler, Böhm. Stud. VIII. in) Archiv für öst. Gesch. XII. p. 341. — Teleki, Hunyadiak Kora XI. Nr. 427. p. 245. — **Cf.** Caro, Gesch. Pol. V. 1. p. 275. notam 1.

3850. *Coln, 2. Martii.*
Fridericus elector Brandenburgensis Petro de Szamotuły, capitaneo Maioris Poloniae, de iniuriis subditis suis a Schranck von Nossing, militum mercenariorum duce, illatis conqueritur.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 287. p. 411.

3851. *Welawa, 7. Martii.*
Magister generalis electori Brandenburgensi scribit seque id quod fama ferat, facturum Novaque Marchia Polonis cessurum esse negat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 288. p. 412.

3852. *Międzychod, 8. Martii s. a. (a. 1467?)*
Stanislaus et Dobrogost Ostrorog electorem Brandenburgensem rogant, ut duae villae ad Drezdenko pertinentes restituantur.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 289. p. 413.

3853. *Romae, 12—16. Martii.*
Fabianus Hanko senatui Wratislaviensi inter alia de legatorum Polonorum Romam adventu eorumque apud papam audientia publica, 14. Martii eis data, refert.
Excerpt. Klose, Von Breslau III. p. 302., ad annum 1465. — **Excerpt.** (Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 353. p. 220.

3854. *S. l. a. et die (Romae, 14. Martii).*
Oratio a Vincentio Kiełbasa Gosławski, legato regis Poloniae, coram Paulo II. papa super pace Thoruniensi confirmanda habita.
Vol. Leg. I. p. 222—225.

3855. *S. l. a. et die (Romae, 14. Martii).*
Oratio a Johanne Ostrorog, legato regis Poloniae, coram Paulo II. papa super eodem argumento habita.
(Pawiński, Jan Ostrorog in) Biblioteka Umiej. Prawnych, Rok X. Serya III. p. 182. (lat. et pol.) — **Cf.** tamen Caro, Gesch. Pol. V. 1. p. 275. notam 4.

3856. *S. l. et die (circa 15. Martii).*
Friderici electoris Brandenburgensis mandatum Petro Molner, qui ad Petrum de Szamotuły de rebus finalibus et de militibus mercenariis acturus missus est, datum.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 290. p. 414.

3857. *Szamotuły, 21. Martii.*
Petrus de Szamotuły electori Brandenburgensi de militibus mercenariis in Tütz respondet.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 291. p. 417.

3858. *Tütz, 21. Martii.*
Johannes Capphun von Swykow electori Brandenburgensi pacem renuntiat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 292. p. 417.

3859. *Tütz, 21. Martii.*
Nobiles quidam Poloni una cum duce Schranck von Nossing electori Brandenburgensi pacem renuntiant.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 293. p. 418.

3860. *Tütz, 24. Martii.*
Marcus et Dawid von Wedelen, militum mercenariorum duces, litteras electoris Brandenburgensis pacem renuntiantes se accepisse testantur.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 294. p. 419.

3861. *Thuczeu, 26. Martii.*
Schranck von Nossing, militum mercenariorum dux, electori Brandenburgensi indutias 14 dierum concordiamque ineundam offert
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 298. p. 429.

3862. *Driszen, 26. et 27. Martii.*
Paulus Molner electori Brandenburgensi de legatione sua ad capitaneum Posnaniae habita refert.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 296. p. 420—428., duabus appendicibus additis.

3863. *Driszen, 27. Martii.*
Idem Schranck et sociis ad litteras sub Nr. 3861. notatas respondet.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 299. p. 430.

3864. *Coln ad Spream, 30. Martii.*
Fridericus elector Brandenburgensis Petro de Czamptur (Szamotuły), capitaneo generali Maioris Poloniae, de conventione quadam scribit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars II. Tom. V. Nr. 1854. p. 107.

3865. *Coln ad Spream, 30. Martii.*
Idem Rudolphum, apostolicae sedis legatum, inter alia rogat, ut res ipsius contra Bohemos et Polonos tueatur.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars. III Tom. I. Nr. 300. p. 430.

3866. *Romae, 2. Aprilis.*
Paulus II. papa Vincentio electo Culmensi concedit, ut praeposituram Wislicensem aliaque beneficia retinere possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 191. p. 154. — Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 3. Nr. 642. p. 529.

3867. *S. l. 5. Aprilis.*
Fridericus elector Brandenburgensis Alberto fratri de caesare, quod in rem Pomesaniae se minus iuste interponat, queritur.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 301. p. 431.

3868. *Kurnik, 11. Aprilis.*
Lucas de Górka palatinus Posnaniensis electorem Brandenburgensem rogat, ut hominibus ipsius de Szyrakow cum Stetino civitate mercantibus salvum conductum det.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 304. p. 435.

3869. *In Nova Domo, 2. Maii.*
Societas procerum Bohemorum Casimiro regi Poloniae, post Georgium regem Bohemiae a papa excommunicatum, regnum Bohemiae offert.
Dogiel, Cod. d. Pol. I. Nr. 17. p. 20. — **Vers. Pol.** Niemcewicz, Zbiór Pamiętników I. p. 364. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1962. p. 210. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 34. — **Reg.** Dudik, Forschungen in Schweden, App. F. p. 456.; anno 1462. adscripto.

3870. *In Nova Domo, 2. Maii.*
Eadem Societas proceribus Polonis de eodem argumento scribit.
Dogiel, Cod. d. Pol. I. Nr. 18. p. 20.

3871. *Wilnae, 3. Maii.*
Casimirus rex pactionem de mercatura inter Rigam et Połock civitates constituit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 3431. p. 297. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1963. p. 210.

3872. *Petricoviae, 10. Maii.*
Diarium comitiorum, quibus legati Prussiae utriusque interfuerunt.
Fragm. Toeppen, Acten V. Nr. 75. p. 231.

3873. *Romae, 14. Maii.*
Paulus II. papa Rudolpho legato apostolico se pacem Thoruniensem confirmaturum significat, si rex Poloniae regnum Bohemiae acceperit vel electo regi Bohemiae se fauturum promiserit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 361. p. 229.

3874. *Romae, 15. Maii.*
Idem omnes pactiones a Georgio rege Bohemiae in eisque cum rege Poloniae initas dissolvit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 7. Tom. X. p. 444. — (Markgraf in) SS. r. Siles. IX. Nr. 364. p. 232. — **Fragm.** Müller, Reichstagstheatrum II. p. 264.

3875. *Romae, 15. Maii.*
Idem Rudolphum episcopum Lavantinum legatum »de latere« in Bohemia, Livonia, Misnia nec non in Polonia et Prussia constituit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 365. p. 233.

3876. *Romae, 15. Maii.*
Idem eidem dat facultatem, ut »infra limites suae legationis« pecunias nomine cruciatae contra Georgium regem Bohemiae collectas recipere possit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 366. p. 236.

3877. *Romae, 15. Maii.*
Idem eidem dat facultatem, ut infra limites legationis suae beneficiis ecclesiasticis decimam ad bellum contra Georgium regem Bohemiae instaurandum imponere possit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 367. p. 236.

3878. *Romae, 15. Maii.*
Idem eidem dat facultatem, ut regem et incolas Poloniae a censuris, quas propter bellum cum Ordine gestum incurrissent, absolvere possit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 369. p. 239.

3879. *S. l. et die (15. Maii (?) 1467 (?))*
Idem episcopo Wratislaviensi eandem dat facultatem.
Reg. Rykacz. Invent. p. 5.; a. falso 1471. adscripto. Datum ipse correxi.

3880. *Romae, 15. Maii.*
Idem Rudolpho legato suo concedit, ut facultatem Polonos a censuris absolvendi sibi ab ipso commissam in episcopi Culmensis dioecesi ad illum transferre possit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 370. p. 240.

3881. *Korczyn, 2. Junii.*
Casimirus rex Iwano Birecki cuidam episcopatum Ruthenum Premisliensem promittit.
AGZ. VII. Nr. 58. p. 115.

3882. *Pragae, 3. Junii.*
Georgius rex Bohemiae apud regem Poloniae de appellatione a papa ad concilium facta se excusat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 396. p. 460.

3883. *Inowladislaviae, 28. Junii.*
Casimiri regis litterae super datiam *Cisza* colligendam, praesertim ex terris palatinatus Lanciciensis, idque de consensu baronum tamdiu quamdiu ipsis placuerit, quod in sequelam non trahetur. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 321.

3884. *Pragae, 30. Junii.*
Erhart Frank Casper Junkher in Eger moranti scribit deque rege Poloniae una cum aliis principibus Georgium regem Bohemiae apud papam adiuvante, de militibus in Prussia et Polonia a Georgio mercede conducendis, commemorat.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. Tom. XLII. Nr. 315. p. 423. 425.

3885. *S. l. (Wratislaviae), 16. Julii.*
Wratislavienses a Paulo II. papa opem contra Georgium regem Bohemiae petunt, praesertim rogant, ut bullae regnum Bohemiae regi Poloniae offerentes, quas Rudolphus legatus eidem regi allaturus sit, citius expediantur.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 137.

3886. *Cracoviae, 25. Julii.*
Conradus dux et Margaretha ducissa Oleśnicenses testantur se a Casimiro rege 3000 fl. Hung. accepisse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 346.

3887. *Kowal (sic), 25. Julii.*
Iidem iterum testantur 3000 fl. »tertiae rathae« a Casimiro rege se accepisse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 346.

3888. *Cracoviae, 25. Julii.*
Stanislaus Rudzki et Henricus Trębowicz eorundem ducum nomine testantur se accepisse a Casimiro rege 3000 fl. Hung. »ad rationem viginti millium florenorum.«
Reg. Rykacz. Invent. p. 346.

3889. *S. l. 25. Julii.*
Gregorius Heimburg archiepiscopo Strigoniensi in favorem regis Bohemiae scribit et inter alia in memoriam reducit, quo modo idem rex impediverit, quominus praedatores Hungariae »fratres« dicti a »fratribus« ex Polonia et Prussia adiuvarentur.
(Höfler in) Archiv für öst. Gesch. XII. p. 344. — Teleki, Hunyadiak Kora XI. Nr. 442. p. 281.

3890. *Elbingae, 2. Augusti.*
Actiones gubernatoris magistri generalis cum ordinibus Prussiae Polonae habitae.
Toeppen, Acten V. Nr. 77. p. 234.

3891. *Pragae, 3. Augusti.*
Georgius rex Bohemiae archiepiscopum Gnesnensem rogat, intercedat apud regem Casimirum, ut Poloni, qui rebelles Silesiae adiuvent, publice revocentur.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 406. p. 474.

3892. *Pragae, 5. Augusti.*
Idem baroni cuidam in curia regia Polona versanti de suis in bello cum rebellibus gesto successibus reportatis scribit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 407. p. 476.

3893. *Nissae, 7. Augusti.*
Jodocus episcopus Wratislaviensis Rudolpho legato Cracoviae versanti scribit et inter alia significat »Georgium gloriari se habere promissa ex Polonia de non assumendo regno Bohemiae contra eum et nunc ex Polonia idem ad ipsum (Jodocum) deductum esse.«
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 408. p. 479.

3894. *Cracoviae, post 10. Augusti.*
Litterae Casimiri regis super debitum 1464 cum medio aureorum militibus stipendiariis in bello Prussico. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 390.

3895. *Cracoviae, 21. Augusti.*
Johannes episcopus Cracoviensis Johannem Długossium Seniorem culpa, qua ab Andrea de Oleśnica accusatus sit, »quasi sibi de quibusdam thesauris post mortem Sbignei cardinalis receptis,« liberat.
Wiszniewski, Hist. Liter. Pol. IV. p. 81.

3896. *Cracoviae, 5. Septembris.*
Casimirus rex palatinis aliisque officialibus praecipit, ut mercatores Wratislavienses per Radom in Lublin transire permittant.
Excerpt. Mosbach, Przyczynki p. 110.

3897. *Cracoviae, 8. Septembris.*
Transsumptum litterarum Ludovici magistri Prussiae, quibus permittit, ut subditi eius petant absolutionem ab excommunicatione ob rebellionem contra eos fulminata. Sub nomine Johannis episcopi Cracoviensis extraditum. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 211. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 92.

3898. *Romae, 11. Septembris.*
Paulus II. papa iudicibus quibusdam praecipit, ut certos collectores fructuum ecclesiae Cracoviensis ad eosdem Jacobo episcopo Wladislaviensi solvendos compellant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 192. p. 155.

3899. *Romae, 25. Septembris.*
Paulus II. papa Nicolaum de Lipnycza archidiaconum Cracoviensem, qui in bello a Turcis captus fidem Christi abnegaverat, ab excommunicatione absolvit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 193. p. 156.

3900. *Romae, 27. Septembris (Pont. a. IV).*
Idem Johanni Pintor mandat, ut Johannem de Lukorow in pacifica possessione ecclesiae in Dolsko contra Johannem de Dombrowa et Johannem de Gyloroyecz protegat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 197. p. 160., a. 1468. adscripto.

3901. *S. l. a. et die (ineunte Octobri).*
Anonymus anonymo novas res ex castris Bohemis nuntiat deque rege Bohemiae propediem regis Poloniae legationem exspectante commemorat.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. Tom. XLII. Nr. 326. p. 440.

3902. *Pragae, 26. Octobris.*
Georgii regis Bohemiae responsum, legatis Casimiri regis Poloniae, post regnum Bohemiae eidem regi Poloniae a papa oblatum missis et bello inter Georgium et rebelles Bohemos gerendo intercedere volentibus, datum.
Archiv Česky, Tom. IV. p. 147—160. (bohem.). — (Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 149—151. (lat.).

3903. *Pragae, s. d. (in Octobri).*
Caspar Polkwitz Laurentio Utman et Hans Lauterbacher, Gorlicensibus, novas res ex Bohemia nuntiat, de epistola quadam domini Ostrorog, in qua ille regis Poloniae erga Georgium regem amicitiam testetur deque fratre a legato apostolico corrupto queratur, de 600 equis e Polonia Georgio auxilio missis, cett., scribit
Excerpt. (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 418. p. 488.

3904. *Iglaviae, 2. Novembris.*
Sdenko de Sternberg suo et Johannis de Hasenburg nomine legatis Polonis, bello inter rebelles Bohemos et Georgium regem gerendo intercedere conantibus, respondet.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 151.

3905. *Pragae, 11. Novembris.*
Georgius rex Bohemiae ad responsum supra (Nr. 3904) notatum, sibi a legatis Polonis propositum, respondet.
Archiv Česky IV. p. 150. (bohem.). — (Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 153. (lat.).

3906. *S. l. a. et die (post 11. Novembris).*
Sdenko de Sternberg ad legationem supra notatam sibi a legatis Polonis propositam respondet.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 155.

3907. *S. l. 19. Novembris.*
Legati regis Poloniae indutias inter Georgium regem Bohemiae et Societatem Catholicorum Bohemorum constituunt.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 426. p. 496.

3908. *Marieburgi, 28. Novembris.*
Recessus conventionis ordinum Prussiae Polonae, gubernatore Ordinis Teut praesente, in quo de mercede solvenda, de castellis cum Ordine commutandis, de ecclesiis, de moneta, cett., sermo fit.
Fragm. Toeppen, Acten V. Nr. 79. p. 246.

3909. *Bregae, 30. Novembris.*
Legati Poloni Rudolpho legato apostolico de suis cum rege Georgio et rebellibus Bohemis actionibus habitis, de indutiis a se constitutis referunt atque conventionem Bregae habendam denuntiant.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 157. — (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 428. p. 500.

3910. *Bregae, 30. Novembris.*
Eidem Wratislaviensibus de eodem argumento scribunt.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 157.

3911. *Pragae, 30. Novembris.*
Georgius rex Bohemiae Georgio de Stein scribit deque pactione cum rege Poloniae inita commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 377. p. 248.

3912. *Marieburgi, 1. Decembris.*
Consiliarii Poloniae et Prussiae condiciones quasdam, de quibus inter Vincentium episcopum Culmensem et legatos capituli Warmiensis convenit, ratas habent.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 643. p. 531.

3913. *S. l. a. et die (1. Decembris—11. Februarii 1468).*
Capitulum Warmiense Vincentium episcopum Culmensem conser vatorem suum agnoscit.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 644. p. 533.

3914. *S. l. 2. Decembris.*
Capitulum Warmiense cum legatis Polonis de episcopatu Warmiensi, cui deferendus sit, paciscitur.
Reg. Brock, De Controversiis p. 15.

3915. *Wratislaviae, 2. Decembris.*
Rudolphus legatus apostolicus Lusatiensibus de legatis Polonis deque conventione Bregae habenda scribit.
Fragm. (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 429. p. 502.

3916. *S. l. (Wratislaviae), 4. Decembris.*
Wratislavienses legatis Polonis ad litteras sub Nr. 3910. notatas respondent rogantque eos, ne conventio Bregae sed Wratislaviae fiat.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 162.

3917. *S. l. a. et die (4. Decembris (?))*
Victorinus de Fürstenberg Mathiae regi Hungariae, post indutias legatis Polonis intercedentibus cum rebellibus Bohemis initas, nomine Georgii regis, patris sui, opem contra rebelles Hungaros offert.
Teleki, Hunyadiak Kora Tom. XI. Nr. 448. p. 289.

3918. *Coloniae ad Spream, 9. Decembris.*
Fridericus elector Brandenburgensis legatum apostolicum rogat, ut sibi de conventione Bregensi nuntios mittat.
Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars III. Tom. I. p. 450. — **Reg.** Cod. dipl. Silesiae Tom. IX. Nr. 1012. p. 144.

3919. *Wratislaviae, 13—31. Decembris.*
Johannis Frauenburg diarium de actionibus Wratislaviae super legatione Polonorum habitis.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 431. p. 503—512.

3920. *Wratislaviae, 19. Decembris.*
Legati Gorlicenses senatui Gorlicensi inter alia de legatis Polonis Wratislaviae versantibus scribunt.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 430. p. 502.

3921. *S. l. (Wratislaviae), 23. Decembris.*
Societas Catholicorum, Wratislaviae congregata, legatis Polonis ad responsum Georgii regis Bohemiae eisdem legatis 26. Octobris datum (vide Nr. 3902.) sibique propositum, respondet.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 165. — (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 432. p. 512.

3922. *Strzelin, 27. Decembris.*
Legati Poloni Georgio regi Bohemiae scribunt sententiamque suam super indutiarum punctis quibusdam controversis exponunt.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 433. p. 515.

3923. *S. l. 27. Decembris (am Sontage Johannis evangelistae 1468).*
Senatus Budissinensis senatui Gorlicensi de epistola quadam legatorum Polonorum domino Johne von Schönburg scripta deque eiusdem responso scribit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 414. p. 485.

3924. *Strzelin, 28. Decembris.*
Legati Poloni regi Bohemiae super quibusdam indutiarum punctis iterum atque accuratius scribunt.
(Palacky in) Fontes r. Austr. Dipl. XX. Nr. 434. p. 517. — **Cf.** Nr. 3922.

3925. *S. l. a. et die (Wratislaviae, exeunte Decembri).*
Conventionis Wratislaviensis legatis Polonis praesentibus habitae mandatum, legatis ad papam missis datum.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 175.

3926. *Coloniae ad Spream, s. die.*
Fridericus elector Brandenburgensis a Petro de Szamotuły opem contra milites mercenarios in Tütz petit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 295. p. 419.

3927. *S. l. a. et die.*
Jacobus cardinalis Paviensis Bertino episcopo Adriensi de animis Teutonicorum erga Georgium regem Bohemiae deque rationibus, quae inter regem Poloniae et inter eundem Georgium intercedant, scribit.
Fragm. Raynald, Ann. Tom. X. p. 446.

1468.

3928. *Pragae, 11. Januarii.*
Georgii regis Bohemiae tertium responsum legatis Polonis ad condiciones conventionis Wratislaviensis sibi ab eis propositas datum.
Archiv Česky IV. p. 153. (bohem.).

3929. *S. l. a. et die (Pragae, 11. Januarii (?))*
Eiusdem regis litterae legatis Polonis super eodem argumento scriptae.
Archiv Česky IV. p. 155. (bohem.).

3930. *S. l. 14. Januarii.*
Legati Polonorum pacem inter Georgium regem Bohemiae et Societatem catholicorum procerum Bohemiae constituunt. (Litterae Polonorum).
Archiv Česky IV. p. 160. (bohem.).

3931. *Gliwice, 15. Januarii.*
Janussius dux Silesiae Gliwicensis prorogat Casimiro regi solutionem debiti 2000 aureorum et 200 aur. ratione salarii in summa praefata provenientis. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

3932. *Romae, 17. Januarii.*
Paulus II. papa archiepiscopo Gnesnensi et episcopo Cracoviensi mandat, ut erectionem domus fratrum Minorum in partibus Prussiae ratam habeant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 194. p. 157.

3933. *Romae, 17. Januarii (Pont. a. IV).*
Idem episcopo Posnaniensi et Benedicto Furmani mandat, ut Nicolao de Xancz villam de Byozanawo in beneficium assignandam curent.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 197. p. 160.; a. 1467. adscripto.

3934. *Wratislaviae, sine die (Januario).*
Rudolphus legatus apostolicus legatis Polonis sibi non esse potestatem sententias a papa latas tollendi significat nuntiatque homagialibus ducatuum Swidnicensis et Jawriensis capitaneum a se praefectum esse.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 436. p. 519.

3935. *Wratislaviae, 1. Februarii.*
Rudolphus legatus Friderico electori Brandenburgensi ad litteras sub Nr. 3918. notatas respondet.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 325. p. 453.

3936. *S. l. (Wratislaviae), 1. Februarii.*
Senatus Wratislaviensis Paulum II. papam rogat, ut Rudolphum legatum episcopum Wratislaviensem electum confirmare dignetur, additque legatos Polonos electioni praesentes archiepiscopumque Gnesnensem metropolitam huic electioni suffragatos esse.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 385. p. 257.

3937. *W Jindřichowĕ Hradci, 4. Februarii.*
Zdenek de Sternberg ad pacem inter Georgium regem et Societatem procerum Bohemiae Polonis intercedentibus initam accedit.
Archiv Česky IV. p. 164.

3938. *Romae, 4. Februarii.*
Paulus II. papa Rudolpho legato suo scribit seque pacem Thoruniensem ratam habiturum et Vincentium episcopum Culmensem confirmaturum negat, concedit, ut rex Poloniae, nisi regi Bohemiae milites mercede conducere permittat, a censuris absolvatur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 386. p. 259.

3939. *S. l. a. et die (6. Februarii a. 1468?)*
Nuntii legati apostolici Rudolphi Friderico electori Brandenburgensi regnum Bohemiae offerunt et inter alia de gravioribus momentis ad Poloniam spectantibus commemorant.
(Höfler in) Quellensammlung für fränk. Gesch. II. p. 46.; a. 1440. adscripto. (?) — Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 327. p. 455.

3940. *S. l. a. et die (post 6. Februarii?)*
Friderici electoris Brandenburgensis ad condicionem supra notatam responsio.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 328. p. 458.

3941. *Wratislaviae, 27. Februarii.*
Rudolphus legatus apostolicus electori Brandenburgensi se responsione legatis suis data gaudere significat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 332. p. 470.

3942. *S. l. a. et die (29. Februarii).*
Codex iuris »Sudebnik« dictus, a Casimiro rege Lithuanis collatus.
Sudebnik ed. Daniłowicz ex a. 1826. — Akty Zap. Ross. I. Nr. 67. p. 80.

3943. *S. l. a. et die (Februario).*
Fridericus elector Brandenburgensis Albertum fratrem de regno Bohemiae sibi oblato certiorem facit deque ope ab eo sibi ferenda interrogat. Adiunguntur tres appendices.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 329. p. 460.

3944. *Onoldspach, 1. Martii.*
Albertus marchio fratri Friderico electori Brandenburgensi ad litteras supra notatas respondet, quinque appendicibus adiunctis.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 333. p. 470.

3945. *S. l. 15. Martii.*
Eiusdem Alberti mandatum legato Alberto Styeber ad fratrem electorem in causa regni Bohemiae misso datum.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 334. p. 477—482.

3946. *Posonii, 9. Aprilis.*
Protasius episcopus Olomucensis Rudolpho legato apostolico de sua secunda apud regem Hungariae legatione refert neque minus prosperam in Polonia se sperare significat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 440. p. 523.

3947. *Posonii, 10. Aprilis.*
Aulicus quidam Hungarus legato Hungaro Romae degenti de novis rebus scribit regemque Mathiam, regis Poloniae ratione ductum, titulum regis Bohemiae non accepturum significat.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 298.

3948. *Iglaviae, 16. Aprilis.*
Zdenek de Sternberg Jaroslao filio suo de bello a rege Mathia Georgio regi illato scribit deque militibus Polonis in exercitu Hungaro militantibus mentionem facit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 442. p. 525.

3949. *Romae, 23. Aprilis.*
Paulus II. papa Petro Pyiewsky ac Paulo de Orlow, canonicis Plocensibus, praecipit, ut Martino Grustzinfen presbytero Gnesn. dioecesis scolastriam eccl. Plocensis conferendam curent.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 197. p. 160.

3950. *Cracoviae, 2. Maii.*
Casimirus rex capitulum Warmiense praemonet, ne »provisioni ecclesiae Warmiensis« a quocunque factae oboediant.
Reg. Gołębiowski III. p. 330.

3951. *Prope oppidum Law, 3. Maii.*
Hungarus quidam Protasium episcopum Olomucensem, legatum in Polonia degentem, hortatur, ut citius redeat, deque legatis Polonis in Hungariam missis commemorat.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 249.

3952. *Zwojma, 10. Maii.*
Hungarus quidam legato Hungaro Romae degenti novas res ex bello Hungaro-bohemico nuntiat deque rationibus cum Poloniae rege, qui pauper et regi Bohemiae obligatus sit, intercedentibus commemorat.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 317.

3953. *Wratislaviae, 16. Maii.*
Rudolphus episcopus Lavantinus et Wratislaviensis, legatus apostolicus, civibus Olomucensibus de bello novo secunde gesto gratulatur atque pro Polonis in civitatem receptis gratias agit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 446. p. 528.

3954. *Ronneburg, 7. Junii.*
Archiepiscopus Rigensis Casimiro regi rationes suas de lite inter Rigam et Połock orta proponit.
Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 256. p. 212.

3955. *Trebitsch, 19. Junii.*
Protasius episcopus Olomucensis Rudolpho legato novas res ex castris Hungaris nuntiat, ubi nuntius Polonus, legatis a rege Poloniae mittendis salvum conductum petens, adfuerit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 457. p. 538.

3956. *Olomutii, 8. Julii.*
Alexius canonicus Olomucensis Rudolpho legato novas res nuntiat de episcopo Olomucensi ex Polonia reverso, de legatis Polonis »Hostrorog, Dubantzky et quodam tertio grandaevo,« qui »absque ullo impetratu pro haeretico recesserunt,« commemorat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 459. p. 543.

3957. *Olomutii, 11. Julii.*
Mathias rex Hungariae a senatu Wratislaviensi, quia Georgius »propter novi legati apostolici et oratoris regis Poloniae adventum iterum aliqua contra se conetur,« opem quam celerrimam petit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 409. A. p. 286.

3958. *S. l. a. et die (Olomutii. 11. Julii).*
Idem Rudolpho legato de eodem argumento scribit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 409. B. p. 286.

3959. *Olomutii, 13. Julii.*
Protasius episcopus Olomucensis Rudolpho legato de novis rebus atque de legatis Polonis apud regem Hungariae agentibus scribit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 411. p. 287.

3960. *Romae, 23. Julii.*
Paulus II. papa abbati Mogilnensi mandat, ut votis regis Poloniae obsecundans, fratribus ordinis Minorum Observantiae quasdam domus in Polonia, Lithuania et Russia fundandi et recipiendi licentiam concedat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 196. p. 159. — Turgeniew, Hist. Russ. MM. I. Nr. 122. p. 121.

3961. *Olomutii, 26. Julii.*
Protasius episcopus Olomucensis Rudolpho legato scribit deque legatis Polonis, qui Olomutio ad Georgium regem agendi causa se contulerint, commemorat.
Reg. (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 462. p. 546.

3962. *Romae, 30. Julii.*
Paulus II. papa Johanni de Goslup archidiacono Posnaniensi in gratiam regis Poloniae, cuius in curia Romana negotiorum sollicitator existat, dictum archidiaconatum confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 197. p. 160.

3963. *Soczawa, in Julio (a. a m. cr. 6976).*
Stephanus palatinus Moldaviae, rege Poloniae petente, Michaëli Lohotheto et fratribus eius veniam dat.
Reg. Gołębiowski III. p. 242.

3964. *Olomutii, 20. Augusti.*
Rudolphus legatus capitulo Warmiensi de Mathiae regis rationibus scribit deque responsione ab eo legatis Polonis data mentionem facit.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. IX. Nr. 417. p. 291.

3965. *Olomutii, 28. Augusti.*
Lucas Eisenreich, Heintz Dompnik, senatui Wratislaviensi novas res ex Moravia nuntiant deque legatis Polonis adhuc apud regem Bohemiae versantibus commemorant.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 468. p. 560.

3966. *S. l. et die (Augusto).*
Articuli pacis inter Mathiam regem Hungariae et Georgium regem Bohemiae eiusque subditos rebelles componendae a legatis Polonis propositi.
(Eschenloer in) SS. rer. Siles. VII. p. 190.

3967. *Petricoviae, 22. Octobris.*
Stanislaus Ostrorog iudex et Grot de Ostrow subiudex una cum assessoribus in causa Casimiri regis et Conradi ducis Warsoviensis super terris Plocensi et Zawkrzensi sententiam dicunt, qua eaedem terrae Conrado abiudicantur atque regi regnoque Poloniae adiudicantur.
Codex Masov. Nr. 217. p. 238. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 226.; die: 28. Octobris notato. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 346.

3968. *Petricoviae, 22. Octobris.*
Eidem simili sententia terras Płońscensem et Wisnensem Conrado duci abiudicant et regi regnoque Poloniae adiudicant.
Cod. Masov. Nr. 218. p. 240.

3969. *Petricoviae, 22. Octobris.*
Eidem easdem terras Catharinae ducissae Masoviensi abiudicant.
Cod. Masov. Nr. 220. p. 245. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 226. s. l. et die.

3970. *Petricoviae, 22. Octobris.*
Eidem Conrado duci Warsoviensi terram Sochaczeviensem abiudicant atque regi regnoque Poloniae adiudicant.
Cod. Masov. Nr. 219. p. 243.

3971. *Petricoviae, 22. Octobris.*
Eidem iudices eandem terram Catharinae ducissae Masoviensi abiudicant.
Cod. Masov. Nr. 221. p. 247. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 226. s. d. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 338. s. d.

3972. *Romae, 1. Decembris.*
Paulus II. papa Casimirum regem rogat, ut Nicolaum legitimum episcopum Warmiensem contra omnes nominatimque contra Vincentium episcopum Culmensem tueatur.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 647. p. 536.

3973. *S. l. 21. Decembris.*
Gregorius Heimburg, Georgii regis Bohemiae secretarius, Alberto marchioni Brandenburgensi significat legatos Polonos ad pacis Thoruniensis confirmationem obtinendam Romam se conferre suadetque, ut electores imperii hanc rem impedire studeant.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 95. p. 197.

3974. *S. l. a. et die (Romae, Decembri).*
Paulus II. papa subditos ecclesiae Warmiensis a iusiurandis Vincentio episcopo praestitis absolvit.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 648. p. 537.

3975. *S. l. a. et die.*
Calumniae contra Georgium regem Bohemiae ob eius responsionem legatis Polonis datam a Rudolpho legato divulgatae refutantur ipsius Georgii nomine.
Archiv Česky IV. p. 157.

3976. *S. l. et die.*
Mathias rex Hungariae proceribus Polonis ad querelas de Moldavia ab Hungaris occupata delatas aliasque respondet.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 244. — **Cf.** litteras Polonorum in Cod. Epist. Saec. XV. I. 2. Nr. 214 p. 241.

3977. *S. l. et die.*
Proceres Hungariae proceribus Poloniae de eodem argumento scribunt.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 246.

3978. *Soczaviae, s. d. (a. a m. cr. 6976).*
Stephanus palatinus Moldaviae Casimiro regi fidem obsequiumque spondet.
Reg. Rykacz. Invent. p. 140.

3979. *S. l. et die.*
Philippus metropolita Russiae Neogardienses, qui Iwani Wassilewicz magni ducis Moscoviae imperia detrectantes, ad regis Poloniae partes transire voluerint, ut a conatu huiusmodi desistant praemonet.
Rumiancow, Sobranije II. Nr. 18. p. 23. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1964. p. 210.

1469.

3980. *Cracoviae, 18. Januarii.*
Casimirus rex cavet, ne exactio quaedam in comitiis Corczinensibus constituta, cui se cives Cracovienses sponte sua subiecerint, iuribus eorum detrimentum inferat.
Piekosiński, Cod. d. Civit. Crac., Vol. I. Nr. 179. p. 251.

3981. *Romae, 23. Januarii (Pont. a. V).*
Paulus II. papa episcopo Dignensi et duobus canonicis Cracov. mandat, ut Johanni de Lesozno ecclesiam Wawrzynczicze conferendam curent.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 201. p. 164.; a. 1468. adscripto.

3982. *Premisliae, 15. Februarii.*
Casimirus rex clerum Ruthenum episcopatus Premisliensis ex iurisdictione iudicum saecularium eximit.
AGZ. VII. Nr. 60. p. 117.

3983. *Romae, 20. Februarii (Pont. a. V).*
Paulus II. papa officiali Posnaniensi praecipit, ut Johanni de Lukowo canonico Posnaniensi unam ex maioribus praebendis eiusdem ecclesiae conferendam curet.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 201. p. 164.; a. 1468. adscripto.

3984. *Elbingae, 21. Februarii.*
Legati ordinis Teutonici et civitatum Prussiae Polonae novam monetam probant.
Toeppen, Acten V. Nr. 81. p. 250. **Cf.** ibid. p. 252. notam 1.

3985. *Gedani, 24. Februarii (?) (Freytags für Mathiae).*
Gedanenses Carolo regi Sueciae ad eius petitionem, ut ei Puck oppidum reddant, respondent arbitrumque ad eam rem componendam regem Poloniae proponunt.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 336. (b).

3986. *Olomutii, 7—13. Aprilis.*
Diarium actionum Olomutii, legatis Polonis intercedentibus, habitarum.
Fragm. (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 481. p. 571—575.

3987. *Olomutii, 12. Aprilis—3. Maii.*
Aliud fragmentum diarii earundem actionum.
Fragm. (Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 482. p. 575—582.

3988. *Romae, 20. Maii.*
Paulus II. papa Nicolai episcopi Warmiensis electionem declarat canonicam et Vincentium episcopum Culmensem, qui se in eandem ecclesiam insinuaverit, ab ea expellit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 199. p. 160. — Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 3. Nr. 651. p. 540.

3989. *Romae, 21. Maii.*
Paulus II. papa Stanislao Sdeborii praeposituram Kielcensem confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 201. p. 164.

3990. *Cracoviae, 30. Maii.*
Premislaus dux Tessinensis »una cum sua comitiva« testatur sibi satisfactum esse a Casimiro rege pro stipendiis a terris Prussiae promeritis.
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

3991. *Cracoviae, 5. Junii.*
Casimirus rex Johanni episcopo et clero Cracoviensi cavet, ne contributio, quam in comitiis Corczinensibus pro pecunia mercenariis Prussiae solvenda sua sponte dederint, iuribus eorum detrimentum inferat.
Reg. Gołębiowski III. p. 213.

3992. *S. l. 16. Junii.*
Casimirus rex Fabiano de Legendorf mandat, ne dioecesim Warmiensem a Nicolao Tungen occupari sinat.
Reg. Brock, De controversiis p. 17. nota 2.

3993. *Pragae, 29. Junii (?) (am Tage S. Pauli).*
Georgii regis Bohemiae mandatum, quod legatis ad regem Poloniae super filio eius regno Bohemiae exornando et super matrimonio inter eundem filium et filiam suam contrahendo missis, dederat.
Sommersberg, SS. rer. Siles. I. Nr. 157. p. 1033.

3994. *Posnaniae, 29. Junii.*
Andreas de Bnin episcopus Posnaniensis Vincentium Wierzbięta suffraganum et haereticae pravitatis inquisitorem constituit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 21.

3995. *Cadolzburg, 1. Julii.*
Albertus marchio Brandenburgensis fratri suo Friderico electori de rebus Bohemiae, Hungariae atque Poloniae, praecipueque de Victorino regis Bohemiae filio in Lithuaniam, ut regem Poloniae ad foedus ineundum permoveat, proficiscente scribit.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. p. 195. — Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. I. Nr. 361. p. 509.

3996. *Wratislaviae, 1—8. Julii.*
Diarium legatorum Gorlicensium in curia regis Hungariae agentium, in quo locus de salvo conductu, quem Hungari a rege Poloniae petierint, deque responso eis dato invenitur.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 489. p. 593.

3997. *Pragae, 4. Julii.*
Gregorius Heimburg Alberto marchioni Brandenburgensi de rebus Bohemis et Hungaris deque rationibus, quae inter regem Poloniae et inter regem Bohemiae atque Silesios intercedant, scribit.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 101. p. 202.

3998. *Pragae, 10. Julii.*
Gregorius Heimburg affini suo Vogt de rebus Polono-Bohemis, de filia a rege Poloniae regi Hungariae in matrimonium recusata, scribit.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 102. p. 203.

3999. *Pragae, 11. Julii.*
Georgius rex Bohemiae Alberto marchioni Brandenburgensi de foedere a se cum Poloniae rege inito praecipueque de filio eiusdem regis ad regnum Bohemiae promovendo scribit.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 103. p. 204.

4000. *S. l. a. et die (ineunte Augusto).*
Anonymus (elector Brandenburgensis?) anonymo (Wilhelmo duci Saxoniae?) inter alia nuntiat se a legatis Polonis percepisse a Georgio eiusque partibus filium regis Poloniae regem Bohemiae ipsi successurum creatum esse, qua de re rex Poloniae in comitiis Petricoviensibus consulturus sit.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. XLII. Nr. 357. p. 472.

4001. *Lignica, 2—3. Augusti.*
Diarium actionum Lignicensium, in quo de adventu Boleslaviam duorum Polonorum Roma venientium deque novis rebus ab eis allatis mentio fit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 496. p. 601.

4002. *Romae, 6. Augusti.*
Paulus II. papa episcopo Premisliensi mandat, ut Stanislaum Carwyczsky clericum, qui bello Prussico personaliter interfuerit, ab irregularitate absolvat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 200. p. 163.

4003. *Pragae, 20. Augusti.*
Gregorius Heimburg Alberto Brandenburgensi inter alia de foedere inter reges Bohemiae et Poloniae contra regem Hungariae inito deque communi eorum expeditione parata scribit.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 107. p. 214.

4004. *S. l. 22. Augusti.*
Idem affini suo (Vogt?) novas res ex bello inter Georgium et Mathiam reges gesto nuntiat regemque Poloniae per Valachiam in Hungariam invasurum esse significat.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 108. p. 214.

4005. *S. l. 27. Augusti.*
Idem Alberto Brandenburgensi de papae Pauli II. consilio regni Bohemiae in partes dividendi nec non de simili consilio a papa Martino V. olim capto scribit.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 109. p. 215.

4006. *Garz, 28. Augusti.*
Fridericus elector Brandenburgensis Ernestum ducem Saxoniae de indutiis inter se et Pomeranos a rege Poloniae constitutis certiorem facit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars II. Tom. V. Nr. 1884. p. 137.

4007. *S. l. 30. Septembris.*
Casimirus rex dat facultatem aedificandi domum Observantium in Lithuania prope flumen Vilnae. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 315.

4008. *Pragae. 1. Octobris.*
Anonymus anonymo de comitiis Pragensibus, praecipue de actionibus super legatis ad regem Poloniae et ad comitia Petricoviensia mittendis habitis accurate scribit.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. XLII. Nr. 361. p. 475.

4009. *Petricoviae, 28. Novembris—1. Decembris.*
Diarium super homagio a magistro generali o. T. Reuss von Plauen regi Poloniae praestito nec non super actionibus regis cum ipso, tum primum consiliarii regni Poloniae munere functo, habitis conscriptum.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 489—498. — **Reg.** Danił. Skarb. II. NNr. 1965. et 1966. p. 210—211.

4010. *S. l. a. et die.*
Gregorius Heimburg affini suo Vogt scribit, de Baumkircher quodam, fratres Bohemos, Hungaros atque Polonos secum ducente, commemorat, electoribus imperii, quod imperatoris ratione ducti pro Ordine Teutonico non intercedant, exprobrat.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 97. p. 199.

4011. *S. l. a. et die.*
Legati Bohemi Span von Barnstein apud Albertum Brandenburgensem legatio, in qua de actionibus, quas Hungariae atque Poloniae reges regni Bohemiae obtinendi causa apud Georgium susceperunt, sermo fit.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. XLII. Nr. 365. p. 485.

4012. *S. l. a. et die (in conventione Petricoviensi).*
Casimirus rex cum Leonardo Wlodkone de Danaborz castellano Naklensi pro tenuta Człuchoviensi componit in conventione Petricoviensi. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 92.

1470.

4013. *Lemsal, 13. Januarii.*
Silvester archiepiscopus Rigensis regi Poloniae de lite inter Rigam et Połock civitates exorta scribit.
Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 257. p. 214. — **Reg.** Napiersky, Index II. Nr. 3436. p. 298.

4014. *S. l. a. et die (in Januario).*
Commentarius de legatione Georgii von Stein nomine Georgii regis Bohemiae Alberto Brandenburgensi proposita, in quo de Georgii regis erga regem Poloniae animo mentio invenitur.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 508. p. 619.

4015. *Pragae, 6. Februarii.*
Gregorius Heimburg Henrico von Aufsess scribit deque Polonis mercenariis in exercitibus Bohemorum et Hungarorum militantibus commemorat.
(Höfler in) Quellensammlung f. fränk. Gesch. II. Nr. 112. p. 218.

4016. *Romae, 17. Februarii (Pont. a. VI).*
Paulus II. papa Johanni Francisco de Gavinis capellano suo mandat, ut Johanni Nasson presbytero Cracoviensis dioecesis cantoriam ecclesiae Wratislaviensis conferendam curet.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 204. p. 167.; a. 1469. adscripto.

4017. *Romae, 18. Maii.*
Idem Derslaum de Carmcze collectorem denarii S. Petri in Polonia constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 203. p. 165.

4018. *Romae, 22. Julii.*
Idem Nicolao episcopo Warmiensi adhaerentes Vincentii Kiełbasa, eo solo excepto, a censuris absolvendi concedit facultatem.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 655. p. 546.

4019. *Romae, 22. Julii.*
Idem magistro generali et Ordini Teut. praecipit, ut Wartenberg civitatem, quam Vincentius episcopus Culmensis occupare conetur, legitimo episcopo Warmiensi Nicolao reddant.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 656. p. 547.

4020. *Lehnin, 1. Augusti.*
Fridericus marchio Brandenburgensis duces Saxoniae de legatis Polonis, qui apud ipsum fuerint, nunc ad eos et ad caesarem proficiscantur, certiores facit.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 522. p. 630.

4021. *Malenowicz in castris regis Bohemiae, 11. Augusti.*
Legati Polonorum Zdenkoni de Sternberg, quod salvum conductum absurdum ipsis miserit, exprobrant.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 207. — **Reg.** Archiv Česky III. Nr. 798. p. 578.

4022. *S. l. a. et die (post 11. Augusti).*
Zdenek de Sternberg legatis Polonis in castris regis Bohemiae versantibus ad litteras supra notatas respondet.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 208.

4023. *Grez, 10. Octobris.*
Johannes Gelthusz et Gilbrecht von Holzhusen senatui Francofurtensi inter alia legatos Polonorum abhinc quattuor septimanas in Grez versari significant.
Reg. Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 1. Nr. 416. p. 257.

4024. *Grez, 10. Octobris.*
Foedus inter Fridericum IV. imperatorem et Casimirum regem Poloniae initum. (Litterae Friderici).
Dogiel, Cod. d. Pol. I. p. 163. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 266.; die: 20. Octobris adscripto. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 14.

4025. *Romae, 14. Octobris (P. a. VII.).*
Paulus II. papa Casimirum regem rogat, ut Iwani Wassilewicz m. ducis Moscoviae legatos ad ipsum missos per regnum suum transire sinat.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 9. Tom. X. p. 480. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 205. p. 167.; anno 1471. adscripto.

4026. *Korczyn, 19. Octobris.*
Casimirus rex Andream Oporowski archidiaconum Gnesnensem, ad magistrum generalem Henricum Richtenberg, ut eum ad homagium regi praestandum hortetur, missum, auctoritate exornat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1967. p. 211.

4027. *Graz, 23. Octobris.*
Legati Francofurtenses senatui Francofurtensi de suis actionibus referunt deque legatis Polonis, qui abierint, mentionem faciunt
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 1. Nr. 419. p. 258.

4028. *Petricoviae, 20. Novembris.*
Henricus Richtenberg magister generalis o. T. regi Casimiro homagium praestat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1968. p. 211. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 92.

4029. *Petricoviae, 20. Novembris.*
Johannes archiepiscopus Gnesnensis Henricum Richtenberg magistrum generalem o. T. regi Poloniae homagium praestitisse testatur.
Dogiel, Cod. d. Pol. IV. p. 177. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 215. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1969. p. 212.

4030. *Petricoviae, 21. Novembris.*
Duces Zatorienses Casimiro regi pollicentur se pactionem cum eo de ducatu Zatoriensi vendendo initam, cum nunc eam exsequi non possit, per unius anni spatium servaturos esse.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 36. p. 614. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 232. s. l. a. et die (bis).

4031. *Romae, 31. Decembris.*
Paulus II. papa Casimiro regi exprobrat, quod legati eius cum Georgio rege Bohemiae in Radicz oppido Moraviensi pactiones absurdas inierint, seque easdem pactiones confirmaturum esse negat.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 8. Tom. X. p. 480. — Dogiel I. p. 21. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 591. p. 416.

4032. *Romae, 31. Decembris.*
Paulus II. papa Mathiae regi Hungariae de eodem argumento scribit deque victoria super Georgio rege Bohemiae reportata gratulatur.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 3. Tom. X. p. 478. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 451. s. die. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 590. p. 415.

4033. *Romae, 31. Decembris.*
Idem Laurentio episcopo Ferrarensi legato apostolico de eodem argumento, singulariter de consultis Radiczensibus accurate scribit.
Raynald, Ann. h. a. NNr. 6. et 7. Tom. X. p. 479. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 592. p. 416.

4034. *S. l. a. et die.*
Georgius rex Bohemiae cardinali cuidam de studio suo, ut sibi sedes apostolica reconcilietur, scribit deque litibus a rege Poloniae »interceptis« commemorat.
(Palacky in) Fontes rer. Austr. Dipl. XX. Nr. 528. p. 639.

4035. *S. l. a. et die.*
Casimiri regis cum Neogardia civitate pactio (Litterae Casimiri).
Narbutt, Dzieje Tom. VIII. App. I. p. 1.

4036. *S. l. et die.*
Stephanus palatinus Moldaviae Casimiro regi fidem auxiliaque pro mittit.
Reg. Dogiel I. p. 603. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 140.

4037. *Oleśnica, s. die.*
Casimirus rex quietatur de receptis 3000 fl. ratae quintae per Conradum ducem Oleśnicensem et Margaretham consortem suam. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 347.

4038. *Petricoviae, sine die.*
Idem declarat contributiones ad bellum Prussicum gerendum impositas iuribus Polonorum nullum detrimentum illaturas esse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 179.

4039. *Namysłow, s. die a. 1470?*
Friderici caesaris et regis Hungariae et Bohemiae mandatum et deputatio commissariorum ad tractandum de pace et componendum controversias cum Casimiro rege Poloniae et Casimiro filio. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 25.

1471.

4040. *Gratz, 9. Januarii.*
Fridericus IV. imperator Casimirum regem rogat, ut Friderico electori Brandenburgensi, cui in contumaciam Erickonis et Wratislai ducum ducatus Pomeraniae in feudum contulerit, favere velit neve eum per subditos suos in dictis terris turbari sinat.
Dogiel I. p. 411.

4041. *Romae, 11. Januarii.*
Paulus II. papa legato Laurentio praecipit, ut de pecunia in Bohemia et in Polonia collecta summam certam Mathiae regi det.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 594. p. 417. **Cf.** ibid. Nr. 595.

4042. *Troki, in Februario vel Martio.*
Casimirus rex capitulum Warmiense hortatur, ne a Nicolao Tungen episcopatum Warmiensem occupari permittant.
Fragm. Gołębiowski III. p. 331.

4043. *Krumlow, 11. Martii.*
Johannes de Rosenberg Zdenkoni de Sternberg de damnis a Polonis ex Budziejowice factis scribit.
Archiv Česky V. Nr. 4. p. 313.

4044. *Romae, 16. Martii.*
Paulus II. papa Jacobum de Viscel alias Munnich collectorem generalem in Livonia et Prussia constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 206. p. 167.

4045. *S. l. (Rigae), 30. Martii.*
Senatus Rigensis pactionem, a suis legatis 9. Martii h. a. in Troki cum Casimiro rege, de iudicio arbitrali super mercibus Rigensibus in Połock detentis constituendo, initam, confirmat.
Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 261. p. 227.

4046. *Budziejowice, 31. Martii.*
Johannes Albus de Straczkow, militum Polonorum in Budziejowice dux, Johanni de Rosenberg respondet seque petitioni eius satisfacturum negat.
Archiv Česky V. Nr. 7. p. 315.

4047. *Helfenburg, 13. Aprilis.*
Johannes de Wlksic Johanni de Rosenberg scribit deque militibus Polonis castra Bohemorum sequentibus mentionem facit.
Archiv Česky V. Nr. 11. p. 319.

4048. *Dunajów, 13. Aprilis.*
Philippus Callimachus apud Derslaum de Rytwiany propter sententiam comitiorum Petricoviensium de criminibus sibi obiectis se excusat.
Acta Tomiciana I. App. p. 1—6. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 337.

4049. *Lobaviae, 5. Maii.*
Vincentius episcopus Culmensis senatui Gedanensi respondet seque proditoribus quibusdam, qui vitae regis insidiati sint, bona redditurum esse negat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 659. (a) p. 548.

4050. *Lobaviae, 17. Maii.*
Idem eidem de conventione Elbingae cum magistro generali habenda et ab ipso renuntiata nec non de auxilio contra Muschigk quendam et latrones ferendo scribit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 659. (b) p. 548.

4051. *Lobaviae, 23. Maii.*
Idem eundem rogat, ne Ordini vectigalia pendat, quibus ad bellum excitandum usurus sit.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 660. p. 548.

4052. *Budziejowice, 24. Maii.*
Marquart de Rakowic Conrado de Petrovic, petentibus Polonis castra regis Mathiae sequentibus, de nummis eiusdem regis, qui in mercatu repudientur, scribit.
Archiv Česky V. Nr. 17. p. 322.

4053. *Romae, 25. Maii.*
Paulus II. papa Jacobo de Dambno capitaneo Cracoviensi ususfructus villae Pobyednyk, ad monasterium monialium de Swyerzwyecz pertinentis, quam e manibus oppressorum in commodum eiusdem monasterii eripuerat, quoad vixerit, confirmat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 207. p. 168.

4054. *Romae, 25. Maii.*
Idem eidem, quoad vixerit, fructus villarum quarundam mensae archiepiscopalis Gnesnensis confirmat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 208. p. 169.

4055. *Cuthno, s. a. et die (27. Maii).*
Oratio Polonorum ad Bohemos facta per legationem Dobeslai Lubelczyk de Kurozwęk, pro electione Wladislai primogeniti Casimiri regis P. in regem Bohemiae, in Cuthno civitate perorata. *(sic).*
Excerpt. Gołębiowski III. p. 268. Diem ipse addidi.

4056. *Pragae, 31. Maii.*
Henricus dux de Münsterberg Eger civitati Wladislaum regis Poloniae filium regem Bohemiae electum esse nuntiat.
(Bachmann in) Fontes rer. Austr. Dipl. XLII. Nr. 388. p. 520.

4057. *Lobaviae, 9. Junii.*
Vincentius episcopus Culmensis senatum Gedanensem hortatur, ut Alexium de Heilsberg, qui regem Poloniae castello in Heilsberg (in favorem Nicolai Tungen) privare voluerit, capiant.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 661. (a) p. 549.

4058. *Lobaviae, 15. Junii.*
Idem eidem exprobrat, quod Alexium proditorem, qui castello in Heilsberg regem Poloniae fraudare voluerit et Nicolaum Tungen, ut in episcopatum veniret, invitaverit, tueatur.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 661. (b) p. 549.

4059. *Cracoviae, 29. Junii.*
Legati ordinum regni Bohemiae, ad comitia post mortem Georgii regis in campis Kutnensibus congregatorum, missi in Poloniam, Wladislaum, filium regis Poloniae, ad regnum Bohemiae capessendum postulant.
Dogiel, Cod. d. Pol. 1. p. 22. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 34. — Dudik, Forschungen, App. F. p. 457.; falso dato adscripto.

4060. *S. l. a. et die (circa 29. Junii).*
Articuli punctaque ab eisdem legatis Wladislao filio regis Poloniae proposita et ab ipso accepta.
Eschenloer ed. Kunisch. II. p. 261. — **Excerpt.** Gołębiowski III. p. 271.

4061. *Cracoviae, 1. Julii.*
Wladislaus electus rex Bohemiae Wratislavienses hortatur, ut ad diem S. Laurentii (10. Augusti), quo diadema regni accepturus sit, Pragam veniant et fidem sibi praestent.
Eschenloer ed. Kunisch. II. p. 229.

4062. *Cracoviae, 1. Julii.*
Casimirus rex Poloniae consules Wratislavienses rogat, ut Benedicto de Łopienno, archidiacono Wladislaviensi, quem ad eos legatum missurus sit, salvum conductum dent
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 110.

4063. *Lobaviae, 1. Julii.*
Vincentius episcopus Culmensis magistro generali de hominibus, qui in Livonia congregentur, ut per mare in Prussiam Nicolao Tungen auxilio veniant, scribit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 661. (d) p. 549.

4064. *Cracoviae, 3. Julii.*
Casimirus rex Benedictum de Łopienno, legatum ad Wratislavienses missum, auctoritate exornat.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 111.

4065. *Romae, 3. Julii.*
Paulus II. papa Nicolao episcopo Warmiensi mandat, ut propter »communem rei publicae christianae utilitatem« in negotiis suae ecclesiae exsequendis acquiescat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 209. p. 172.

4066. *Lobaviae, 7. Julii.*
Vincentius episcopus Culmensis magistro generali de litteris pacis a se cum Muszigk et cum Bohemis initae obsignandis scribit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 661. (e) p. 549.

4067. *S. l. (Wratislaviae), 7. Julii (Niedziela w oktawie po naw. N. P. M.).*
Senatus Wratislaviensis Benedicto de Łopienno, legato regis Poloniae, dat salvum conductum.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 111.; die: 1. Julii adscripto.

4068. *S. l. a. et die (post 7. Julii).*
Benedicti de Łopienno apud Wratislavienses legatio.
Eschenloer ed. Kunisch p. 230—233.

4069. *S. l. a. et die (9—12. Julii).*
Legatio a Protasio episcopo Olomucensi Mathiae regis Hungariae nomine regi Poloniae proposita.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 224.

4070. *S. l. a. et die (9—12. Julii).*
Regis Poloniae ad legationem supra notatam responsio.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 225.

4071. *Wazloviae, 13. Julii.*
Stephanus palatinus Moldaviae regi Poloniae respondet se ei filium suum auxilio ad Bohemiam occupandam mittere non posse, contra Radul wojewodam et Stanislaum de Izchulcze opem ab eo petit, nuntio suo Dankoni fidem suae legationis facit.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. p. 28.

4072. *Cracoviae, s. a. et die (post 13. Julii).*
Casimirus rex Stephano palatino Moldaviae ad litteras supra notatas respondet.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. p. 29.

4073. *Romae, 14. Julii.*
Paulus II. papa Laurentio legato suo de suis cum legatis regis Poloniae de filio eiusdem rege Bohemiae electo habitis actionibus refert seque Fabianum de Montepolitiano legatum ad regem Poloniae mittere significat.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 610. p. 426. — **Fragm.** Raynald, Ann. h. a. Nr. 39. Tom. X. p. 508.

4074. *Romae, 15. Julii.*
Idem Mathiae regi Hungariae de eodem argumento scribit.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 611. p. 427.

4075. *Romae, 18. Julii.*
Idem archiepiscopo Gnesnensi Fabianum de Montepolitiano nuntium apostolicum ad Casimirum regem missum commendat.
Theiner, MM. Poloniae II. Nr. 210. p. 172.

4076. *Iwanowice, 22. Julii.*
Johannes archiepiscopus Gnesnensis capitaneum et consules Wratislavienses hortatur, ut Wladislao regi Bohemiae electo fidem servent.
Mosbach, Przyczynki p. 111. — **Excerpt.** Eschenloer ed. Kunisch p. 244. s. l. a. et die.

4077. *Iwanowice, 22. Julii.*
Idem iuratis communitatis Wratislaviensis de eodem argumento scribit.
Mosbach, Przyczynki p. 112. — **Vers. Teut.** Eschenloer ed. Kunisch p. 244.

4078. *S. l. (Wratislaviae), 23. Julii.*
Consules Wratislavienses apud Casimirum regem de Nicolao Wilkowski, qui ipsis pacem renuntiaverit, conqueruntur.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 113.

4079. *Cracoviae, 23. Julii.*
Casimirus rex Jacobum Tomaszewski, Mathiam Zamojski et Nicolaum Stryjkowski mercede ad militiam faciendam conducit.
Paprocki ed. Turowski p. 603.

4080. *Wratislaviae, 25. Julii.*
Civium Wratislaviensium et ducum Silesiae ad legationem Benedicti de Łopienno de Wladislao rege Bohemiae agnoscendo et coronando responsio.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 235—239. — **Reg.** Mosbach, Przyczynki p. 113.

4081. *Wratislaviae, 25. Julii.*
Mandatum legatis Wratislaviensium et ducum Silesiae ad regem Poloniae de eodem negotio missis datum.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 240.

4082. *Oświęcim, 26. Julii.*
Casimirus rex consules Wratislavienses rogat, ut Benedicto de Łopienno, ad comitia in Lusatiam proficiscenti, dent salvum conductum.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 113.

4083. *S. l. (Wratislaviae), 26. Julii.*
Consules Wratislavienses archiepiscopo Gnesnensi asseverant se erga Casimirum et Wladislaum amice facturos esse.
Eschenloer ed. Kunisch p. 245., s. l. a. et die. — **Reg.** Mosbach, Przyczynki p. 113.

4084. *Budae, 3. Augusti.*
Mathias rex Hungariae Cassoviam civitatem hortatur, ne regis Poloniae artibus a fide abducantur et de invasione, si fiat, se certiorem faciant.
Teleki, Hunyadiak Kora XI. Nr. 530. p. 450.

4085. *S. l. 11. Augusti (a. a m. cr. (69)79).*
Binae litterae pactionis inter Neogardiam civitatem et Iwanum Wassilewicz magnum ducem Moscoviae initae, quibus Neogardia Moscoviae ditioni se subiicit et duces ex Lithuania se non recepturam pollicetur.
Rumiancow, Sobranije hosud. hram. I. Nr. 20. p. 26. — Karamsin, Ist. (ed. 1829.) VI. p. 20. nota 66. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 1971. p. 213.

4086. *Friedeberg, 13. Augusti.*
Magister Livoniae a magistro generali auxilia petit, quod contra m. ducem Moscoviae cum Neogardia foedus inierit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2042. p. 48. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1972. p. 213.

4087. *Podolina, 3. Septembris.*
Predislaus capitaneus Scepusiensis parochis 13 civitatum Scepusiensium Wladislaum regis Poloniae filium regem Bohemiae coronatum et Johannem Długossium archiepiscopum Pragensem electum esse nuntiat hortaturque eos, ut hac ex causa sacra celebrent.
Wagner, Analecta Scepus. III. p. 258. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 493.

4088. *Cracoviae, 5. Septembris (am Donnerstage vor Nativitatis Mariae).*
Species indutiarum inter Casimirum regem et duces Silesiae Wratislaviamque civitatem ineundarum. (Litterae Silesiorum).
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 242. — **Reg.** Dogiel I. p. 545.; die: 4. Sept. notato. — **Cf.** Eschenloer l. c. p. 243.

4089. *Cracoviae, 5. Septembris.*
Earundem indutiarum litterae Casimiri.
Reg. Dogiel I. p. 545.; die: 4. Sept. notato.

4090. *Cracoviae, 5. Septembris.*
Casimirus rex Victorino duci Münsterbergensi dat salvum conductum.
Reg. Dogiel I. p. 545.

4091. *Helfenburg, 20. Septembris.*
Johannes de Wlksic Wilhelmo de Tetow inter alia de regis Poloniae filio Praga Horze versus proficiscente atque de rationibus, quae inter Pragenses et Polonos intercedant, scribit.
Archiv Česky V. Nr. 27. p. 329.

4092. *Cracoviae, 20. Septembris.*
Casimirus, filius Casimiri regis Poloniae, »regni Hungariae naturalis dominus et haeres,« Mathiae regi Hungariae pacem renuntiat.
Dogiel I. p. 60. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 496. — **Vers. Teut.** Eschenloer ed. Kunisch p. 247.; die: 6. Septembris adscripto. — **Fragm.** Gołębiowski III. p. 270.

4093. *Krym, 22. Septembris.*
Chadżigirej imperatoris Tartarorum litterae de terris Russiae sibi subiectis.
Vers. Pol. Gołębiowski III. p. 230.

4094. *Budae, 11. Octobris.*
Mathias rex Hungariae ab Ulrico et Hans Staremberg petit, ne regi Poloniae, contra ipsum et ecclesiam militantem, dotem in Austria inscriptam restituant.
Chmel, Materialien II. Nr. 252. p. 311.

4095. *Iwanowice, 12. Octobris (sabbato ante f. S. Hedvigis).*
Johannes archiepiscopus Gnesnensis capitaneum et consules Wratislavienses iterum ad pacem cum regno Poloniae servandam hortatur.
Mosbach, Przyczynki p. 113.; die: 5. Octobris soluto. — **Vers. Teut.** Eschenloer ed. Kunisch II. p. 258., excerpto responsi Wratislaviensium addito.

4096. *Graecii, 13. Octobris.*
Fridericus IV. imperator Casimiro regi Poloniae promittit se ei 30.000 flor. nomine dotis Elisabeth reginae in Austria inscriptae infra anni spatium restituturum esse.
Dogiel I. p. 164. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 14.; a. 1470. notato.

4097. *S. l. 31. Octobris.*
Johannes dux Saganensis Casimiro regi, quod magistrum generalem, vassalum suum, ad debitum sibi persolvendum non coëgerit, pacem renuntiat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1973. p. 213.

4098. *S. l. a. et die (in Octobri).*
Anonymus anonymo novas res ex Hungaria, inter alia regem Poloniae cum 3000—4000 equis in Podoliniec venisse significat.
Archiv Česky V. Nr. 28. p. 330.

4099. *Budziejowice, 20. Novembris.*
Zdenek de Sternberg Johanni de Rosenberg novas res ex Praga et ex Hungaria nuntiat, regis Poloniae filium tantum 18.000 milites habere, proelium exspectandum esse significat.
Archiv Česky V. Nr. 30. p. 331.

4100. *Strigonii, 19. Decembris.*
»Arbitri et mediatores« concordiam inter Mathiam regem Hungariae et Johannem archiepiscopum Strigoniensem constituunt, qui Johannes suis cum Polonis foederibus initis renuntiat, fidem regi Mathiae spondet promittitque se Polonos ad Nitram relinquendam permoturum esse.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 511.

4101. *Marieburgi, 20. Decembris.*
Recessus conventionis legatorum Polonorum et Ordinis, in quo de moneta et de conventionibus inter utramque partem Prussiae habendis a rege ordinatis sermo fit.
Fragm. Toeppen, Acten V. Nr. 84. p. 256.

4102. *Romae, 23. Decembris.*
Sixtus IV. papa Marcum cardinalem S. Marci legatum in Germania, Hungaria et Polonia constituit mandatque ei, ut inter Hungariae et Poloniae reges pacem restituendam curet.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 612. p. 428. — **Excerpt.** Raynald, Ann. h. a. Nr. 77. Tom. X. p. 522.

4103. *S. l. a. et die.*
Sententia procerum regni Bohemiae coram Casimiro rege Poloniae proposita, de responso Mathiae regi super causa regni Bohemiae dando.
Archiv Česky IV. p. 455.

4104. *Romae, s. die.*
Paulus II. papa Laurentio ep. Ferrarensi legato scribit seque Wladislaum regem Bohemiae electum confirmaturum esse negat.
Vers. Teut. Eschenloer ed. Kunisch II. p. 263.

4105. *S. l. et die.*
Johannes archiepiscopus Gnesnensis Wratislavienses tertium hortatur, ut Wladislao regis Poloniae filio fidem servent.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 258.

4106. *S. l. et die.*
Wratislaviensium ad litteras supra notatas responsio.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 259.

4107. *S. l., a. et die.*
Duces Saxoniae anonymo de rumoribus quibusdam percrebrescentibus, praecipue super Casimiro regis Poloniae filio, qui in Hungariam invasisse et victoriam reportasse dicatur, cett. scribunt.
(Bachmann in) Fontes rerum Austr. Dipl. Tom. XLII. Nr. 378. p. 503.; anno impossibili: 1470. adscripto.

4108. *S. l. a. et die.*
Mathiae regis Hungariae litterae publicae, in quibus de imperatore atque de rege Poloniae, quod eis auctoribus Casimirus regis Poloniae filius ipsum de regno removere conetur, queritur.
Eschenloer ed. Kunisch. II. p. 253.

4109. *S. l. et die.*
Capitulatio S. Casimiri cum 82 equitibus, singulis, 10 florenos pro quartuali et 5 florenos peditibus. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 179.

4110. *Cracoviae, s. die.*
Casimirus rex P. cum filio Casimiro haerede regni Hungariae Stephanum et Georgium de Wibno haeredes cum castro illorum Biława recipiunt in protectionem. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 25

4111. *S. l. et die (a. a m. cr. (69)79).*
Casimiri regis et Neogardiae civitatis foedus.
Karamsin, Ist. (ed. 1829.) Tom. VI. App. p. 9. nota 42. — Akta Expedycyi Archeogr. 1836. Tom. I. Nr. 87. p. 62. — **Excerpt.** Danil. Skarb. II. Nr. 1970. p. 212.

1472.

4112. *Romae, 1. Januarii (Pont. a. I.).*
Sixtus IV. papa Arnolpho Miezynecz canonico Cracoviensi, qui per Casimirum regem Poloniae ad sedem apostolicam nuntius destinatus sit, quosdam canonicatus et praebendas confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 215. p. 175.; a. 1471. adscripto.

4113. *Romae, 1. Januarii.*
Idem Petro de Radochonicze canonicatus et praebendas confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 215. p. 175.

4114. *Romae, 1. Januarii.*
Idem Paulo Martini de Wroczemowicze duo beneficia confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 215. p. 175.

4115. *Romae, 1. Januarii.*
Idem Nicolao de Syrpowo, petente Adamo de Dambrowa, regis Poloniae apud sedem apostolicam oratore, canonicatum confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 215. p. 175.

4116. *Marieburgi, 3. Januarii.*
Vincentius episcopus Culmensis commendatori de Holland propter pecuniam quandam a rege Ordini debitam mendacium exprobrat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 663. (a) p. 550.

4117. *Koślin, 6. Januarii.*
Conradus Albus dux Silesiae Casimiro regi solutionem summae 3.000 aur. fratri suo debitae ad annum prorogat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

4118. *Lubina, 18. Januarii.*
Mathias rex Hungariae Zdenkoni de Sternberg victoriam ad Nitram de Polonis reportatam nuntiat.
Archiv Česky VI. Nr. 7. p. 49.

4119. *Marieburgi, 20. Januarii.*
Vincentius episcopus Culmensis senatui Gedanensi sententiam in causa Gedani et episcopi Cuiaviensis a rege ad conventionem proximam in Polonia habendam prorogatam esse significat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 663. (b) p. 550.

4120. *Cracoviae, 22. Januarii.*
Casimirus rex Poloniae nomine Casimiri filii, regni Hungariae domini, incolis districtus Siculorum (in Transsilvania) iura et privilegia confirmat.
(Jabłonowski in) Żródła Dziejowe X. App. Nr. 8. p. 30.

4121. *Cracoviae, 30. Januarii.*
Idem Fridericum ducem Lignicensem graviter hortatur, ut filio suo Wladislao Bohemiae regi homagium praestet.
Stenzel, SS. rer. Siles. II. p. 483.

4122. *Romae, 31. Januarii (Pont. a. I.).*
Sixtus IV. papa Johanni episcopo Cracoviensi per sex menses anni beneficia conferendi privilegium concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 211. p. 173.; ad a. 1471.

4123. *Graudentii, 16. Februarii.*
Recessus conventionis Prussorum, de rebus internis agentis.
Fragm. Toeppen, Acten V. Nr. 85. p. 258.

4124. *Kwidzyń, 21. Februarii.*
Vincentius episcopus Culmensis senatum Gedanensem hortatur, ut Ottoni Marchwitz, ad comitia Petricoviensia deputato, pecuniam assignet.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 663. (c) p. 550.

4125. *Romae, 1. Martii (Pont. a. I.).*
Sixtus IV. papa Marco legato suo regis Poloniae eiusque filii primogeniti excommunicandorum concedit potestatem.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 613. p. 431.; a. 1471. adscripto.

4126. *Romae, 1. Martii.*
Sixtus IV. papa regem Poloniae et filium eius Wladislaum sententias excommunicationis incurrisse declarat.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 572. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 615. p. 434.; a. 1471. adscripto. — **Fragm.** Raynald, Ann. h. a. Nr. 29. Tom. X. p. 532.; a. 1471. adscripto.

4127. *Romae, 1. Martii.*
Idem Ordinem Teutonicum iureiurando, quod regi Poloniae praestiterit, liberat.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 614. p. 433.

4128. *Romae, 1. Martii.*
Idem Bohemos hortatur, ut, quandoquidem Wladislaus regis Poloniae filius pridem rex Bohemiae electus regnum accipere noluerit, nunc Mathiae regi Hungariae fidem praestent.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 33. Tom. X. p. 533.; a. 1471. adscripto. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 573.

4129. *Romae, 1. Martii.*
Idem Bohemos a iureiurando regi Poloniae vel filio eius Wladislao praestito absolvit.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 32. Tom. X. p. 532.; a. 1471. adscripto.

4130. *In castro Scepusiensi, 6. Martii.*
Emericus de Zapolya Kezmarkiensibus praecipit, ut se contra imminentes hostes (Polonos) muniant.
Wagner, Analecta Scepus. I. Nr. 14. p. 68.

4131. *Romae, 7. Martii.*
Sixtus IV. papa Casimirum regem Poloniae hortatur, ut ab haereticis adiuvandis et a bello cum Mathia rege Hungariae gerendo desistat.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 30. Tom. X. p. 532.; a. 1471. adscripto. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 571.

4132. *Romae, 9. Martii.*
Idem Paulo Sulislai concedit, ut beneficia quaedam retinere possit.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 215. p. 175.; a. 1471. adscripto.

4133. *Petricoviae, 22. Martii.*
»Senatores regni recognoscunt regem acceptis mutuo 13.000 florenis in auro (a consulibus et communitate Cracoviensi) pro expeditione stipendiariorum, qui cum Casimiro regis filio in regno Hungariae militaverant, (ac!) summam praefatam in proventibus ex ladula salis minuti in zuppis Wieliciensibus et Bochnensibus extenuandum illis assignasse.«
Reg. Rykacz. Invent. p. 210. s. die. — **Reg.** Piekosiński, Codex civit. Cracov. Vol. I. p. 256.

4134. *Budae, 31. Martii.*
Indutiae annuae inter Mathiam Hungariae et Casimirum Poloniae reges nec non Casimirum eius filium, per proceres Hungariae cum oratore regis Poloniae compositae.
Dogiel I. p. 62. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 578. — **Vers.** Teut. Eschenloer ed. Kunisch II. p. 274. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 275.

4135. *Budae, 1. Aprilis.*
Jarogniew de Usuši Johanni de Rosenberg indutias inter Hungaros, Bohemos atque Polonos initas denuntiat.
Archiv Česky V. Nr. 35. p. 333.

4136. *S. l. 5. Aprilis.*
Recessus conventionis in Prussia Superiori habitae, ubi de legatione magistri generalis ad regem Poloniae missa mentio fit.
Toeppen, Acten V. Nr. 86. p. 260.

4137. *Lobaviae, 21. Aprilis.*
Vincentius episcopus Culmensis Ulrico de Kyndszberg, marsalco, Muszigk capitaneum ad indutias prorogandas paratum esse significat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 663. (e) p. 551.

4138. *Cracoviae, 22. Aprilis.*
Proceres Poloniae indutias sub Nr. 4134. notatas eo modo limitant, ut non integrum annum sed solum ad diem 24. Junii eiusdem anni durent, quo die conventio ad pacem perpetuam componendam habenda sit.
Dogiel I. p. 64. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 584. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 275.

4139. *Oświęcim, 28. Aprilis (wtorek po Ś. Marku).*
Jacobus de Dębno cancellarius regni P. consulibus Wratislaviensibus se eis ad nundinas Cracovienses salvum conductum propter turbas bellicas dare non posse significat.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 114.; die: 29. Aprilis notato.

4140. *Romae, 1. Maii.*
Sixtus IV. papa Marco legato apostolico mandat, ut omnibus modis pacem inter Hungariam, Poloniam et Ordinem restituendam curet
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 621. p. 436.

4141. *S. l. a. et die (circa 1. Maii?)*
Idem eundem de hac causa accuratius instruit.
Theiner, MM. Hung. II. Nr. 622. p. 436. — **Excerpt.** Gołębiowski III. p. 275. — **Cf.** Cod. Epist. Saec. XV. Pars II. Nr. 225. p. 259.

4142. *S. l. 2. Maii.*
Dobeslaus de Kurożwęki consulibus Wratislaviensibus ad querelas de iniuriis mercatoribus eorum in Polonia illatis respondet.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 114.

4143. *Prebus, 2. Maii.*
Johannes dux Saganensis senatum Gorlicensem rogat, ut durante bello, quod Polonis illaturus sit, terram ipsius contra Balthasar fratrem tueatur.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. X. Nr. 29. p. 91.

4144. *Szamotuły, 21. Maii.*
Petrus de Szamotuły, capitaneus generalis Maioris Poloniae, consulibus Wratislaviensibus de Polonorum in Silesiam invasionibus scribit.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 114.

4145. *Marieburgi, 23. Maii.*
Vincentius episcopus Culmensis Nicolao Tungen episcopo Caminensi salvum conductum dat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 664. p. 551.

4146. *Kalinowo, 26. Maii.*
Johannes de Kalinowo consulibus Wratislaviensibus regem iussisse significat, ut damna mercatoribus eorum a Polonis illata restituantur.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 114.

4147. *Budae, 1. Junii.*
Mathias rex Hungariae Bartfensibus Marcum legatum apostolicum in Poloniam proficiscentem, commendat.
Katona, Hist. Crit. XV. p. 585.

4148. *Niemiecki Brod, 10. Junii.*
Comitia Bohemorum decernunt, ut Casimirus rex Poloniae ad pacem cum Mathia rege Hungariae servandam invitetur, condicionesque constituunt, quibus rex Bohemiae patri suo Casimiro contra Mathiam opem laturus sit.
Archiv Česky IV. p. 456—460.

4149. *Kalinowo, 18. Junii.*
Johannes de Kalinowo cosulibus Wratislaviensibus se iniurias eis a Polonis illatas regi propositurum esse significat.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 114.

4150. *Marieburgi, 30. Junii.*
Vincentius episcopus Culmensis senatum Gedanensem rogat, permittat, ut pecunia quaedam regi in antecessum solvatur.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 665. p. 552.

4151. *Troki, 30. Junii.*
Principes quidam et proceres Lithuani apud magistrum generalem in favorem Judaei Jaczko, ut ei bona quaedam restituantur, intercedunt.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2045. p. 48. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1973. p. 213.

4152. *Romae, 1. Julii.*
Sixtus IV. papa visitantibus et adiuvantibus ecclesiam metropolitanam Leopoliensem in Russia indulgentiam plenariam concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 212. p. 173.

4153. *Cracoviae, 10. Julii.*
Marcus apostolicae sedis legatus consulibus Cracoviensibus indulget, ut sacris interdictis rebus divinis adesse possint.
Piekosiński, Cod. d. civ. Crac., Vol. I. Nr. 182. p. 256. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 316.

4154. *Cracoviae, 15. Julii.*
Idem Spytkoni de Melsztyn altaris portatilis usum concedit.
AGZ. VI. Nr. 107. p. 163.

4155. *Romae, 28. Julii.*
Sixtus IV. papa duces Masoviae rogat, ut Juliano cardinali in assequenda praepositura ecclesiae Plocensis faveant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 213. p. 174.

4156. *Romae, 28. Julii.*
Idem Casimiro episcopo Plocensi de eodem argumento scribit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 214. p. 175.

4157. *Budae, 10. Augusti.*
Mathias rex Hungariae Johanni de Rosenberg se in pactionibus cum rege Poloniae habendis eum postpositurum esse negat.
Archiv Česky VI. Nr. 9. p. 50.

4158. *Cracoviae, 12. Augusti.*
Casimiri regis Poloniae et Alberti ducis Bavariae foedus. (Litterae Casimiri).
Dogiel I. p. 385. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 19.

4159. *Marieburgi, 1. Septembris.*
Vincentius episcopus Culmensis senatui Culmensi promittit se concessurum, ut clerici Teutonici ad scholas eorum invitari possint.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 666. p. 552. Cf. ibid. NNr. 667. et 673.

4160. *Romae, 9. Septembris.*
Sixtus IV. papa Marco apostolico legato pacis inter Hungariae et Poloniae reges sedis apostolicae nomine confirmandae concedit facultatem.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 624. p. 440.

4161. *Elbingae, 3. Octobris.*
Recessus ordinum Prussiae in causa Nicolai Tungen.
Reg. Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 345.

4162. *Nydbork, 14. Octobris.*
Casimiri et Johannis ducum Masoviensium legati cum legatis ordinis Teutonici pactionem ineunt.
Codex Masov. Nr. 226. p. 255. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 216.; die: 21. Octobris adscripto.

4163. *Sandec, 20. Octobris.*
Marcus legatus sedis apostolicae indutias inter regem Hungariae et inter regem Poloniae eiusque filios, Wladislaum et Casimirum, constituit.
Dogiel I. p. 65. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 590. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 277.

4164. *Marieburgi, 27. Decembris.*
Vincentius episcopus Culmensis a senatu Gedanensi petit, ut 50 marcae capitaneo de Człuchow, Jorge von Dambrow, ex aerario Gedanensi solvantur, quibus se contra invasionem quandam armare possit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 668. p. 554.

4165. *Thorunii, 29. Decembris.*
Casimirus rex Poloniae legatis suis de pace inter se filiosque suos et inter Mathiam regem Hungariae ineunda agendi dat potestatem.
Dogiel I. p. 61. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 598. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 277.

4166. *S. l. a. et die.*
Anonymus anonymo de actionibus comitiorum Bohemorum super causa Victorini ducis, quem rex Poloniae adiuvare se obstrinxerit, habitis refert.
Archiv Česky V. Nr. 4. p. 367.

4167. *Cracoviae, s. die.*
Casimirus rex Petro de Obrąb rotmagistro summam pro stipendiis militum suae catervae erogatam in bonis Zator assecurat. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 93.

4168. *Thorunii, s. die.*
Idem recognoscit Gregorium Lubrański factorem zupparum 12 470 flor. in thesaurum suum importasse, item 132 flor. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 211.

4169. *Korczyn, s. die.*
Contributio in Korczyn concessa.
Bandtkie, Jus Pol. p. 311.

4170. *S. l. a. et die.*
Philippus Callimachus Sbigneo Oleśnicki, quod subcancellarius factus sit, gratulatur.
Acta Tomiciana I. App. p. 6.

4171. *S. l. a. et die.*
Commentarius de legatione Iwani Wassylewicz magni ducis Moscoviae, apud curiam Romanam habita, in qua idem Zoën, principissam imperialem Constinopolitanam, sibi in matrimonium petit.
Raynald Ann. h. a. Nr. 48. Tom. X. p. 538.

4172. *S. l. et die.*
Mendli Girej imperator Tartarorum Casimiro magno duci Lithuaniae terras Russiae confert.
Vers. Pol. Gołębiowski III. p. 232.

4173. *S. l. a. et die (1472—1473).*
Nicolaus episcopus Warmiensis omnes clericos dioecesis suae, qui a Vincentio episcopo Culmensi sacra acceperint, suspendit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 671. p. 555.

1473.

4174. *Brześć, 2. Januarii (sabb. in octava S. Stephani protom.) s. a.*
Casimiri regis ad componendas controversias cum Conrado Albo duce Silesiae mandatum.
Reg. Dogiel I. p. 545.

4175. *Romae, 21. Januarii.*
Sixtus IV. papa Marco legato suo mandat, ut in conventione Nissae habenda pacem inter reges Hungariae et Poloniae componendam vel in sedem apostolicam compromittendam curet.
Raynald, Ann. h. a. Nr. 37. Tom. X. p. 534. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 588. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 625. p. 440.

4176. *Romae, 19. Februarii.*
Idem Gregorio de Ludbrancz concedit, ut omnes ordines et beneficia ecclesiastica recipere possit.
Theiner, MM. Poloniae II. Nr. 216. p. 175.

4177. *Rigae, 18. Martii.*
Bernd von der Borg administrator Livoniae magistrum generalem rogat, ut ad conventionem cum Lithuanis habendam commendatorem Osterodensem mittat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2050. p. 49. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1975. p. 213.

4178. *Romae, 19. Martii (Pontif. a. II.).*
Sixtus IV. papa Thomae Kinast concedit, ut duas simul ecclesias retinere possit.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 218. p. 177.; a. 1472. adscripto.

4179. *Regiomonti, 3. Aprilis.*
Magister generalis magistro Livoniae scribit exprobratque, quod legati ad conventionem in Lithuania habendam eius culpa non missi sint.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2052. p. 50. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1976. p. 213.

4180. *Nissae, 14. Aprilis.*
Marcus legatus apostolicus indutias inter Hungariam et Poloniam constitutas ad diem 28. Maii prorogat.
Dogiel I. p. 67. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 648. — **Vers. Teut.** Eschenloer ed. Kunisch II. p. 278. s. a. et die. — **Vers. Boh.** Archiv Česky IV. p. 460. s. a. et die. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 278. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 25. s. die.

4181. *Regiomonti, 25. Aprilis.*
Magister generalis apud Lithuanos se excusat, quod propter Nicolaum Tungen persequendum ad conventionem legatos non miserit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2053. p. 50. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1977. p. 214.

4182. *Romae, 26. Aprilis.*
Sixtus IV. papa Johannem de Dambrowa ab omnibus censuris, si quas incurrerit, absolvit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 217. p. 177.

4183. *S. l. 29. Aprilis.*
»Privilegium translationis sedis episcopalis« Chelmensis (in Hrubieszow oppidum).«
Reg. Gołębiowski III. p. 315.

4184. *Romae, 12. Maii.*
Sixtus IV. papa Johanni Francisco de Panvinis causarum auditori mandat, ut Petrum Petri de Chorzemycze canonicum Cracoviensem in pacifica possessione sui canonicatus defendat, quem canonicatum Johannes iunior Długosz, extra Romanam curiam defunctus, obtinebat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 218. p. 177.

4185. *Romae, 12. Maii.*
Idem Stanislao de Palcadze confert canonicatus et praebendas, quos Sbigneus electus Wladislaviensis obtinebat.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 218. p. 177.

4186. *Petricoviae, 24. Maii.*
Casimirus rex magistro generali scribit seque eum suspectum habere negat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1978. p. 214.

4187. *Petricoviae, 25. Maii.*
Proceres regni Poloniae magistro generali idem negant.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1979. p. 214.

4188. *Radom, 31. Maii.*
Casimirus rex civibus civitatum quarundam episcopatus Warmiensis, quod Nicolaum Tungen in easdem civitates induxerint, veniam concedit.
Dogiel IV. p. 179.

4189. *Curczinij, 7. Julii (fer. 4. ante Kiliani).*
Legati Polonorum et Cruciferorum limites inter Lithuaniam et Livoniam constituunt.
Dogiel V. Nr. 82. p. 142. — Krupowicz, Zbiór Nr. 20. p. 22.; die: 3. Julii soluto. — **Vers. Pol.** Danil. Skarb. II. Nr. 1980. p. 214. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 217.

4190. *Cracoviae, ante 13. Julii (ante f. S. Margarethae).*
Consules civitatis Cracoviensis Gregorium Lubrański de summa 12.400 hung. in zuppis Wielicensibus vigore inscriptionis regiae quietant. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 211. **Cf.** alias litteras ad hanc causam spectantes ibidem p. 211—213. — **Reg.** Piekosiński, Cod. d. civit. Crac., Vol. I. p. 257. **Cf.** ibid. p. 259—260.

4191. *S. l. 25. Julii.*
Conradus dux Oleśnicensis cum Margaretha coniuge sua Casimirum regem de integra summa 20.000 fl. persoluta quietant et liberum faciunt. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 347.

4192. *Cadolzburg, 12. Novembris.*
Albertus elector Brandenburgensis Wilhelmo duci Saxoniae scribit deque Polonorum rationibus mentionem facit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars II. Tom. V. Nr. 1956. p. 237.

4193. *Lublin, 4. Decembris.*
Johannes Długosz, Stanislaus Szydłowiecki et consules Lublinenses in causa annuli cuiusdam sententiam dicunt.
(Ulanowski, Wyjątki p. 11. in) Archiwum Komisyi Histor. Tom III. p. 55.

4194. *Cadoltzburg, 7. Decembris.*
Albertus elector Brandenburgensis cum legatis regis Poloniae locum et tempus ad matrimonium inter Fridericum filium suum et Sophiam regis Poloniae filiam contrahendum constituit.
Dogiel I. p. 412. — Riedel, Codex diplom. Brand., Pars III. Tom. III. p. 101. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 43.

4195. *Lublin, 8. Decembris.*
Consules Lublinenses coram filiis regiis eorumque »directoribus,« Johanne Długosz et Stanislao de Szydłowiec, constitutionem quandam de sale vendendo decernunt.
(Ulanowski, Wyjątki p. 10—11. in) Archiwum Kom. Histor. Tom. III. p. 54.

4196. *Romae, 17. Decembris.*
Sixtus IV. papa beneficia, quae Sbigneus, antequam episcopus Wladislaviensis electus sit, obtinebat, suae dispositioni reservat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 219. p. 177.

4197. *S. l. et die.*
Mathias rex Hungariae causam regni Bohemiae possidendi in Carolum ducem Burgundiae vel in Ludovicum regem Franciae compromittit.
Eschenloer ed. Kunisch. II. p. 289.

4198. *Budae, s. die.*
Idem regis Poloniae et regis Bohemiae legatis ad conventionem in Opawa habendam dat salvum conductum.
Reg. Rykacz. Invent. p. 35. — **Reg.** Dudik, Forschungen App. I. p. 457.

4199. *Walk, s. die.*
Pactio quaedam ad Pskow civitatem spectans inter episcopum Dorpatensem et magistrum Livoniae inita.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2056. p. 50.

4200. *S. l. a. et die.*
Casimirus rex Conrado duci Silesiae salvum conductum concedit, ut ad comitia regni in Kalisz celebranda venire possit.
Dogiel I. p. 545.

4201. *Marieburgi, s. die.*
Andreas Oporowski episcopus Warmiensis Vincentio episcopo Culmensi de quibusdam beneficiis ecclesiasticis scribit.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 672. p. 555.

4202. *S. l. et die.*
Casimirus rex Gregorium Lubrański quietat de certis summis cum scitu et voluntate regia expensis. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 211. (ter).

1474.

4203. *Benešow, 4. Januarii—27. Februarii.*
Comitiorum Bohemorum de pactionibus regum Poloniae et Hungariae consultum.
Archiv Česky IV. p. 471. **Cf.** ibid. p. 478.

4204. *Eperies, 12. Januarii.*
Mathias rex Hungariae legatis suis cum Polonis super pace agendi dat facultatem.
Dogiel I. p. 68. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 664. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 283. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 26.

4205. *Riesenburg, 27. Januarii.*
Vincentius episcopus Culmensis magistrum generalem interrogat, ubi ad mandatum regis Poloniae exsequendum ei occurrere possit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 675. p. 558.

4206. *S. l. (Venetiis), 11. Februarii.*
Senatus Venetiarum mandatum Ambrosio Contarini, in Poloniam et Persiam legato, de bello contra Turcas suscipiendo, datum.
Cornet, Documenti cavati dall' archivio ai frari in Venezia, (Vienna, 1856) Nr. 981. p. 119. — Berchet, La republica di Venezia e la Persia, (Torino, 1865) p. 139. — **Cf.** Cornet l. c. Nr. 77. p. 85—90. — **Cf.** Szajnocha (Matka Jagiellonów in) Szkice p. 113.

4207. *Antiqua Villa, 21. Februarii.*
Legati Mathiae Hungariae et Casimiri Poloniae regum pacem inter utrumque regnum constituunt.
Dogiel I. p. 69. — Wagner, Analecta Scepus. I. Nr. 6. p. 16. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 283. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 26.

4208. *Barthffe, 27. Februarii.*
Mathias rex Hungariae pacem supra notatam ratam habet.
Dogiel I. p. 71. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 666. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 283. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 27.

4209. *Nova Korczyn, 28. Februarii.*
Casimirus rex Poloniae indutias triennales (!) inter se, Mathiam Hungariae et Wladislaum Bohemiae reges per certos consiliarios factas, sub certis condicionibus approbat. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 27.

4210. *Korczyn, 11. Martii.*
Idem testatur statuta quaedam de raptoribus et invasoribus bonorum ecclesiasticorum a se in Opatowiec confirmata esse.
Vol. Leg. I. p. 226. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 321.

4211. *Treuchenic, 12. Martii.*
Mathias rex Hungariae legato apostolico archiepiscopo Ferrarensi pacem a se cum Polonis initam denuntiat.
Monumenta Hungariae hist. (Magyar Történelmi Emlékek) 1878. Acta Externa p. 304.

4212. *Norimbergae. 13. Martii.*
Foedus inter Fridericum imperatorem et Casimirum regem Poloniae contra Mathiam regem Hungariae initum. (Litterae Friderici.)
Dogiel I. p. 164. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 682. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 282. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 14. s. l. et die.

4213. *In castris ad Częstochoviam, 27. Martii.*
Casimirus rex Gregorium Lubrański zupparum praefectum quietat de certis summis pro stipendiariis et aliis expensis erogatis. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 211.

4214. *Regiomonti, 31. Martii.*
Recessus conventionis, in quo mentio de episcopatus Warmiensis causa invenitur.
Toeppen, Acten V. p. 280. nota 1.

4215. *Liebemühl, 6. Aprilis.*
Summus marsalcus o. T. magistro generali de actionibus cum militibus quattuor districtuum super episcopatus Warmiensis causa habitis refert.
Toeppen, Acten V. Nr. 96. p. 281.

4216. *Augustae Vindelicorum, 17. Aprilis.*
Sententia legatorum Francofurtensium de decima ad Turcas eiiciendos imponenda, in qua in numero regnorum hac decima liberatorum etiam Polonia commemoratur.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 1. Nr. 483. p. 348.

4217. *Marieburgi, 20. Aprilis.*
Vincentius episcopus Culmensis senatum Gedanensem hortatur, ne apocham quandam regis Poloniae repudiet.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 675. p. 558.

4218. *Budae, 23. Aprilis.*
Ordines Hungariae pacem cum Polonis initam ratam habent.
Dogiel I. p. 73. — Katona, Hist. Crit. XV. p. 676. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 284. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 26.

4219. *Cassoviae, s. d. (ante 2. Maii).*
Mathias rex Hungariae oratoribus Casimiri regis dat salvum conductum, ut ad conventionem in civitate Olomucensi celebrandam pro die S. Sigismundi, i. e. 2. Maii, veniant.
Reg. Rykacz. Invent. p. 27.

4220. *Marieburgi, 9. Maii.*
Recessus conventionis ordinum Prussiae Polonae et legatorum ordinis Teutonici, ubi legati ordinem contra Nicolaum Tungen episcopum acturum esse negant.
Toeppen, Acten V. Nr. 93. p. 274.

4221. *Thorunii, 4. Junii.*
Ordinum Prussiae Polonae ad regis Poloniae rogationem, ut contra Nicolaum Tungen episcopum vires suas coniungant, responsum.
Toeppen, Acten V. Nr. 94. p. 279.

4222. *S. l. (Posnaniae), 13. Junii.*
Capitulum Posnaniense regi Poloniae Posnaniae versanti 20 fl. Hung. donat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 53.

4223. *S. l. a. et die (Opatowiec, ante 15. Junii).*
Statuta Opatoviensia.
Bandtkie, Jus Pol. p. 313.

4224. *S. l. a. et die (Korczyn, ante 15. Junii).*
Statuta Corczinensia.
Bandtkie, Jus Pol. p. 317.

4225. *Civitas Augustensis, 6. Julii.*
Friderici IV. imperatoris et Casimiri regis Poloniae foedus. (Litterae Friderici).
Dogiel I. p. 166. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 14. s. l. et die. — **Cf.** Nr. 4212.

4226. *Sedlčan, 17. Augusti.*
Jarogniew z Usuši Henrico de Rosenberg regem Poloniae castra movisse atque ipsum in Silesiam, filium eius ex Bohemia in Moraviam invadendi consilia cepisse nuntiat.
Archiv Česky V. Nr. 69. p. 355.

4227. *Płock, 28. Septembris.*
Casimirus dux Masoviae, episcopus Plocensis, Conrado fratri de terra Wyszogrodensi cedit.
Cod. Masov. Nr. 229. p. 260.

4228. *Graudentii, 12. Octobris.*
Vincentius episcopus Culmensis magistrum generalem edocet, quo modo apud regem Poloniae se excusare possit, quod legatos die constituta non miserit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 675. p. 559.

4229. *S. l. 15. Octobris.*
Legati Saxonici Ernesto electori, quo modo a rege Poloniae recepti sint, referunt.
Müller, Reichstagstheatrum unter Friedrich V., II. p. 668. — (Markgraf in) SS. rer. Siles. X. Nr. 41. p. 100.

4230. *S. l. 17. Octobris.*
Wilhelmus dux Saxoniae Alberto duci significat opus esse, ut imperator de homagio Mathiae regi Hungariae pro Żegań praestito deque eiusdem regis cum rege Poloniae actionibus habitis certior fiat.
Müller, Reichstagstheatrum unter Friedrich V. p. 670. — (Markgraf in) SS. rer. Siles. X. Nr. 42. p. 100.

4231. *Wratislaviae, 31. Octobris.*
Consiliarius quidam ex Schleinitz Ernesto electori Saxoniae de Mathiae regis cum Beatrice connubio Wratislaviae celebrato scribit commemoratque ab eodem rege hac de causa 10 equites Polonos e vinculis dimissos esse.
Müller, Reichstagstheatrum unter Friedrich V. p. 669. — (Markgraf in SS. rer. Siles. X. Nr. 43. p. 101.

4232. *Prope Ronsburg, s. d. (October — November).*
Wladislaus rex Bohemiae pactionem inter Bohemiam et Poloniam dd. 27. Maii 1462 de Zator et Oświęcim initam (vide Nr. 3605) confirmat.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 37. p. 615.

4233. *Wirceburgi, 5. Novembris.*
Ludovicus zum Paradisz senatui Francofurtensi inter alia de regibus Hungariae et Poloniae contra Turcas arma parantibus scribit.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 1. Nr. 497. p. 355.

4234. *Młodzeszyn, 16. Novembris.*
Conradus dux Masoviensis Barbarae matri pro terra Wyszogrodensi oppida Błonie et Piaseczno confert.
Cod. Masov. Nr. 230. p. 261.

4235. *S. l. 19. Novembris.*
Ludovicus pater et Georgius filius, comites palatini Rheni, Bavariae duces, Hedvigi filiae Casimiri regis, Georgii uxori, »pro sponsalitii largitate« 10.000 fl. Hung. assignant.
Reg. Rykacz. Invent. p. 19.

4236. *Wilnae, 24. Novembris.*
Lithuani quidam magistro generali Prussiam et Lithuaniam usque ad Wilnam peste affectas esse testantur.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1981. p. 215.

4237. *Wratislaviae, 28. Novembris.*
Zdenek de Sternberg Budziejowice civitati inter imperatorem regesque Hungariae, Bohemiae atque Poloniae indutias biennales sancitas esse nuntiat.
Archiv Česky V. Nr. 71. p. 357.

4238. *Wratislaviae, 30. Novembris.*
Mathias rex Hungariae Budziejowice civitatem, ut ad foedus a se cum rege Poloniae initum accedat idemque servet, hortatur.
Archiv Česky, VI. Nr. 12. p. 52.

4239. *Wratislaviae, 4. Decembris.*
Idem Cheb civitati de eodem argumento scribit.
Archiv Česky VI. Nr. 13. p. 53.

4240. *Wratislaviae, 5. Decembris.*
Rudolphus episcopus Wratislaviensis eidem civitati de eodem argumento scribit.
(Kürschner in) Schles. Ztschr. VIII. p. 410.

4241. *Romae, 6. Decembris.*
Sixtus IV. papa episcopis Dorpatensi et Wilnensi mandat, ut sententias Innocentii VI. et Martini V. paparum pro ecclesia Rigensi contra Cruciferos latas exsequendas curent.
Dogiel V. p. 143., ex transsumpto dd. 29. Julii 1475. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 220. p. 178.

4242. *Wratislaviae, 8. Decembris.*
Indutiae inter Mathiam regem Hnngariae et inter Casimirum regem Poloniae atque Wladislaum regem Bohemiae initae (Litterae Mathiae).
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 320—326. (teut.).

4243. *S. l. 13. Decembris.*
Mathiae regis Hungariae ordinatio quaedam in Silesia facta, in qua de modis, quibus Polonis et Bohemis Silesiam invadentibus occurrendum sit, fit sermo.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 329.

4244. *Radom, 30. Decembris.*
Casimirus rex civibus Cracoviensibus cavet, ne »exactio duorum grossorum, quam civitas Cracoviensis dederat propter urgentem reipublicae necessitatem,« iuribus eorum deroget.
Reg. Piekosiński, Cod. d. civ. Crac. Vol. I. p. 260.

4245. *Radom, 31. Decembris.*
Eiusdem regis mandatum ad faciendam pactionem matrimonii inter filiam suam Sophiam et Fridericum Alberti marchionis Brandenburgensis filium ineundi.
Dogiel I. p. 413. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 19.

4246. *Radom, 31. Decembris.*
Casimirus rex cum Ludovico Bavariae duce pactionem matrimonii inter filiam suam Domicellam Hedvigem et filium ducis Georgium contrahendi init.
Dogiel I. p. 387. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 19.

4247. *S. l. a. et die.*
»Philippi Callimachi consilium non ineundae societatis cum Italis in bello contra Turcas suscipiendo.«
Acta Tomiciana Tom. I. App. p. 15. — De dato vidę: Zeissberg, Dziejopisarstwo Polskie II. p. 214—216.

4248. *S. l. a. et die.*
Ambrosii Contarini, Venetiarum in Poloniam et Persiam legati, de bello contra Turcas suscipiendo relatio.
Secondo volumne delle navigationi et viaggi racolto gia da M. Giov. Battista Ramusio, Venetia, 1674, p. 112—125.

4249. *S. l. a. et die.*
Jacobus de Pavia de cardinalis S. Marci, in Germaniam, Poloniam et Hungariam legati, reditu actionibusque cardinali S. Teodori refert.
Excerpt. Raynaldi Ann h. a. Nr. 6. Tom. X. p. 551.

4250. *Psków, a. a m. cr. 6982.*
Pactio inter Pskow et Dorpat civitates atque inter Iwanum Wassilewicz m. ducem Moskoviae inita.
Excerpt. Danil. Skarb. II. Nr. 1982. p. 215.

4251. *S. l. et die.*
Casimirus rex pro Janussio Długosz debito trium millium florenorum Nicolao Słabosz intercedens in castro Oyciec illud ipsum inscribit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 211.

4252. *S. l. a. et die.*
»Liber regestrualis militum expeditorum ex palatinatu Posnaniensi.«
(Bobrzyński in) Starod. Prawa Pol. Pomniki VII. 1. p. 160.

1475.

4253. *Romae, 12. Januarii.*
Sixtus IV. papa Paulo de Cizuva clerico Rutheno Kioviensis dioecesis concedit, ut sacramenta ecclesiastica per sacerdotem latinum ei ministrari possint.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 221. p. 179.

4254. *Landshut, 5. Februarii.*
Ludovicus dux Bavariae Domicellae Hedvigi, regis Poloniae filiae, nurui suae, dotis et donationis nuptialis nomine civitates quasdam et districtus inscribit.
Dogiel I. p. 389. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 348. **Cf.** ib. alias litteras dd.: 19. Novembris.

4255. *S. l. 14. Februarii.*
»Statutum novum regis Poloniae de plebeis ad ecclesias cathedrales primarias non recipiendis.«
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

4256. *Wratislaviae, 17. Februarii.*
Mathias rex Hungariae Posoniensibus pacem a se cum rege Poloniae eiusdemque filio natu maiore initam et cum caesare exspectandam denuntiat.
Teleki, Hunyadiak Kora XI. Nr. 566. p. 521.

4257. *Riesenburg, 19. Februarii.*
Vincentius episcopus Culmensis magistro generali inter alia de conventione quadam Marieburgi a Sbigneo episcopo Wladislaviensi instituenda, in qua legati ordinum Prussiae adfuturi sint, scribit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 677. p. 559.

4258. *Polock, 2. Martii s. a. Ind. VIII. (a. 1475?)*
Polocenses Rigensibus scribunt hortanturque eos, ut ad audiendam in quadam causa sententiam coram Casimiro rege compareant.
Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 263. p. 231.

4259. *S. l. 1. Aprilis.*
Sixtus IV. papa regem Poloniae hortatur, ut cum rege Hungariae pacem servet, quo facilius uterque vires suas contra Turcas convertat.
Reg. Gołębiowski III. p. 291.

4260. *Rigae, 14. Aprilis.*
Magister Livoniae magistro generali inter alia a Silvestro archiepiscopo Rigensi de lite quadam regem Poloniae aditum esse significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2078. p. 54.

4261. *Trikaten, 2. Maii.*
Idem eidem dissuadet, ne ad regem Poloniae se conferat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2079. p. 55. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1983. p. 215.

4262. *S. l. 20. Junii.*
»(Sixtus IV. papa?) custodi et fratribus custodiae Livoniae ordinis Fratrum Minorum (concedit), ut possint admittere conventus in Russia et totidem in Prussia.«
Reg. Gołębiowski III. p. 317.

4263. *Romae, 22. Junii.*
Sixtus IV. papa archiepiscopo Magdeburgensi atque Wratislaviensi et Lubicensi episcopis praecipit, operam navent, ut Cruciferi de certis pecuniis et aliis bonis Scholasticae et Barbarae ducissis Saganensibus satisfaciant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 222. p. 180.

4264. *Korczyn, 13. Julii.*
Casimirus rex de beneficiis ecclesiasticis statutum quoddam promulgat.
Rzyszcz. et Muczk., Codex dipl. Pol. II. 2. Nr. 428. p. 561. — Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 678. p. 560.

4265. *Romae, 21. Julii.*
Sixtus IV. papa Urielem de Gorka praepositum Gnesnensem collectorem generalem in Polonia constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 223. p. 181.

4266. *Tarbato, 29. Julii.*
Johannes episcopus Dorpatensis Sixti IV. papae bullam dd. 6. Decembris 1474 (vide Nr. 4241.) transsumit.
Dogiel V. p. 143.

4267. *S. l. in Julio.*
»Privilegium Cas(imiri regis), ut nul(lum) beneficium ecclesiasticum sub pensione teneatur et conferatur.«
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

4268. *Romae, 22. Augusti (Pont. a. V.).*
Sixtus IV. papa donationes capellaniae S. Trinitatis in ecclesia S. Stanislai in Szamotuły factas confirmat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 227. p. 204.

4269. *Romae, 31. Augusti.*
Idem Vincentio de Stizalcovo canonico Gnesnensi, Urielis de Gorka regis Poloniae apud sedem apostolicam legati »dilecto,« duos canonicatus confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 228. p. 204.

4270. *Romae, 31. Augusti.*
Idem Gregorio a Lubranicze, Urielis de Gorka regis Poloniae apud sedem apostolicam legati »dilecto,« canonicatum Cracoviensem confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 228. p. 204.

4271. *Segewolde, 2. Septembris.*
Magister Livoniae magistro generali suas cum legatis Polonis et Lithuanis actiones habitas transmittit alterumque horum legatorum, Johannem Narbatowitz, in Kokenhusen interfectum esse, cett., nuntiat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2087. p. 56. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1984. p. 215.

4272. *Posnaniae, 8. Octobris (dominica proxima ante f. S. Hedvigis).*
Pactio inter Casimirum regem Poloniae et Albertum electorem Brandenburgensem de matrimonio filii electoris Friderici cum filia regis Sophia contrahendo inita. (Litterae Casimiri).
Dogiel I. p. 414. — Riedel, Cod. d. Brand., Pars II. Tom. V. Nr. 1963. p. 244.; die: 15. Octobris soluto. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 43.

4273. *Cadolzburgk, 11. Novembris.*
Albertus marchio Brandenburgensis Sophiae nurui suae dotis et dotalitii nomine oppida quaedam ac villas inscribit.
Dogiel I. p. 417. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 43.

4274. *Romae, 19. Novembris.*
Sixtus IV. papa Johanni de Leszno duas ecclesias et praeposituram Cruszwicensem confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 228. p. 204.

4275. *Cracoviae, 4. Decembris.*
Jacobus de Dębno palatinus Cracoviensis Johanni sculteto de Radiszow sculteti am suam, quod expeditioni in Silesiam non interfuerit, deponendam esse negat.
Codex Tinecensis II. Nr. 262. p. 505.

4276. *S. l. et die (Pontif. a. V.).*
»Fragmentum instructionis datae nuntio apostolico ad regem Hungariae misso. Excepta ea solum quae tangunt Poloniam.«
Gołębiowski III. p. 292.

4277. *S. l. et die.*
»Inventarium claenodiorum et vestimentorum Hedvigis filiae regis Casimiri, quae per eam ad Georgium, filium Ludovici ducis Bavariae, maritum suum, allata sunt.«
Reg. Rykacz. Invent. p. 19.

4278. *S. l. et die.*
Statutum Corczinense.
Bandtkie, Jus Pol. p. 319.

1476.

4279. *Lobaviae, 3. Februarii.*
Vincentius episcopus Culmensis magistro generali nuntiat se certiorem factum esse fore, ut rex Poloniae 27. Februarii Marieburgum veniat, suadetque, ut tunc coram rege compareat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm, I. 3. Nr. 681. p. 560.

4280. *Romae, 4. Februarii (Pontif. a. V.).*
Sixtus IV. papa Johannem Albertum de Sylovecz canonicum Posnaniensem a culpa homicidii cuiusdam absolvit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 225. p. 201.; a. 1475. adscripto.

4281. *Sochaczew, 4. Februarii.*
Casimirus rex Sochaczew oppido, nuper regno Poloniae incorporato, privilegia quaedam confirmat confertque.
Cod. Masov. Nr. 234. p. 266. **Cf.** ib. Nr. 235. — **Cf.** reg. Gołębiowski III. p. 226.

4282. *Sochaczew, 6. Februarii.*
Casimirus rex ducissae Sochaczeviensi Annae, Wladislai viduae, castella Koło, Brdow et Bolemow confert.
Cod. Masov. Nr. 232. p. 263. — Cf. Gołębiowski III. p. 226.

4283. *Sochaczew, 6. Februarii.*
Idem promittit se infra quattuor annorum spatium Mszczonów civitatem redempturum atque Annae ducissae collaturum esse.
Cod. Masov. Nr. 233. p. 265.

4284. *S. l. 23. Februarii.*
Sixtus IV. papa Mathiae regi Hungariae de nuntiis Polonorum et de petitionibus eorum a se repudiatis scribit.
Gołębiowski III. p. 293.

4285. *Romae, 1. Martii (Pontif. a. V.).*
Sixtus IV. papa Dominico, in Germaniam, Hungariam, Bohemiam atque Poloniam legato, facultates quasdam confert.
Theiner, MM. Hung. II. Nr. 633. p. 448.; a. 1475. adscripto.

4286. *Marieburgi, 1. Maii.*
Recessus ordinum Prussiae Polonae, in quo Tungeni causa coram rege Poloniae ab ipsis acta continetur.
Toeppen, Acten V. Nr. 100. p. 284.

4287. *Heiligenbeil, 5. Junii.*
Recessus ordinum Prussiae Ordini subiectae, in quo ipsi de eodem argumento agunt.
Toeppen, Acten V. Nr. 101. p. 286.

4288. *Elbingae, 21. Junii.*
Recessus ordinum utriusque Prussiae de eodem argumento.
Toeppen, Acten V. Nr. 102. p. 291.

4289. *Zabeln, 26. Junii (am Tage Johannis et Pauli).*
Commendator de Goldingen a magistro generali petit, roget regem Poloniae, ne litibus inter Ordinem et archiepiscopum Rigensem ortis intercedat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2096. p. 58. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1985. p. 215.

4290. *S. l. 26. Junii (Mittwoch nach Johannis).*
Idem eidem inter alia de legatione quadam ad regem Poloniae mittenda scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2097. p. 58. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1986. p. 216.

4291. *Marieburgi, 4. Julii.*
Casimiri regis privilegium, quo consulibus Elbingensibus datur potestas villas eis a rege donatas iure, quo ipsi velint, regendi.
Dogiel IV. p. 179.

4292. *Amerie, 9. Julii.*
Sixtus IV. papa Thomae Jordanowski canonicatum Posnaniensem confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 228. p. 204.

4293. *Marieburgi, 26. Julii.*
Casimirus rex ius Culmense per totam Prussiam servari iubet.
Vol. Leg. I. p. 229. — Dogiel IV. p. 180.

4294. *Marieburgi, ante 1. Augusti (ante festum S. Petri).*
Casimirus rex Nicolao Baisen dat facultatem eximendi villas quasdam ac insuper 1000 marcas Pruth. in bonis quondam Holland patri eius inscriptas, cum bona eadem Holland ex concordia cum Cruciferis illis cesserint, in villas praefatas transfert. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 94.

4295. *Petricoviae, 21. Augusti.*
Idem cives Leopolitanos propter periculum eis a Tartaris imminens vectigalibus per octo annorum spatium liberat.
AGZ. VI. Nr. 122. p. 185.

4296. *Petricoviae, 2. Septembris.*
Idem Johanni de Ostrorog castellano Posnaniensi 800 marcas in exactione poradlne dicta inscribit.
Rzyszcz. et Muczk., Codex diplom. Pol. II. 2. p. 949. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 290.

4297. *In campo ad Hollabrun, 1. Octobris.*
Boguslaus de Szwamberg Gregorio de Klařic de suis in bello rebus secunde gestis scribit deque legato Polono, Domino Benesz, commemorat.
Archiv Česky III. Nr. 32. p. 384.

4298. *Belz, 27. Octobris.*
Casimirus rex testatur contributionem, qua cives Cracovienses ad Podoliam et Moldaviam defendendas se obstrinxerint, nihil de iuribus eorum derogaturam esse.
AGZ. VI. Nr. 123. p. 186. — Piekosiński, Cod. d. Civ. Crac., Vol. I. Nr. 187. p. 263.

4299. *Regiomonti, 30. Novembris.*
Henrici de Richtenberg magistri Prussiae pacta cum Nicolao episcopo Warmiensi. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 93.

4300. *S. l. et die.*
Admissio civium Gedanensium ad potestatem castri Swiecie in terra Pomeraniae. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 93.

4301. *S. l. a. et die.*
Litterae pacis inter Michaëlem Borysowicz magnum ducem Twerensem et Casimirum regem initae.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 252.

4302. *S. l. et die, 1474—1484.*
»Rationes denarii S. Petri, cett., per Uriel de Gorka in Polonia collecti.«
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 224. p. 183—200. — **Fragm.** Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 690. p. 564.

1477.

4303. *Wilnae, 1. Januarii.*
Johannes episcopus Wilnensis magistro Livoniae regem Poloniae in Lithuaniam venisse nec recusaturum esse, quin fines inter Lithuaniam et Livoniam terminentur, significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2104. (1) p. 59. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1987. p. 216.

4304. *Onoltzbach, 27. Januarii.*
Albertus elector Brandenburgensis Johanni filio inter alia de rationibus inter se et inter Poloniam intercedentibus scribit.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. II. Nr. 160. p. 192—197.

4305. *Romae, 28. Januarii (Pont. a. VI.).*
Sixtus IV. papa praelatos Hungariae aliosque clericos hortatur, ut christianos ritus graeci benigne tractent.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 637. p. 454.; anno 1476. adscripto.

4306. *Wilnae, 28. Januarii.*
Casimirus rex magistro Livoniae significat, cui quandoque fines Lithuaniae et Livoniae terminandos commiserit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2104. (2) p. 59. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1988. p. 216.

4307. *Budae, 9. Martii.*
Mathias rex Hungariae ordinibus Moraviae inter alia se consentire significat, ut pacem inter regna Bohemiae, Austriae et Poloniae ineundam curent.
Archiv Česky V. Nr. 8. p. 371.

4308. *S. l. 12. Martii.*
Mathias rex Hungariae Nicolaum episcopum Warmiensem in suam protectionem suscipit eique contra Poloniae regem auxilio se futurum promittit.
Dogiel I. p. 75. — Katona, Hist. Crit. XVI. p. 94. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 219. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 94.

4309. *S. l. a. et die (Petricoviae, 28. Aprilis).*
»Casimirus rex omnes ordines tam spirituales quam saeculares ad iuvandam armis patriam obligat.«
Vol. Leg. I. p. 227—228. — **Cf.** Cod. Epist. Saec. XV. Pars II. p. 280.

4310. *Zator, 28. Maii.*
Nobiles quidam Zatorenses ducatum Zatorensem inter fratres Casimirum, Wenceslaum, Johannem et Włodko, dividunt.
Excerpt. Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. II. Nr. 38. p. 615. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 232.

4311. *Bartenstein, 2. Junii.*
Recessus ordinum Prussiae Cruciferis subiectae, in quo gubernatoris Cruciferorum cum ordinibus Prussicis actiones super bello una cum rege Hungariae et episcopo Warmiensi contra Poloniam suscipiendo habitae continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 103. p. 301.

4312. *Korczyn, 13. Junii.*
Casimirus rex terris Prussiae privilegia eisdem concessa confirmat.
Vol. Leg. I. p. 231. — Dogiel IV. p. 181. — **Cf.** Gołębiowski III. p. 220.

4313. *Wratislaviae, 13. Junii.*
Balthasar de Piscia nuntius apostolicus Glogovienses hortatur, ut postposito iureiurando, quod praestiterint Barbarae ducissae, quippe quae Wladislaum regis Poloniae filium regem agnoverit, Johanni duci homagium praestent.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. I. Nr. 86. p. 220. **Cf.** ibidem alias litteras hanc causam spectantes.

4314. *S. l. a. et die (ante 26. Junii).*
Mathias rex Hungariae Friderico imperatori, inter alia, quod cum Polonia contra ipsum foedus inierit, pacem renuntiat.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 364.

4315. *Vindobonae, 26. Junii.*
Fridericus imperator Mathiae regi Hungariae ad litteras supra notatas respondet deque foedere a se cum Polonia inito scribit.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 99.

4316. *Regiomonti, 27. Junii.*
Officiales ordinis Teutonici testantur se pactionem a magistro Henrico Richtenberg, nuper defuncto, cum Mathia rege Hungariae initam, qua se ordo praesidio eiusdem regis commiserit, servaturos esse.
Reg. Gołębiowski III. p. 220.

4317. *Budziejowice, 9. Julii.*
Gregorius Klaric Boguslao de Szwamberg inter alia de Cruciferorum contra Poloniam rebellandi consilio scribit.
Archiv Česky VI. Nr. 36. p. 154.

4318. *S. l. 13. Augusti.*
»Commissio sedis apostolicae de damnis illatis Jacobo I. epis. Vlad. contra Gedanenses.«
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

4319. *Regiomonti, 18. Augusti.*
Martinus Truchsess magister generalis o. T. senatui Gedanensi significat, quibus causis ductus ipse et Ordo cum Mathia rege Hungariae foedus inierint.
Schütz, Hist. rer. Pruss. (teut.) p. 361.; (lat.) p. 521.

4320. *Cracoviae, 6. Septembris.*
Casimirus rex Gedanensibus statutum de non faciendis appellationibus a iure civitatis Gedanensis tam spiritualium quam saecularium processuum confert.
Dogiel IV. p. 181. — Cf. Gołębiowski III. p. 220.

4321. *Krumlow, 14. Septembris.*
Boguslaus de Szwamberg Mathiae regi Hungariae inter alia de Friderici imperatoris studiis partes Mathiae in Bohemia corrumpendi scribit.
Archiv Česky VI. Nr. 38. p. 155.

4322. *Romae, 19. Septembris.*
Sixtus IV. papa Friderico imperatori exprobrat, quod in Bohemia partes Wladislai adiuvet.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 368. Cf. ibid. litteras eiusdem Bohemis de eodem argumento scriptas pp. 370. 371.

4323. *Tesssin, 29. Septembris.*
Principes quidam Silesiae concordiam inter Casimirum ducem Tessinensem et inter Johannem ducem Oleśnicensem constituunt.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. p. 660.

4324. *Regiomonti, 29. Septembris.*
Recessus ordinum Prussiae Cruciferorum, quo inter alia magistri generalis cum ordinibus actiones super bello contra Polonos suscipiendo habitae, quod ordines recusaverant, continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 104. p. 308.

4325. *Romae, 30. Octobris.*
Sixtus IV. papa Petro Wapowsky cantori Premisliensi duas ecclesias confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 228. p. 204.

4326. *S. l. et die (in Octobri).*
Pskovienses, quorum culpa Pskow civitas combusta esse dicatur, Iwano Wassilewicz magno duci Moscoviae fidem spondent.
Rumiancow, Sobranije II. Nr. 19. p. 24.

4327. *Wilnae, 25. Novembris.*
Episcopus et capitaneus Wilnenses magistrum Livoniae interrogant, quando legati eius ad ipsos venturi sint.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2109. p. 60. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 1989. p. 216.

4328. *Gmunden, 1. Decembris.*
Fridericus imperator cum Mathia rege Hungariae pacem init, qua inter alia paciscitur, ut si rex Bohemiae vel rex Poloniae propter

Bohemiam Mathiae traditam imperatori bellum inferre voluerit, Mathias ei auxilium ferat.
Teleki, Hunyadiak Kora XII. Nr. 610. p. 40.

4329. *S. l. 9. Decembris.*
Eschenloer civitatis Wratislaviensis secretarius Georgio Emrich, genero suo, de Mathiae regis Hungariae cum Wladislao rege Bohemiae conventione Brunae habenda scribit deque Polonorum consilio Prussiam invadendi auxiliaque Wladislao, si opus fuerit, in Bohemiam mittendi commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. VII. p. XXIX.

4330. *Korneuburg, 24. Decembris.*
Mathias rex Hungariae ordinibus Prussiae Cruciferorum se ordinem Teutonicum in praesidium suum suscepisse significat hortaturque eos, ut magistro generali pareant.
Toeppen, Acten V. Nr. 107. p. 317.

1478.

4331. *Wilnae, 1. Januarii.*
Johannes Łosowicz episcopus Wilnensis magistro generali respondet proceres Lithuanos, si Poloni Ordini bellum inferant, eis opem non esse laturos.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1990. p. 216.

4332. *Wratislaviae, 15. Januarii.*
Balthasar de Piscia nuntius apostolicus episcopis Warmiensi, Culmensi et Sambiensi regem Poloniae et filium eius Wladislaum excommunicatos esse significat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1991. p. 216.

4333. *Wratislaviae, 19. Januarii.*
Idem magistro generali o. T. subditisque eius et civitatibus Prussiae Polonis subiectae nuntiat eos, cum rex Poloniae sententiam interdicti incurrerit, iureiurando fideque eidem regi praestita a se solutos esse.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1992. p. 216. **Cf.** ibidem notam.

4334. *Petricoviae, 29. Januarii.*
Casimirus rex se terram Sandomiriensem oppigneraturum negat.
Vol. Leg. I. p. 231. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 244.

4335. *Wratislaviae, 31. Januarii.*
Eberhard von Menzinger magistro generali pactiones inter Mathiam et imperatorem nec non inter electorem Brandenburgensem et Hans ducem, quae Ordini utilitatem quandam allaturae sint, initas denuntiat.
Toeppen, Acten V. Nr. 108. p. 318.

4336. *Bartenstein, 17—19. Februarii.*
Recessus ordinum Prussiae Cruciferorum, quo actiones ipsorum cum magistro generali super litteris sub NNr. 4330. et 4335. notatis ipsisque propositis habitae continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 109. p. 319.

4337. *Rigae, 11. Martii.*
Magister Livoniae magistro generali regem Poloniae bellum, ut videatur, contra m. ducem Moscoviae, qui terras Russiae Lithuanae sibi vindicet, parare significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2113. p. 61. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1993. p. 216.

4338. *Brunae, 28. Martii.*
Legati Bohemorum et Hungarorum pacem inter Wladislaum Bohemiae et Mathiam Hungariae reges constituunt, in qua de rationibus, quae inter eosdem reges et regem Poloniae intercedant, sermo fit. (Litterae Hungarorum).
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 377. (teut.).

4339. *Brunae, 28. Martii.*
Eiusdem pacis litterae Bohemorum.
Archiv Česky IV. p. 486. (bohem.).

4340. *Rigae, 31. Martii.*
Magister Livoniae magistro generali suadet, ut propter bellum in Lithuania paratum, pacem perpetuam a Lithuanis iureiurando firmandam curet.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2115. p. 61. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 1994. p. 217.

4341. *Onolzpach, 5. Aprilis.*
Albertus elector Brandenburgensis Friderico imperatori de causa quadam sororis suae ducissae Barbarae eiusque cum regibus Bohemiae et Poloniae rationibus scribit.
Riedel, Codex dipl. Brand., Pars III. Tom. II. Nr. 181. p. 223.; duabus appendicibus additis.

4342. *Rythwyany, 10. Aprilis.*
P. quidam Martino Gromadzki canonico Sandecensi respondet deque causa praebendae cuiusdam in Ląd scribit.
(Zeissberg, Klein. Geschquell. in) Archiv. f. öst. Gesch. LV. p. 39.

4343. *Regiomonti, 15. Aprilis.*
Recessus ordinum Prussiae Cruciferorum, in quo de homagio a magistro generali regi Poloniae praestando, quod legati Poloni postularunt, magister vero recusavit, agitur.
Toeppen, Acten V. Nr. 111. p. 328.

4344. *Chelmcze, 4. Maii.*
Sbigneus episcopus Wladislaviensis Gedano civitati de causa Christoph de Spinis cuiusdam scribit significatque se regem rogasse, ut super causis Gedanensium papae principibusque Italiae scriberet.
Excerpt. Hanserecesse, Pars III. Tom. I. Nr. 96. p. 71.

4345. *Romae, 29. Maii (Pontif. a. VII.).*
Sixtus IV. papa Johanni Laszoczky regis Poloniae secretario canonicatum Gnesnensem confert.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 228. p. 205.; anno 1477. adscripto.

4346. *Wratislaviae, 10. Junii.*
Balthasar de Piscia nuntius apostolicus universo clero mandat, ut sententiam excommunicationis in reges Poloniae et Bohemiae latam promulgent.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1995. p. 217.

4347. *Budae, 10. Augusti.*
Mathias rex Hungariae Conrado Albo duci de Wola et Wartemberg concedit, ut ad vitae tempus terras suas ordini Teutonico tradat, quae tamen post mortem Conradi Mathiae regi reddendae sint.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 74. p. 85.

4348. *Heilsberg, 23. Septembris.*
Episcopus Warmiensis magistro generali Lithuanorum et Gedanensium consilia episcopatum suum invadendi denuntiat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 1996. p. 217.

4349. *Budae, 30. Septembris.*
Mathias rex Hungariae pacem a legatis suis cum legatis regis Bohemiae constitutam (vide Nr. 4338.), adiunctis quibusdam condicionibus regem Poloniae spectantibus, ratam habet.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 397. (teut.). — Archiv Česky IV. p. 494. (bohem.).

4350. *Elbingae, 22. Octobris.*
Recessus ordinum utriusque Prussiae, in quo actiones de pace servanda, de causa Warmiensi, de homagio a magistro generali regi Poloniae praestando, cett., continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 112. p. 332.

4351. *Budae, 28. Octobris.*
Mathias rex Hungariae Sixtum IV. papam rogat, ut in causa »Prutenorum« a Polonis oppressorum intercedat.
MM. Hungariae hist., Acta Externa VI. p. 328.

4352. *S. l. (Regiomonti?), 16. Novembris.*
Recessus ordinum Prussiae Cruciferorum, in quo ipsi de magistri generalis rogationibus, ut ordines ipsum contra Poloniam adiuvent et ad regem Hungariae legatos mittant, agunt.
Toeppen, Acten V. Nr. 113. p. 352.

4353. *Olmutii, 7. Decembris.*
Legati regum Hungariae et Bohemiae pacem dd. 30. Septembris h. a. (vide Nr. 4349.) promulgant deque conventione regum Hungariae, Bohemiae atque Poloniae 2. Februarii habenda commemorant.
Eschenloer ed. Kunisch II. p. 399. (teut.). — Archiv Česky V. Nr. 13. p. 386. (bohem.). — **Fragm.** Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 643. p. 460.

4354. *Łęczyca, 7. Decembris.*
Pactio inter terras Gostinensem et Lanciciensem de kmetonibus famulisque profugis inita.
Cod. Masov. Nr. 245. p. 287.

4355. *Regiomonti, 10. Decembris.*
Ordines Prussiae Cruciferorum Stiborium de Baisen gubernatorem Prussiae rogant, ut cum nunc ad conventionem Thorunii 6. Decembris habitam venire non potuerint, aliud tempus ipsis assignet.
Toeppen, Acten V. Nr. 115. p. 363.

4356. *Onoltzpach, 29. Decembris.*
Albertus elector Brandenburgensis filio suo Johanni scribit deque rationibus sibi cum Polonia intercedentibus commemorat.
Riedel, Cod. d. Brand, Pars III. Tom. II. Nr. 185. p. 229—233.

4357. *S. l. a. et die (a. 1478?)*
Eiusdem mandatum legato ad imperatorem misso datum, in quo de Polonia fit mentio.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom. II. Nr. 186. p. 233—236.

4358. *S. l. a. et die.*
Anonymus quidam ducibus Saxoniae de Johannis ducis Saganensis, qui Mathiae regis Hungariae nomine per Poloniam in Prussiam clam pervenire conatus sit, itinere ad irritum redacto refert.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. X. Nr. 83. p. 125.

4359. *Oświęcim, s. die.*
Johannes dux Opaviensis fatetur sibi debitum 1300 fl. nomine Casimiri regis per Casimirum de Dambno thesaurarium solutum esse.
Reg. Rykacz. Invent. p. 232.

1479.

4360. *Elbingae, 3. Januarii—2. Februarii.*
Relatio quaedam de actionibus inter ordines Prussiae Polonae et legatos Cruciferorum de causa Warmiensi habitis, a partibus Cruciferorum conscripta.
Fragm. Toeppen, Acten V. Nr. 116. p. 364.

4361. *Cassoviae, 7. Januarii.*
Mathias rex Hungariae legatis regis Poloniae ad conventionem regum Hungariae et Bohemiae Olomutii habendam proficiscentibus dat salvum conductum.
Reg. Rykacz. Invent. p. 27.

4362. *S. l. a. et die (22. Januarii).*
Relatio de conventione Wratislaviensi, ubi litterae pactionis inter Hungariam, Bohemiam et Poloniam initae lectae sunt.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. X. Nr. 84. p. 126.

4363. *Regiomonti, 6. Martii.*
Magister generalis legatis suis dat facultatem, una cum rege Hungariae omnes lites cum rege Poloniae intercedentes componendi.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2122. p. 64. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1997. p. 217.

4364. *Budae, 2. Aprilis.*
Articuli pactionis inter Mathiam Hungariae et Casimirum Poloniae reges de magistro generali et de Nicolao Tungen episcopo Warmiensi initae.
Dogiel I. p. 77. — Katona, Hist. Crit. XVI. p. 187. — **Excerpt.** Gołębiowski III. p. 297. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 27. et iterum p. 94.

4365. *Wilnae, 13. Aprilis.*
Casimirus rex proceribus de Briańsk se Briańsk Iwano Andrejewicz duci de Mozajsk contulisse significat.
Muchanow, Sbornik Nr. 20. p. 22. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 1998. p. 217.

4366. *Lublin, 7. Maii.*
Philippus Callimachus Sbigneo Oleśnicki episcopo Wladislaviensi sententiam suam super consilio, ut papa intercedente cum Mathia rege Hungariae pax componatur, exponit.
Acta Tomiciana I. App. p. 10—15.; anno 1448. adscripto. — **Cf.** Zeissberg, Dziejopisarstwo II. p. 221. notam 1.

4367. *Romae, 1. Junii.*
Sixtus IV. papa Johannem Aragonensem cardinalem legatum suum in Hungariam, Bohemiam atque Poloniam constituit mandatque ei, ut reges reconciliandos curet eosque ad bellum contra Turcas suscipiendum permoveat.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 644. p. 466. — **Reg.** Raynaldi Ann. h. a. Nr. 2. Tom. X. p. 596.

4368. *Petricoviae, 6. Junii.*
Casimirus rex Muszyński quendam ad bellum mercede iterum conducit.
AGZ. IX. Nr. 87. p. 119.

4369. *Petricoviae, 2. Julii.*
Idem cives Leopolitanos propter pericula eis imminentia contributionibus ad duorum annorum spatium, excepta »cyza,« liberat.
AGZ. VI. Nr. 127. p. 192.

4370. *Petricoviae, 15. Julii.*
Nicolaus episcopus Warmiensis Casimiro regi obsequium spondet.
Vol. Leg. I. p. 233. — Dogiel IV. p. 182. — **Cf.** Gołębiowski III. p. 223.

4371. *S. l. 25. Julii.*
Casimirus rex remittit omnes iniurias magistro, genti et fratribus domus hospitalis, in gratiam illos suscipit. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 224.

4372. *Nova Civitate (Korczyn), post 9. Octobris.*
Martinus Truchses condonat subditis episcopatus Pomesaniensis, quod cum rege senserint. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 94.

4373. *Korczyn, 11. Octobris.*
Casimirus rex Brodnicensibus et Culmensibus contra ipsum novissime rebellantibus culpam remittit.
Dogiel IV. p. 185. — Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 3. Nr. 687. p. 562. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 215.; anno 1470. adscripto. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 94.

4374. *Korczyn, 12. Octobris.*
Idem cum Martino Truchses magistro generali o. T. post homagium ab ipso magistro coram episcopo Cracoviensi 9. Octobris in Korczyn praestitum pactionem init. (Litterae Casimiri).
Excerpt. Danił. Skarb. II. Nr. 1999. p. 217. — **Reg.** Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 688. p. 563.

4375. *In Nova Civitate (Korczyn), 12. Octobris.*
Eiusdem pactionis litterae magistri.
Reg. Rykacz. Invent. p. 94.

4376. *Korczyn, 29. Octobris.*
Casimirus rex civibus Leopolitanis annis, quibus a contributionibus liberati sint, unum annum adiungit, hac sub condicione, ut statim contributionem unius anni persolvant.
AGZ. VI. Nr. 129. p. 194.

4377. *Korczyn, 9. Novembris.*
Idem Petro Myszkowski rotmagistro eiusque militibus pro stipendiis 4000 fl., pro damnis vero 1000 fl., in terra Prussiae assignat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 390.

4378. *S. l. a. et die (in Korczyn).*
Libellus de actionibus inter magistrum generalem et Polonos in Nova Civitate Korczyn habitis.
Caro, Gesch. Pol. V. 1. App. p. 498.

4379. *S. l. et die.*
Magister generalis quietat Casimirum regem de 2000 aureorum sibi ratione cessionis de episcopatu Culmensi persolutis. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 95. — **Reg.** Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 3. Nr. 689. p. 563.

4380. *Cracoviae, s. die.*
Conradus dux Oleśnicensis cum Margaretha coniuge sua de summa sibi debita et per plenipotentiarium recepta regem Casimirum quietant. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 347.

4381. *S. l. et die.*
Stephanus palatinus Moldaviae Casimiro regi homagium praestat.
Reg. Dogiel I. p. 603.

4382. *Wilnae, s. a. et die Ind. XIII. (!) (a. 1479?)*
Azbaba, legatus Mendligirej imperatoris Tartarorum, pacem cum Polonis initam iureiurando sancit.
Muchanow, Sbornik p. 24. — Narbutt, Dzieje VIII. App. VII. p. 38. — Gołębiowski III. p. 234

4383. *S. l. a. et die (post a. 1479).*
Notae de contributione a Rzew civitate magno duci Moscoviae, magno duci Lithuaniae atque episcopo proceribusque Neogardiensibus, soluta.
Muchanow, Sbornik Nr. 29. p. 42—49. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 71. p. 87—92.

4384. *S. l. et die (annis 1479—1485).*
Actiones quaedam inter Casimirum regem Poloniae et Mendligirej imperatorem Tartarorum habitae.
Muchanow, Sbornik Nr. 23. p. 23.

1480.

4385. *Lobaviae, 13. Januarii.*
Stephanus episcopus Culmensis senatui Gedanensi epistolae cuiusdam regis Poloniae exemplar transmittit.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 693. p. 567.

4386. *S. l. 6. Februarii.*
Privilegium ducis Masov. libertationis epis(copi) ac praelatorum ecclesiae Plocensis de non solvendis poenis iudicialibus, excepta poena quinquagenali moderata. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 319.

4387. *Rigae, 30. Martii.*
Magister Livoniae apud regem Poloniae, quod legationem propter Russorum Pskoviensium invasionem non miserit, se excusat.
Mittheilungen aus der Livländ. Gesch. IV. p. 124. **Cf.** ibidem alias litteras ad Livoniae et Moscoviae rationes spectantes. — **Reg.** Napiersky, Index II. Nr. 2136. p. 67. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2002. p. 218.

4388. *Gedani, 7. Aprilis.*
Wilhelmus de Hagen civis Gedanensis ad rationem 1200 florenorum 300 florenos apud Gedanenses ex censu regi debito sibi a rege Casimiro demonstratos fatetur et in partem soluti debiti recipit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 95.

4389. *Wilnae, 17. Maii.*
Casimirus rex magistro generali iniurias a subditis Ordinis terris Polonis illatas exprobrat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2003. p. 218. **Cf.** ibid. notam.

4390. *Rigae, 5. Junii.*
Magister Livoniae magistro generali epistolarum a legatis, qui Wilnae apud regem Poloniae versentur, receptarum exemplaria transmittit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2138. p. 67. — **Reg.** Danil. Skarb. II Nr. 2004. p. 218.

4391. *Wilnae, 29. Junii.*
Casimirus rex de conventione Elbingae habenda a magistro generali proposita consentit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2005. p. 218.

4392. *Romae, 31. Julii.*
Sixtus IV. papa episcopo Wladislaviensi collegisque mandat, ut Stephanum archiepiscopum Rigensem contra Cruciferos defendant.
Dogiel V. p. 153. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 230. p. 207.

4393. *Troki, 31. Augusti.*
Casimirus rex apud Mathiam regem Hungariae legatum suum, Nicolaum Bromaczky custodem Premisliensem, auctoritate exornat.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 288.

4394. *Troki, s. a. et die Ind. XIII. (in Augusto).*
Pskoviensium ad Casimirum regem legatio de iniuriis ab ordine Livoniae hominibus ipsorum illatis, una cum responso Casimiri et cum donorum a Pskoviensibus Casimiro oblatorum indice.
Muchanow, Sbornik Nr. 14. et Nr. 21. p. 14. et p. 22. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 74. (I—III.) p. 93—95.

4395. *Nydenburg, 28. Septembris.*
Magister generalis sibi cum Casimiro rege super damnis bellicis in episcopatu Warmiensi illatis convenisse testatur.
Dogiel IV. p. 185. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 95.

4396. *Romae, 28. Septembris.*
Sixtus IV. papa archiepiscopo Gnesnensi mandat, ut Dobrogostium subcollectorem decimarum a quadam excommunicationis sententia absolvat eiusdemque causam audiat et decidat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 232. p. 214.

4397. *Korczyn, 29. Septembris.*
Magister generalis Casimiro regi prorogat terminum solutionis summae 4000 fl.
Reg. Rykacz. Invent. p. 95.

4398. *Romae, 18. Octobris.*
Sixtus IV. papa regi, praelatis et baronibus Poloniae, promulgatores indulgentiarum pro Rhodiis concessarum commendat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 233. p. 214.

4399. *Bauske, 27. Decembris.*
Magister Livoniae magistro generali litteras quasdam regis Poloniae de legatis Livoniensibus ab eo exspectatis transmittit consiliumque

cum eodem rege foedus contra m. ducem Moscoviae ineundi significat.

Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2143. p. 68. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2006. p. 219.

4400. *S. l. et die.*

Idem eidem scribit de Suecia foedus sibi contra m. ducem Moscoviae offerente, quod ipse accipere Lithuanosque foederi conciliare velit.

Mittheilungen aus der Livländ. Gesch. IV. p. 124. — Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2130. p. 66. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2001. p. 218. — Reg. Napiersky, Russ. Livl. Urkd. Nr. 267.

4401. *Wilnae, s. a. et die, Ind. XIII.*

Casimiri regis ad Pskovienses duae legationes, de iniuriis quibusdam conquerentes.

Muchanow, Sbornik NNr. 12. et 13. pp. 13. et 14. Cf. ibid. Nr. 21. p. 22. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 73. (I. II.) p. 93. — Reg. Danił. Skarb. II. NNr. 2007. et 2009. p. 219.

4402. *Wilnae, s. a. et die Ind: XIV. (!) (a. 1480?)*

Stephani IV. palatini Moldaviae ad Casimirum regem legatio, qua ipse auxilia contra Turcas et salvum conductum legatis Moscoviam proficiscentibus petit atque de iniuriis Moldaviensibus ab incolis Kamieniec castri illatis conqueritur.

(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 4. p. 59.

4403. *Cracoviae, s. die.*

Casimirus rex quietatur a Bernardo de Dobra et Rynek de Wielawieś de satisfactione stipendiorum in Prussia meritorum. *(sic).*

Reg. Rykacz. Invent. p. 390.

4404. *S. l. et die.*

Idem quietatur a Nicolao Corbel Czekowski rotmagistro de satisfactione pro servitiis in bello. *(sic).*

Reg. Rykacz. Invent. p. 390.

1481.

4405. *Wilnae, 4. Februarii.*

Johannes Kezgajłowicz tiwunus Samogitiae, qui ad fines inter Lithuaniam et terram Ordinis terminandos constitutus fuit, magistro generali pro donis sibi missis gratias agit suaque munera ei mittit.

Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2010. p. 219.

4406. *Regiomonti, 24. Martii (sabb. ante dom. Oculi).*

Magister generalis de 1500 flor. hung. per manus Nicolai de Baisen palatini Marieburgensis acceptis regem (Casimirum) quietat.

Reg. Rykacz. Invent. p. 95.

4407. *Regiomonti, 26. Martii (poniedziałek po Oculi).*

Altera (?) apocha magistri generalis pro eadem summa.

Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2011. p. 219.

4408. *Romae, 5. Aprilis.*
Sixtus IV. papa Nicolao Lathowycz clerico Posnaniensi, poenitentiario in basilica S. Petri in Urbe, concedit, ut quaecumque tria beneficia in Polonia accipere possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 235. p. 215.

4409. *Norimbergae, 7. Julii.*
Walterus von Schwarzenberg senatui Francofurtensi adventum commendatoris ordinis Livoniae, opem contra Russos et Tartaros petentis, nuntiat.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 1. Nr. 570. p. 401.

4410. *Regiomonti, 18. Octobris.*
Magister generalis Casimiro regi prorogat ad annum solutionem summae 4000 fl., quam vigore transactionis in conventione in Nova Civitate factae, idem rex se soluturum ipsi obligavit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 95.

4411. *Sagan, 9. Novembris.*
Henricus von Miltitz ducibus Saxoniae scribit deque bello a duce Saganensi Johanne contra Polonos incepto commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. X. p. 138.

4412. *Koźmin, 12. Novembris.*
Bartholomaeus de Iwanowice consules Wratislavienses de iniuriis quibusdam Silesiis in Polonia illatis consolari studet.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 115.

1482.

4413. *Onolzpach, 31. Januarii.*
Albertus elector Brandenburgensis episcopo Lebusiensi scribit deque rationibus, quae ipsi cum Polonis intercedant, commemorat.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars III. Tom II. Nr. 224. p. 276. 278.

4414. *Radom, 11. Februarii.*
Casimirus, regis Poloniae filius, consulibus Wratislaviensibus se praedones quosdam puniturum esse pollicetur.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 115.

4415. *Sagan, 14. Martii.*
Henricus de Miltitz in epistola ducibus Saxoniae scripta de Polonia commemorat.
(Markgraf in) SS. rer. Siles. X. p. 142.

4416. *Regiomonti, post 21. Aprilis.*
Recessus ordinum Prussiae Cruciferorum, in quo inter alia, quod rex Poloniae de mercede Hans duci persolvenda sentiat, exponitur.
Toeppen, Acten V. Nr. 124. p. 381.

4417. *Elbingae, 26. Aprilis.*
Recessus ordinum Prussiae Cruciferorum, quo actiones cum Prussiae Polonae legatis super lite quadam Ordinis et Gedani civitatis habitae continentur.
Toeppen, Acten V. Nr. 123. p. 378.

4418. *S. l. 4. Junii.*
Sixtus IV. papa Casimiro regi et successoribus eius »ius praesen tandi ad maiores post pontificales« dignitates in ecclesiis Gnesnensi, Cracoviensi et Posnaniensi ac ad principalem in collegiata Lanciciensi, cett., largitur.
Reg. Rykacz. Invent. p. 5.

4419. *Regiomonti, ante 6. Junii (?) (ante S. Vincentii (episcopi ?) festum).*
Magister generalis quietat Casimirum regem de summa 3000 aureorum pro damnis in episcopatu Warmiensi illatis, sibi ab eodem rege promissa. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 96. — **Cf.** Nr. 4425.

4420. *Romae, 10. Julii.*
Sixtus IV. papa omnes exhortatur, ut Stephano archiepiscopo Rigensi contra magistrum Livoniae auxilium ferant et archiepiscopum Gnesnensem episcoposque Lubecensem et Wilnensem earundem litterarum exsecutores constituit.
Theiner. MM. Pol. II. Nr. 237. p. 217.

4421. *Romae, 14. Julii.*
Idem Stephanum archiepiscopum Rigensem apostolicae sedis legatum de Latere et commissarium in Livoniam, ad tutandos et defendendos Livonienses ac avertendas insultationes Ruthenorum, ablegat.
Dogiel V. p. 157.

4422. *Romae, 14. Julii.*
Idem eidem litteris datis ad bona, quibus fraudatus sit, recuperanda contributionem quandam in dioecesi sua solvendam concedit episcoposque Lubecensem et Wilnensem exsecutores earundem litterarum constituit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2181. p. 77.

4423. *Troki, 12. Augusti.*
Casimirus rex Martinum Koniecki »ius suum super stationes regales« in bonis monasteriorum quorundam amisisse declarat ac proinde easdem stationes Johanni Sapieński confert.
Reg. Rykacz. Invent. p. 290.

4424. *Troki, 15. Augusti.*
Casimirus rex Nicolao Radziwiłł praefecto Smolenscensi significat se Iwani Gliński, qui in Moscoviam profugerit, bona fratribus eius contulisse.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 78. p. 98.

4425. *Regiomonti, 31. Octobris (in vigilia OO. Sanctorum).*
Magister generalis Casimirum regem de summa 3000 aureorum pro damnis in episcopatu Warmiensi illatis, sibi ab eodem rege promissa, quietat. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 95. Cf. ibid. aliam apocham de hoc die. — Cf. Nr. 4419.

4426. *Warszawa, 5. Novembris.*
Boleslaus dux Masoviae cum Conrado fratre concordiam sancit.
Cod. Masov. Nr. 248. p. 291.

4427. *Romae, 7. Novembris.*
Sixtus IV. papa fratribus ordinis Minorum in Polonia mandat, ut cruciatam contra Turcas praedicent.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 239. p. 219.

4428. *Romae, 7. Novembris.*
Idem Jacobum de Dambno alias Dovenizki capitaneum Cracoviensem, praelatos et proceres Poloniae, hortatur, ut Bartholomaeum de Camerino in promulganda cruciata contra Turcas adiuvent.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 240. p. 219.

4429. *Romae, 7. Novembris.*
Idem archiepiscopo Gnesnensi scribit, ut errorem quendam antea commissum emendet eundemque Bartholomaeum commendatum habeat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 241. p. 219.

4430. *Romae, 10. Decembris.*
Idem regi Poloniae eundem Bartholomaeum, promulgatorem cruciatae, qui ipsi quasdam pecunias ex cruciata assignet, commendat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 242. p. 220.

4431. *Romae, 10. Decembris.*
Idem Bartholomaeo de Camerino quasdam pecuniarum collectarum partes principibus, proceribus et praelatis concedendi dat facultatem.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 243. p. 220.

4432. *Romae, 10. Decembris.*
Idem episcopo Posnaniensi mandat, ut eidem Bartholomaeo pecunias a se collectas tradat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 244. p. 220.

4433. *S. l. et die.*
Casimirus rex inhibet, ne frumentum ex Lithuania premente frugum sterilitate evehatur.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2014. p. 220.

1483.

4434. *Christburg, 25. Januarii.*
Recessus ordinum utriusque Prussiae de rebus mercaturae agens.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 127. p. 390.

4435. *Romae, 1. Martii.*
Sixtus IV. papa a rege Poloniae petit, ut Venetos ad pacem cum pontifice ineundam cohortetur.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 245. p. 221.

4436. *S. l. 29. Martii.*
Magister generalis magistro Livoniae de finium Ordinis et Lithuaniae terminandorum retardatione, de Stephani archiepiscopi Rigensis ad regem Poloniae itinere suscipiendo, cett., respondet.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2200. p. 80. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2015. p. 220.

4437. *Kwidzyń, 4. Aprilis.*
Johannes episcopus Pomesaniensis magistro generali Stephanum archiepiscopum Rigensem ad regem Poloniae profectum esse significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2201. p. 80.

4438. *Wilnae, 10. Aprilis.*
Casimirus rex ducum Worotyński, Odojewski, Nowosielski, Teodorowicz, officia accipit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 80. p. 100.

4439. *Moscoviae, 9. Junii (a. a m. cr. .. 91.).*
Foedus inter Iwan Wassilewicz magnum ducem Moscoviae et Iwan Wassilewicz magnum ducem de Riazań initum, in quo uterque se contra alterutrum cum Lithuanis et Polonis foedus non initurum, sed alter alterum contra eosdem adiuturum se esse pollicetur. (Litterae m. d. Moscoviae).
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 115. p. 279.

4440. *Moscoviae, 9. Junii.*
Eiusdem foederis litterae m. ducis Riasanensis.
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 116. p. 283.

4441. *Budae, 21. Julii.*
Mathias rex Hungariae Cassoviae civitati de rapinis contra mercatores ex Polonia proficiscentes commissis scribit.
Teleki, Hunyad. Kora XII. Nr. 708. p. 249. **Cf.** ibid. NNr. 709., 712.

4442. *Troki, 22. Julii.*
Casimirus rex duces et bojaros de Słuck, quos in sua officia recepisset, officiis Annae, Michaëlis ducis de Słuck uxoris, reddit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 83. p. 104.

4443. *Tracken, 24. Julii.*
Recessus actionum magistri generalis cum rege Poloniae habitarum, in quibus idem magister de suis cum rege Hungariae institutis rationibus se exscusat petitque, ut fines Ordinis et Lithuaniae terminentur, cett.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 128. p. 320. — **Reg.** Napiersky, Index II. Nr. 2209. p. 81. s. d. (?) — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2016. p. 220. s. d. (?)

4444. *Romae, 30. Augusti.*
Sixtus IV. papa episcopo Posnaniensi mandat, ut pecunias, quas episcopus Sambiensis camerae apostolicae debeat, Romam mittat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 252. p. 226.

4445. *Romae, 7. Octobris.*
Idem causam canonicatuum Plocensium conferendorum constituit.
Cod. Masov. Nr. 249. p. 293.

4446. *Vissegrad, 25. Octobris.*
Mathias rex Hungariae Sixto IV. papae de rebus Bohemicis scribit deque clade magna quadam regi Poloniae a Tartaris illata, de qua rumor percrebrescat, commemorat.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 522.

4447. *Romae, 7. Novembris.*
Sixtus IV. papa universis Christifidelibus hospitale S. Spiritus Cracoviense visitantibus et subsidia impendentibus indulgentias concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 253. p. 227.

4448. *Romae, 4. Decembris.*
Idem regem Poloniae hortatur, ut una cum Friderico imperatore et Mathia Hungariae rege haereticorum in Bohemia facinora reprimat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 254. p. 228.

4449. *Grodno, 10. Decembris.*
Casimirus rex Carolo de Felde castellano Culmensi praecipit, ne iurisdictionem ecclesiasticam episcopi Culmensis laedi permittat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm, I. 3. Nr. 702. p. 572.

4450. *S. l. 28. Decembris.*
Magister generalis magistro Livoniae de archiepiscopi Rigensis Stephani Posnaniam et Thorunium itinere suscepto deque consiliis ipsius scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2207. p. 81.

4451. *S. l. et die.*
Legati Ordinis Livoniae petitio regi Poloniae proposita, ut Stephanum archiepiscopum Rigensem, in Lithuania tunc versantem, ad comparendum coram commissione apostolica permoveat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2193. p. 79. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2017. p. 221.

4452. *S. l. a. et die.*
Mathias rex Hungariae papae de Friderico caesare inter alia conqueritur, quod Polonos contra ipsum excitaverit.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 502.

4453. *S. l. et die.*
Precatio pro peste avertenda a Sixto IV. papa composita regique Poloniae missa.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2194. p. 79. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2019. p. 221.

4454. *S. l. a. et die (circa 1483).*
Michaël Borysowicz magnus dux Twerensis cum Casimiro rege pactionem init. (Litterae Michaëlis).
Muchanow, Sbornik Nr. 10. p. 12. — Akty Zapadn. Rossyi I. Nr. 79. p. 99. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2024. p. 222.

1484.

4455. *S. l. 13. Januarii.*
Recessus actionum inter Cruciferos et Lithuanos de finibus terminandis habitarum.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2020. p. 221. **Cf.** ibidem notam.

4456. *Kroże, s. die (in Januario).*
Johannes Kynssegalowitz castellanus Wilnensis magistro generali de commerciis impeditis deque transitu archiepiscopo Rigensi per Lithuaniam dato respondet.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2210. p. 82. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2021. p. 221.

4457. *Romae, 7. Februarii.*
Sixtus IV. papa Casimiro regi de dignitate imperiali sive regali inter omnes Ruthenicae nationis populos duci Moscoviae conferenda respondet significatque se, quemadmodum ille (rex P.) per oratorem suum Stanislaum petiisset, priusquam eius legati de hac causa acturi venerint, nihil decreturum.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 257. p. 230.

4458. *Romae, 13. Februarii.*
Idem eidem et successoribus eius praesentandi ad certam praepposituram et scholastriam viros gratos et idoneos potestatem concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 255. p. 228. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 5. s. l. et die.

4459. *Romae, 13. Februarii (Pont. a. XIII.).*
Idem regi et reginae Poloniae altaris portatilis usum concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 256. p. 229.; a. 1483. adscripto.

4460. *Cracoviae, 5. Maii (?) s. a.*
Johannes Ursinus Johanni Luprancio de Białogrod et Kilia a Turcis expugnatis deque consiliis hac de causa in Polonia captis scribit.
J. Ursinus, Modus Epistolandi (ed. ex a. 1522) Cap. XXII.

4461. *Cracoviae, 30. Junii.*
Idem Johanni Georgio Montano, quo modo Kilia a Turcis occupata sit, describit.
J. Ursinus, Modus Epistolandi (ed. ex a. 1522) Cap. XL.

4462. *Romae, 14. Julii.*
Sixtus IV. papa legato suo episcopo civitatis Castelle mandat, ut reges Romanorum, Hungariae atque Poloniae, ad exstirpandam in Bohemia haeresim hortetur.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 677. p. 492.

4463. *S. l. a. et die (Julio 1484—22. Augusti 1485).*
Casimirus rex Richardum III. regem Angliae rogat, ut pecuniis ab eo concessis praecipue mercatoribus Gedanensibus damna sarciantur.
Reg. Hanserecesse, Pars III. Tom. I. Nr. 204. p. 151., ad a. 1479. Vide tamen ibidem Errata p. 595. **Cf.** ibidem Nr. 546. §. 196. et Nr. 547. §. 43.

4464. *S. l. 4. Augusti.*
Magister generalis Casimiro regi Michaëlem Hildebrand archiepiscopum Rigensem a curia Romana confirmatum esse significat rogatque eum, ne posthac pro Henrico zu Schwarzburg intercedat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2217. p. 83.

4465. *Romae, 12. Septembris.*
Innocentius VIII. papa universitati Cracoviensi suam electionem nuntiat.
Cod. Univ. Cracov. III. Nr. 271. p. 109.

4466. *S. l. a. et die.*
Advocatus de Grobin magistro generali nuntiat, quantopere hospites peregrinantes a Samogitis investigentur, omnesque Samogitas ad arma convocari significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2213. p. 82.

4467. *Budae, s. a. et die.*
Mathias rex Hungariae apud Casimirum regem legatum suum de conventione communi acturum auctoritate exornat.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 551.

4468. *Budae, s. a. et die.*
Idem eidem de rapina quadam in legato Polono Alberto scholastico Cracoviensi commissa scribit.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 551.

4469. *Waradini, s. a. et die.*
Idem eidem de maleficiis a Jacobo Dombno in causa Christophi Szafraniec commissis scribit.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 552.

4470. *S. l. a. et die.*
Mathias rex Hungariae Jacobo Dombno castellano Cracoviensi culpas in causa Szafraniec commissas remittit.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 556.

4471. *S. l. et die (w miesiącu ad sir 1484).*
Bajazeti salvus conductus legatis Casimiri regis de pace acturis datus.
Reg. Gołębiowski III. p. 250.

4472. *S. l. et die.*
Decretum Casimiri regis de villis quibusdam inter Simeonem Iwanowicz, Andream Wladimirowicz ac inter Johannem Kobryński et uxorem ipsius Theodoram. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 384.

4473. *S. l. a. et die (circa 1484).*
Foedus inter Iwanum Wassilewicz m. ducem Moscoviae et inter Michaëlem Borysowicz m. ducem Twerensem initum, quo Michaël pollicetur se foedus cum Casimiro rege Poloniae sancitum deserturum unaque cum Iwano contra eum acturum esse. (Litterae m. ducis Moscoviae).
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 119. p. 293.

4474. *S. l. et die (circa 1484).*
Eiusdem foederis litterae m. ducis Twerensis.
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 120. p. 297.

1485.

4475. *Petricoviae, 22. Januarii.*
Sbignei Oleśnicki archiepiscopi Gnesnensis constitutiones synodales.
Constitutiones Synodorum eccl. Gnesn., iussu I. Wężyk, Cracoviae 1630. IV. p. 33—43. — **Reg.** Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 705. p. 574.

4476. *In castris ad Vindobonam, 2. Martii.*
Mathias rex Hungariae regi Poloniae se causam Wratislaviensium, qui de mercatura in Russia a Polonis impedita conquesti sint, cum legatis Polonis ad ipsum mittendis dirimere velle significat nec opus esse, ut Wratislavienses cum privilegiis Cracoviam veniant.
Excerpt. Mosbach, Przyczynki p. 115.

4477. *In castris ad Vindobonam, 3. Martii.*
Eiusdem Mathiae legatis Wratislaviensium responsum in eadem causa datum.
Excerpt. Mosbach, Przyczynki p. 116.

4478. *Thorunii, 14. Martii.*
Recessus conventionis regis Poloniae, magistri generalis ac legatorum utriusque Prussiae, quo actiones de auxiliis regi Poloniae

contra Turcas praestandis nec non de Ordinis contra episcopum Warmiensem querelis propositis habitae continentur.

Toeppen, Acten V. Nr. 130. p. 392.

4479. *S. l. a. et die (post 14. Martii).*

Magistri generalis declaratio de auxiliis ab ipso et ordinibus Prussiae contra Turcas mittendis regi Poloniae proposita.

Toeppen, Acten V. Nr. 132. p. 394.

4480. *Romae, 26. Aprilis.*

Innocentius VIII. papa abbates Clarae Tumbae et Koprzywnicensem praepositumque S. Floriani in Kleparz archipresbytero et capellano S. Mariae Cracov. ad quaedam privilegia tuenda conservatores constituit.

Theiner, MM. Pol. II. Nr. 258. p. 231.

4481. *Odolanow, 17. (?) Maii (wtorek, Ś. Zofia (po . . ?))*

Johannes de Kazimierz, capitaneus Odolanoviensis, a consulibus Wratislaviensibus petit, ut ipsi damna a praedonibus ducatus Oleśnicensis illata restituant.

Reg. Mosbach, Przyczynki p. 116.

4482. *Colomiae, 15. Septembris.*

Libellus homagii a Stephano palatino Moldaviae regi Poloniae praestiti.

Vol. Leg. I. p. 237.; dato minus accurate adscripto. — Dogiel I. p. 603. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 246.

4483. *Ad Śniatyn, 20. Septembris.*

Casimirus rex Stanislaum Swoss de Łupcza et Stanislaum Burowski cum militibus eorum mercede ad bellum iterum conducit.

AGZ. IX. Nr. 91. p. 125.

4484. *Papa, 14. Decembris.*

Emericus Zapolya comes Scepusii Kezmark civitati scribit significatque inter alia sibi non persuasum esse fore, ut rex Poloniae bellum contra Hungaros paret.

Wagner, Analecta Scepus. I. Nr. 15. p. 69. — Katona, Hist. Crit. XVI. p. 610.

4485. *Colomiae, s. die (a. a m. cr. 6993).*

Salvus conductus cum venia et restitutione bonorum Michaëli et Logopheto a Stephano palatino Moldaviae. *(sic).*

Reg. Rykacz. Invent. p. 140.

1486.

4486. *Francofurti ad M., 20. Januarii.*

Index personarum in comitiis Francofurtensibus praesentium, in quo legatio »von dem Könige von Boheln (Polen?)« notatur.

Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 1. Nr. 608. p. 428.

4487. *Romae, 28. Januarii.*
Innocentius VIII. papa episcopo Culmensi praecipit, ut processum de miraculis B. Dorotheae in Kwidzyń Romam mittat.
(Lämmer in) Kathol. Wochenblatt für d. Diöcese Culm, 1860. p. 44. — Theiner, MM. Pol. II. Nr. 260. p. 233. — Woelky, Urkdb. des Bisth. Culm I. 3. Nr. 708. p. 574.

4488. *Romae, 6. Martii.*
Idem eidem iterum mandat, ut acta B. Dorotheae sibi transmittat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 709. p. 575.

4489. *Wilnae, 3. Junii s. a. Ind. IV.*
Casimiri regis legatio magno duci Moscoviae per Zienko quendam super communibus contra Turcas actionibus suscipiendis necnon super iniuriis ad violatos fines spectantibus proposita.
Muchanow, Sbornik Nr. 31. p. 51. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 88. (I) p. 106. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 2026. p. 222.

4490. *Romae, 7. Junii.*
Innocentius VIII. papa Mathiae regi Hungariae inter alia ad querelas eius de rege Poloniae propositas, quod idem palatinum Moldaviae ad homagium sibi praestandum permoverit, respondet deque legatis Polonis Romae versantibus scribit.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 716. — Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 703. p. 510.

4491. *S. l. 27. Junii.*
Dorpat civitas Reval civitati inter alia de magni ducis Moscoviae contra Livoniam deque regis Poloniae contra eundem magnum ducem actionibus bellicis scribit.
Reg. Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 50. p. 43.

4492. *Romae, 5. Julii.*
Innocentius VIII. papa regi Poloniae bullam cruciatae contra Turcas et Tartaros concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 262. p. 234—240.

4493. *Romae, 12. Julii.*
Idem ad bullam cruciatae supra notatam condicionem addit, ut quarta pars pecuniae collectae Romam mittatur.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 263. p. 240.

4494. *Romae, 12. Julii.*
Idem episcopo Posnaniensi mandat, ut quartam ex cruciata partem pro camera apostolica colligat et transmittat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 264. p. 240.

4495. *Schöneberg, 26. Julii.*
Stephanus episcopus Culmensis fidem exemplaris processus B. Dorotheae firmat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 710. p. 575.

4496. *S. l. 20. Augusti a. a m. cr. 6994.*
Foedus inter Iwanum m. ducem Moscoviae et ducem Borys Wassilewicz initum, quo uterque se cum Polonis, Lithuanis, duce Twerensi, commercia habiturum negat. (Litterae Iwani).
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 123. p. 306.

4497. *S. l. 20. Augusti (6994).*
Eiusdem foederis litterae Borys ducis.
Rumiancow, Sobranije I. Nr. 124. p. 309.

4498. *Cracoviae, 21. Augusti.*
Consules Cracovienses Casimiro duci Oświecimensi et Margarethae ducissae Ratiboriensi nec non Annae Obulczowa ius praesentandi mansionarios ecclesiae S. Barbarae et altaristas eccl. S. Mariae Cracoviensium concedunt.
Piekosiński, Cod. d. Civ. Crac. Vol. II. Nr. 477. p. 629.

4499. *Troki, 22. Augusti s. a. Ind. IV.*
Casimiri regis legatio imperatori Tartarorum Mendli Girej per Johannem Dowojnowicz et Jacobum Domotkan proposita.
Muchanow, Sbornik Nr. 25. p. 30.

4500. *Troki, 25. Septembris.*
Eiusdem legatio Iwano m. duci Moscoviae de Michaële Borysowicz m. duce Twerensi, qui apud ipsum regem versatus sit frustraque ad patrimonium recuperandum opem ab eo petierit, proposita.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 89. (I) p. 109.

4501. *S. l. a. et die.*
Iwani m. ducis Moscoviae legatio ad Casimirum regem per Theodorum Mansurow missa responsionemque ad eiusdem regis legationem per Zienko propositam (vide Nr. 4489) continens.
Muchanow, Sbornik Nr. 32. p. 52. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 88. (II) p. 107. — **Excerpt.** Danil. Skarb. II. Nr. 2027. p. 223.

1487.

4502. *Wolmar, 25. Januarii.*
Magister Livoniae magistro generali legatos suos commendat personasque, quas rex Poloniae et ipse ad fines inter Lithuaniam et Curoniam terminandos nominaverint, significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2236. p. 87.

4503. *Romae, 4. Martii.*
Innocentius VIII. papa episcopo et capitulo Warmiensi significat se gratiam regi Poloniae concessam, ut in dioecesibus Polonis beneficia quaedam conferre possit, in dioecesi Warmiensi irritam facere.
Reg. Golębiowski III. p. 336.

4504. *Regiomonti, 17. Martii.*
Recessus conventionis legatorum Polonorum ordinumque Prussiae Cruciferorum et magistri generalis, quo actiones, quae super litteris quibusdam, foedera ab Ordine cum Hungariae rege tentata denudantibus et a Polonis interceptis habitae sunt, continentur.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 135. p. 404.

4505. *Nova Civitate, 17. Martii.*
Casimirus rex Fridericum ducem Lignicensem hortatur, ut Stanislao de Zelychow 100 flor. pro bobus debitos restituat.
Stenzel, SS. rer. Siles. II. p. 484.

4506. *Norimbergae, 31. Martii—28. Junii.*
Actiones de auxilio imperatori contra regem Hungariae ferendo in comitiis habitae, in quibus legati Friderici imperatoris et Maximiliani regis Romanorum in Bohemiam et in Poloniam missi commemorantur.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 2. Nr. 640. p. 477. 478.

4507. *Cracoviae, 22. Aprilis.*
Casimirus rex apud Fridericum ducem Lignicensem pro Francisco Banck intercedit.
Stenzel, SS. rer. Siles. II. p. 484.

4508. *Cracoviae, 21. Maii.*
Idem apud eundem pro Christophoro Skop intercedit.
Stenzel, SS. rer. Siles. II. p. 485.

4509. *S. l. 28. Maii—15. Junii.*
Johannes Szöning, proconsul Rigae civitatis, de conventione Hansae Lubecae habita refert deque foedere principum quorundam, etiam regis Poloniae, contra Turcas inito scribit.
Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 164. §. 31. p. 198.

4510. *Dorpat, 21. Junii.*
Excerptum epistolae cuiusdam ex Neogardia de m. ducis Moscoviae contra Livoniam consiliis, de Pscoviensium erga regem (Poloniae) animis, de mercatoribus Neogardiensibus Moscoviam raptis, cett.. scriptae.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2237. (2) p. 87.

4511. *In castro Scepusiensi, 13. Septembris.*
Epistola ad Bartya oppidum scripta, in qua »rumor ex parte Polonorum, sed nihil ad rem« commemoratur.
Katona, Hist. Crit. XVI. p. 804.

4512. *Troki, 25. Septembris s. a.*
Casimiri regis legatio m. duci Moscoviae super Michaële Borysowicz duce Twerensi per Fedczych proposita.
Muchanow, Sbornik Nr. 33. p. 54. — **Excerpt.** Danil. Skarb. II. Nr. 2028. p. 223.

4513. *Norimbergae, 1. Decembris.*
Fridericus imperator Fridericum marchionem Brandenburgensem de legatis regis Poloniae, qui in lite cum rege Bohemiae super iure eligendi regis Romanorum exorta intercessuri venerint, certiorem facit interrogatque, num regis Poloniae condiciones accipere debeat.
(F. Wagner in) Forschungen zur deutschen Gesch. Tom. XXIV. Fasc. III. p. 519—521.

4514. *Ulm, 26. Decembris (regni Rom. anno 48; imperii a. 36; regni Hung. a. 29).*
Idem imperator Iwano Wassilewicz magno duci Moscoviae pro legato suo Nicolao benigne recepto gratias agit.
Pamiatniki diplomat. Snoszenij Tom. I. p. 1.; a. 1488. adscripto.

4515. *S. l. et die.*
Bajazid sultani privilegium mercatoribus Polonis datum.
Reg. Gołębiowski III. p. 250. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 143.

1488.

4516. *Wilnae, 8. Martii s. a.*
Casimirus rex praefecto de Mohilew se constituisse significat, ut quidam Hinicz de terra Semenczynensi eadem, atque ex patrimonio suo, servitia praestent.
Białoruski Archiw Nr. 1. p. 1.

4517. *Romae, 27. Martii.*
Innocentius VIII. papa indulta regis Poloniae ad beneficia ecclesiastica nominandi in generali revocatione non comprehensa esse declarat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 266. p. 241.

4518. *Romae, 3. Maii.*
Idem episcopo Cracoviensi mandat, ut Andream Petri de Crosczisze canonicum Cracoviensem in pacificam canonicatus possessionem, amoto intruso Johanne Podlofschy, inducat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 267. p. 242.

4519. *Petricoviae, 11. Maii.*
Recessus conventionis magistri generalis ordinumque Poloniae, in qua magister de suis cum Hungariae rege pactionibus habitis deque litteris quibusdam. a Ponicki quodam, ut asseruit, suppositis, cett., se excusavit.
Toeppen, Acten V. Nr. 137. p. 409.

4520. *Romae, 21. Maii.*
Innocentius VIII. papa Simonem episcopum Revalensem nuntium ad regem et proceres Poloniae mittit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 268. p. 243.

4521. *Romae, 21. Maii.*
Idem eundem nuntium ad regem Daniae et in Sueciam, Norvegiam, Prussiam, Livoniam, Lithuaniam mittit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 269. p. 244. — **Reg.** Napiersky, Index II. Nr. 2243. p. 88. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2030. p. 224.

4522. *Romae, 23. Maii.*
Idem Andream (Boryszowski), post Johannem (Strzelecki) mortuum, archiepiscopum Leopoliensem constituit.
AGZ. VI. Nr. 142. p. 215.

4523. *Romae, 31. Maii.*
Idem regi Poloniae exsecutorem cuiusdam sententiae, contra episcopum Caminensem aliosque pro fratribus de Binis, mercatoribus Florentinis, latae, commendat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 270. p. 244.

4524. *Kieś, 10. Junii.*
Magister Livoniae apud civitates quasdam Rigam civitatem, quod extraneos, regem Poloniae et Lithuanos aliosque, auxilio vocaverit eisque terrae partem pro auxilio se traditurам promiserit, accusat.
Reg. Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 248. p. 287.

4525. *Christburg, 3. Julii.*
Conventio episcoporum Sambiae et Pomesaniae officialiumque Ordinis, praecipue super lite inter episcopum Pomesaniae et inter capitaneum Marieburgensem componenda, habita.
Reg. Toeppen, Acten V. Nr. 138. p. 409.

4526. *Romae, 11. Julii.*
Innocentius VIII. papa regi Poloniae significat se eius precibus satisfecisse Jacoboque de Saleszyc canonicatum in ecclesia Plocensi contulisse.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 280. p. 249.

4527. *S. l. et die (ante 29. Julii).*
Legatio Mathiae regis Hungariae magno duci Moscoviae Iwano per »diak« Iwanum missa, una cum responso m. ducis, ubi de legatis hinc inde missis, de foedere utriusque principis contra regem Poloniae inito, de bello contra Poloniam a magno duce suscepto, cett., accurate refertur.
Pamiatniki diplomat. Snoszenij I. p. 159—165. (russ.). — (Géresi Kálmán in) Századok ex a. 1879. p. 242. (hungar.).

4528. *Moscoviae, 29. Julii.*
Iwanus magnus dux Moscoviae Mathiae regi Hungariae ad legationem supra notatam respondet, se bellum cum Polonis suscepisse significat hortaturque eum, ut idem faciat neve legatos suos per regis Poloniae vel generi sui terras mittat.
Pamiatniki diplomat. Snoszenij I. p. 165. (russ.). — (Géresi Kálmán in) Századok ex a. 1879. p. 242. (hung.).

4529. *S. l. a. et die (Moscoviae, circa 29. Julii).*
Eiusdem mandatum, legato Scibor ad regem Hungariae misso datum, quo idem m. ducem Twerensem regis Poloniae socium a se eiectum, castella Polona occupata, Mendli Girej Tartarorum imperatorem una secum terras Poloniae invadere, cett., regi significat.
Pamiatniki diplomat. Snoszenij I. p. 169. (russ.). — (Géresi Kálmán in) Századok ex a. 1879. p. 242. (hungar.).

4530. *Romae, 3. Augusti.*
Innocentius VIII. papa rege Poloniae petente concedit, ut in plumbi fodinis territorii Ilkusz dominicis et festivis diebus, exceptis solennitatibus maioribus, aqua extrahi aliaque opera obiri possint.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 271. p. 245.

4531. *Romae, 11. Augusti.*
Idem Andreae canonico Wladislaviensi et Johanni de Oporow, Bononiae studentibus, concedit, ut ad sacros ordines promoveri possint.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 272. p. 245.

4532. *Romae, 11. Augusti.*
Idem Johanni Zanega clerico Gnesnensis dioecesis tempus sacros ordines recipiendi prorogat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 273. p. 246.

4533. *Romae, 12. Augusti.*
Idem Johanni Keselyng laico dioec. Crac. indulget, ut loca terrae sanctae visitare possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 275. p. 247.

4534. *Florentiae, 15. Augusti.*
Marsilius Ficinus Philippo Callimacho scribit deque libris eius combustis condolet.
Marsilii Ficini Epistolae ed. ex a. 1491., Lib. VII. p. 194. a—b.

4535. *Romae, 27. Augusti.*
Innocentius VIII. papa Friderico electo Cracoviensi concedit, ut una cum capitulo alternis mensibus beneficia ecclesiastica conferre possit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 276. p. 247. — **Cf. reg.** Gołębiowski III. p. 333.

4536. *Romae, 27. Augusti.*
Idem Gregorio Lubrański praeposito S. Floriani in Kleparz, vicecancellario regni, altaris portatilis usum concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 277. p. 247.

4537. *Romae, 27. Augusti.*
Idem Bernardo Lubrański canonico Crac. significat se eum in referendarii et s. sedis prothonotarii locum recepisse.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. Nr. 280. p. 249.

4538. *Romae, 28. Augusti.*
Innocentius VIII. papa archiepiscopo Gnesnensi praecipit, ut Nicolaum Czepel canonicum Gnesnensem in pacificam possessionem canonicatus, amotis intrusis, inducat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 278. p. 248.

4539. *Romae, 1. Septembris (Pontif. a. IV.).*
Idem Angelum episcopum Hortanum legatum in Germania, Hungaria, Bohemia atque Polonia constituit eique praecipit, ut reges ad bellum contra Turcas suscipiendum permoveat.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 711. p. 515.

4540. *Romae, 3. Septembris (Pont. a. IV.).*
Idem Laurentio canonico Posnaniensi mandat, ut causam inter cantorem Pragensem et Bartholomaeum de Vidava intercedentem componat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 279. p. 249.

4541. *Venetiis, 5. Septembris.*
Benedictus Brognolus Veronensis Philippo Callimacho post libros eius combustos nonnullos libros transmittit.
Seb. Ciampi, Notizie di B. Brognolo (Giornale Arcadico T. XXXIX, ex a. 1828) p. 319—335.

4542. *Petricoviae, 7. Septembris.*
Casimirus rex 12.000 flor. Johanni Ostrorog castellano Posnaniensi assecurat ad extenuationem in Poradlne terrae Maioris Poloniae. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 290.

4543. *Korczyn, 3. Octobris.*
Idem Stanislao Pieniążek de Witowice »campiductoratum exercituum per mortem Felicis de Paniow campiductoratus eiusdem possesoris ultimi vacantem« dat et confert, »per ipsum usque ad tempora vitae suae extrema possidendum.«
Paprocki, Herby ed. Turowski p. 265—266.

4544. *Romae, 5. Novembris.*
Innocentius VIII. papa Nucerino et Wladislaviensi, Warmiensi ac Caminensi episcopis mandat, ut Johannem Runow presbyterum Wlad. a culpa homicidii absolvant.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 281. p. 250.

4545. *Petricoviae, 8. Novembris.*
Confirmatio iurium Maioris Poloniae.
Bandtkie, Jus Pol. p. 321.

4546. *Wyszkow, 15. Decembris.*
Janussius dux Saganensis committit cuidam suo negotium, ut tractet de pace cum Mathia rege Hungariae. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

4547. *U Beczy, 16. Decembris.*
Mathias rex Hungariae Iwano m. duci Moscoviae ad legationem per Scibor legatum missam respondet; regem Poloniae pacem sibi obtulisse, se tamen eam repudiasse atque bellum parare, se alium legatum ei missurum, cett., significat.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. p. 171. Cf. ibidem responsum Mathiae eidem legato in colloquio datum (russ.). — (Géresi Kálmán in) Századok ex a. 1879. p. 248.

4548. *Niepołomice, 26. Decembris.*
Casimirus rex Ludmillam ducissam Lignicensem rogat, ut summam Sigismundo Sthan pro bobus debitam eidem restituat.
Stenzel, SS. rer. Siles. II. p. 486.

4549. *S. l. et die.*
Legationes quaedam regis Poloniae et magni ducis Moscoviae hoc anno hinc inde missae.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 253—255.

1489.

4550. *Vindobonae, 30. Januarii.*
Innocentii VIII. papae mandatum legato ad Mathiam regem Hungariae misso datum, in quo inter alia eidem praecipit, ut Mathiae exponat oboedientiam regis Bohemiae a papa hac de causa acceptam esse, quod rex Poloniae in eius favorem intercesserit.
Teleki, Hunyadiak Kora XII. Nr. 784. p. 443. — Cf. Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 719. p. 531.

4551. *S. l. a. et die (31. Januarii et postea).*
Legatio secreta et gravis momenti a Friderico IV. imperatore ad Iwanum Wassilewicz magnum ducem Moscoviae per Nicolaum Poplew, iam pridem ad eundem legatum, super amicitia contrahenda, super filia m. ducis Alberto marchioni Badensi, imperatoris affini collocanda, super regia dignitate m. duci conferenda, cett., missa, una cum responso m. ducis, accurate descripta.
Pamiatniki diplomat. Snoszenij I. p. 1—14. Cf. ibidem litteras creditivas eidem Nicolao a magistro Livoniae datas.

4552. *S. l. 22. Martii.*
Legatio Iwani m. ducis Moscoviae ad Fridericum imperatorem et filium eius Maximilianum per Georgium Trachoniotam Graecum missa, ad legationem supra notatam responsura, accurate describitur, qua idem filiam marchioni Badensi se in matrimonium daturum negat, Georgio tamen explorandum committit, num Maximilianus eam coniugem assumere velit, praecipit denique, ut legato regis Hungariae se de pactione inita staturum significet.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. p. 14—24.

4553. *S. l. 31. Martii.*
Baiazet imperator Turcarum Casimiro regi suadet, ut ipsi mittat concordiae pacis puncta et condiciones commerciorum, declarando se omnia accepturum. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 251. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 143. — **Cf.** Cod. Epist. Saec. XV. Pars II. Nr. 249. p. 293.

4554. *Pragae, 23. Aprilis.*
Wladislaus II. rex Bohemiae cum Casimiro rege Poloniae, patre suo, foedus contra Mathiam regem Hungariae init.
Dogiel I. p. 23. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 297. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 35. — **Reg.** Dudik, Forschungen App. F. p. 457.

4555. *Cracoviae, 20. Maii s. a. Ind. VII.*
Dona, quae magnus dux Twerensis Cracoviae accepit.
Muchanow, Sbornik Nr. 11. p. 13. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 89. (II) p. 109. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 2031. p. 224.

4556. *Budae, 1. Junii.*
Angelus legatus apostolicus Innocentio VIII. papae de sua ad Mathiam regem Hungariae legatione habita refert deque responso a rege legatis Venetis dato scribit, in quo ipse de Friderico imperatore hac de causa conquestus sit, quod regem Poloniae contra ipsum excitaverit idque effecerit, ut filii regis Poloniae, alter rex Bohemiae alter rex Hungariae, electi sint.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 718. p. 521.

4557. *Budae, 25. Junii.*
Altera eiusdem relatio litteris supra notatis, posterius missis, adiuncta, in qua de querelis Mathiae regis, quod rex Poloniae cum filio, rege Bohemiae, contra eum foedus inierit, Tartaros haereticosque contra eum vocet, necnon de animo Mathiae episcopum Zagrabiensem legatum in Poloniam mittendi sermo fit.
Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 718. p. 526.

4558. *S. l. a. et die (17. Julii).*
Gedanum civitas mercatoribus Londinensibus scribit deque regis Poloniae ad regem Angliae litteris super causa Gedanensium missis commemorat.
Reg. Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 305. p. 337.

4559. *Cracoviae, 28. Julii.*
Casimirus rex nobilibus civitatibusque Prussiae praecipit, ut episcopo et capitulo Culmensibus decimas solvant.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 717. p. 581.

4560. *S. l. 6. Augusti.*
Anonymus Antonio Bolda, legato regis Hungariae apud imperatorem versanti, inter alia episcopum Zagrabiensem a rege in Poloniam missum significat.
MM. Hungariae histor., Acta Extera VI. p. 73.

4561. *Nowe Miasto, 10. Septembris s. a. Ind. VII.*
Dona m. duci Twerensi data.
Muchanow, Sbornik Nr. 11. p. 13. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 89. (II, p. 109. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 2031. p. 224. — **Cf.** Nr. 4555.

4562. *Radom, 24. Septembris.*
Casimirus rex Johanni von Tiefen magistro generali nuper electo gratulatur invitatque eum, ut in Radom civitatem homagium praestiturus veniat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2032. p. 224. **Cf.** ibid. notam.

4563. *S. l. a. et die (ante 18. Novembris).*
Johannis v. Tiefen magister generalis magistro Livoniae se in Poloniam homagium praestiturum proficisci significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2259. p. 91. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2033. p. 224.

4564. *Radom, 18. Novembris.*
Johannis von Tiefen magistri generalis cum rege Poloniae conventio, in qua magister homagium regi praestitit, querelas quasdam proposuit atque de Lucae episcopi Warmiensis causa regi respondit.
Excerpt. Toeppen, Acten V. Nr. 139. p. 410.

4565. *Romae, 7. Decembris.*
Innocentius VIII. papa regem Poloniae hortatur, ut legatos Romam ad expeditionem contra Turcas deliberandam mittat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 282. p. 251.

4566. *S. l. (Gedani), 7. Decembris).*
Gedanum mercatoribus Londinensibus inter alia litteras regis Poloniae ad regem Angliae in causa sua expediendas indicit.
Reg. Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 308. p. 337.

4567. *Viennae, 28. (?) Decembris (fer. 2. post (?) Innocentium).*
Johannes Saganensis et Henricus Monsterbergensis duces certas arces assignant Mathiae regi Hungariae pro summa 40.000 fl.
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

4568. *S. l. et die.*
Baiazet Turcarum imperator postulat iustitiae administrationem a Casimiro rege, ratione mercatorum suorum occisorum Capliam proficiscentium. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 144.

1490.

4569. *Coln an der Sprew, 2. Februarii.*
Johannes elector Brandenburgensis pactionem quandam inter Francofurtum et Wratislaviam rege Hungariae consentiente initam, qua Polonorum mercatura coërcetur, confirmat.
Riedel, Cod. d. Brand. Pars I. Tom. XXIII. Nr. 357. p. 293.

4570. *Vindobonae, 1. Martii.*
Mathias rex Hungariae eandem pactionem ratam habet.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIII. Nr. 358. p. 295.

4571. *Lublin, 28. Martii.*
Johannes Albertus regis Poloniae filius ordinibus Prussiae ad litteras diversas querelas petitionesque continentes respondet.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1001.

4572. *Westminster, 1. Aprilis.*
Henricus rex Angliae Casimiro regi Poloniae ad querelam, quod Gedanenses in Anglia vexentur, respondet.
Reg. Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 341. p. 361.

4573. *Lublin, 22. Aprilis.*
Johannis Alberti regis Poloniae filii in causa Conradi ducis Masoviensis et Johannis Giżycki arbitrium.
Cod. Masov. Nr. 258. p. 302.

4574. *S. l. (Lubecae), 9. Maii.*
Lubeca Gedano scribit deque regis Angliae ad regem Poloniae litteris commemorat.
Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 345. p. 363.

4575. *S. l. 26. Junii.*
Translatio episcopi (Chelmensis) in Krasnystaw. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 315.

4576. *Moscoviae, 16. Julii.*
Maximiliani regis Romanorum ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio per Georgium Delatorem missa, qua filiam eius sibi in matrimonium collocandam foedusque contra regem Poloniae, qui filium in regno Hungariae adipiscendo adiuvet, ineundum petit, accurate describitur.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. p. 23—34.

4577. *In campo iuxta villam Zent Andras, 21. Julii.*
Johannes Albertus rex Hungariae electus Bartfenses aliasque civitates et districtus Hungariae hortatur, ut ipsius partes sequantur.
Pray, Epistolae procerum r. Hung. Pars I. Nr. 3. p. 5. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 89. — **Cf.** Caro, Gesch. Pol. V. 2. p. 619. notam 4.

4578. *Budae, 12. Augusti.*
Proceres Hungariae Bartfenses de Wladislao II. rege Hungariae electo certiores faciunt et contra Johannem Albertum ad arma vocant.
Pray, Epistolae I. Nr. 5. p. 8. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 90.

4579. *Regiomonti, 14. Augusti.*
Magister generalis Gedanensibus exprobrat minitaturque, quod Rigensibus opem tulerint.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2278. p. 94. **Cf.** ibid. Nr. 2280.

4580. *Moscoviae, 16. Augusti (a. a m. cr. 6998).*
Foederis inter Iwanum m. ducem Moscoviae et inter Maximilianum regem Romanorum ineundi exemplar, ab Iwano obsignatum regique Romanorum obsignandum transmissum.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. 37—38. (russ.). — Lichnowsky, Gesch des Hauses Habsburg VIII. App. Nr. 9. p. DCCLII. (lat.).

4581. *S. l. a. et die (Moscoviae, 16. Augusti).*
Eiusdem foederis aliud exemplar.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 38—39.

4582. *Moscoviae, 19. Augusti.*
Iwani m. ducis Moscoviae mandatum Georgio Trachoniotae et Wassilio Kuleszyn, legatis ad Maximilianum regem Romanorum super filia ducis eidem regi collocanda et foedere contra regem Poloniae ineundo missis, datum.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 34—65.

4583. *S. l. a. et die (Benredijew, ante 26. Augusti).*
Georgius Trachoniotes et Wassilius Kuleszyn Iwano m. duci Moscoviae de suo itinere, in quo ipsis Georgius Delator obviam venerit, atque de foederis litteris Delatore suadente redintegrandis referunt.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 49.

4584. *S. l. a. et die (26. Augusti vel antea).*
Iwani m. ducis Moscoviae ad litteras supra notatas responsio.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 50.

4585. *In campo ante Zerents, 2. Septembris.*
Johannes Albertus electus rex Hungariae Bartfenses, ut suas partes sequantur, iterum hortatur.
Katona, Hist. Crit. XVII. p. 95.

4586. *Regiomonti, 3. Septembris.*
Magister generalis magistro Livoniae significat se, cum a rege Poloniae contra Turcas vocatus sit, ei contra Ruthenos 100 homines tantum mittere posse.
Reg. Napiersky, Index II. 2. Nr. 2279. p. 94. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2035. p. 225.

4587. *S. l. 7. Septembris.*
Fridericus imperator et Maximilianus rex Romanorum a senatu Francofurtensi contra Wladislaum II. regem Hungariae electum, quippe qui regna Bohemiae, Hungariae et Poloniae iungere possit, opem petunt.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 2. Nr. 682. p. 546.

4588. *Budae, 13. Septembris.*
Wladislaus II. rex Bohemiae et Hungariae Sárosiensem et vicinos comitatus ad fidem sibi servandam hortatur significatque se ad patrem regem Poloniae legatos missurum atque sperare fore, ut frater J. Albertus Hungariae regno ipsi cedere iubeatur.
Pray, Epistolae I. Nr. 10. p. 17. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 65.

4589. *Alba Regali, 16. Septembris.*
Idem Bartfenses hortatur, ut J. Alberto se opponant seque auxilio eis venturum pollicetur.
Pray, Epistolae I. Nr. 7. p. 11.

4590. *In campo iuxta Demeski, 23. Septembris.*
Johannes Albertus regni Hungariae electus suscipit in protectionem Stephanum Rozgowi Hungarum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 27.

4591. *Budae, 14. Octobris.*
Wladislaus II. rex Bohemiae et Hungariae duces Silesiae ad commercia Wratislaviae et Francofurti secundum pactionem dd. 2. Februarii h. a. (vide Nr. 4569.) protegenda hortatur.
Riedel, Cod. d. Brand., Pars I. Tom. XXIII. Nr. 360. p. 298.; ex transsumpto dd. 31. Octobris a. 1499.

4592. *Budae, 16. Octobris.*
Idem Bartfenses pro fide sibi servata laudat auxiliaque contra J. Albertum se eis missurum promittit.
Pray, Epistolae I. Nr. 8. p. 12. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 96.

4593. *In castris ad Caschaw, 21. Octobris.*
Johannes Albertus rex Hungariae electus senatui Gedanensi de suis in Hungaria, praesertim ad Cassoviam, successibus reportatis refert pecuniasque ab eo ad bellum gerendum petit
Schütz, Hist. rer. Pruss. p. 381. (b) (teut.); p. 533. (lat.).

4594. *S. l. a. et die.*
Mandatum a Maximiliano rege Romanorum legatis in Hungariam missis datum, in quo de regis Poloniae consiliis regni Hungariae occupandi fit sermo.
Lichnowsky, Gesch. des Haus. Habsb. VIII. App. Nr. 11. p. DCCLVI. Cf. ibid. p. DCCLX.

4595. *S. l. a. et die.*
Philippi Callimachi coram Innocentio VIII. papa oratio de bello a papa una cum rege Poloniae Turcis inferendo habita.
Editiones separatae, vide: Zeissberg, Dziejopisarstwo II. p. 251. notam 2.

4596. *Leopoli, s. a. et die (1490?)*
Mircza dux Moldaviae mercatoribus Polonis Lithuanisque, praecipue Leopoliensibus, liberam mercaturam per terras suas exercendam concedit.
Hasdeu, Archiva Istorica a Romanici Tom. I. p. 3. — AGZ. VII. p. 200.

4597. *S. l. a. et die (1490?)*
Legati Iwani m. ducis Moscoviae, Georgius et Wassilius, Iwano m. duci de suo itinere rebusque gestis referunt, praesertim de Lubecensibus, qui ipsos de rege Daniae insidias parante praemonuerint, de regis Poloniae legato, Antonio Laskar, ad regem Daniae

et ad generum regis ducem Stetinensem misso ipsisque obviam veniente, de regis Mathiae morte subsecuta belloque super Hungaria occupanda inter Maximilianum, Wladislaum II. et Corvinum exorto, de Maximiliani victoria reportata, cett., scribunt.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. p. 62—64.

1491.

4598. *Agriae, 15. Januarii.*
Wladislaus II. rex Bohemiae et Hungariae Bartfensibus praecipit, ut sibi contra J. Albertum proficiscenti in Zikszó celerius occurrant.
Katona, Hist. Crit. XVII. p. 145.

4599. *Mohy, 18. Januarii.*
Idem eisdem iterum mandat, ut ad pugnam cum J. Alberto committendam auxilia sibi mittant vel hostem persequantur.
Pray, Epistolae I. Nr. 16. p. 28. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 146.

4600. *Stetinii, 1. Februarii.*
Boguslaus dux Pomeraniae Annae regis Casimiri filiae, uxori suae dotis et antidotis nomine 64.000 aur. Hung. inscribit.
Reg. Dogiel I. p. 576. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 49. (bis).

4601. *Stetinii, 1. Februarii.*
Ordines Pomeraniae inscriptionem supra notatam ratam habent.
Reg. Dogiel I. p. 576. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 50.

4602. *Stetinii, 6. Februarii.*
Boguslaus dux Pomeraniae ambasiatores regis Poloniae de »clenodiis et paraphernalibus« cum Anna coniuge sua, eiusdem regis filia, acceptis quietat. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 49.

4603. *Prope Cassoviam, 20. Februarii.*
Pax inter Wladislaum II. et Johannem Albertum fratres inita, in qua partes quaedam Silesiae J. Alberto conceduntur (Litterae Wladislai).
Dogiel I. p. 79. — Pray, Ann. Hungariae IV. p. 219. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 155. — Sommersberg, SS. rer. Siles. I. Nr. 177. p. 1056. — Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. I. Nr. 25. p. 39. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 298., a. 1489. adscr. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 27.

4604. *Ex castro Scepusiensi, 24. Februarii.*
Gregorius Gebel castellanus Scepusiensis Kesmarkiensibus pacem inter Wladislaum et J. Albertum initam denuntiat.
Wagner, Analecta Scepus. I. Nr. 16. p. 70. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 178.

4605. *Cassoviae, 26. Februarii.*
Wladislaus rex Bohem. et Hung. Johanni Alberto fratri Sprottau concedit.
Worbs, Neues Archiv für Schles. u. Laus. I. p. 175. — Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. I. Nr. 105. p. 246.

4606. *Cassoviae, 4. Martii.*
Idem Hungaris J. Alberto adhaerentibus culpam remittit.
Pray, Epistolae I. Nr. 13. p. 22.

4607. *Cassoviae, 5. Martii.*
Idem condicionem quandam pactionis cum J. Alberto initae super vectigalibus partis Silesiae Alberto concessae immutat.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. I. Nr. 26. p. 47.

4608. *S. l. a. et die (Norimbergae, circa 13. Martii).*
Adnotatio quaedam de actionibus in comitiis Norimbergensibus super Hungaria a Maximiliano rege Romanorum adipiscenda habitis, ubi etiam decretum est, ut rex Poloniae ad intercedendum in hac causa permoveatur.
(Wagner in) Forschungen z. deutsch. Gesch. Tom. XXIV. Fasc. 3. p. 553.

4609. *Norimbergae, 22. Aprilis.*
Foederis inter Maximilianum regem Romanorum et Iwanum magnum ducem Moscoviae contra regem Poloniae initi litterae Maximiliani.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. p. 66. — Lichnowsky, Gesch. d. Haus. Habsb. VIII. App. Nr. 10. p. DCCLIII. — **Cf.** Nr. 4580. et 4581.

4610. *Posonii, 22. Aprilis.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. emporium Wratislaviense, uti damnosum regno Poloniae et in praeiudicium eidem institutum, abolit nullumque robur declarat. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 59.

4611. *Norimbergae, 20. Maii.*
Ludovicus zum Paradis senatui Francofurtensi inter alia Poloniae et Bohemiae regum legationem de regno Hungariae pacturam Norimbergae exspectari significat.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 2. Nr. 688. p. 550.

4612. *Norimbergae, 2. Junii.*
Maximilianus I. rex Romanorum apud Iwanum m. ducem Moscoviae legatum suum Georgium Turian (Delatorg) auctoritate exornat.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. p. 69—71.

4613. *S. l. 2. Junii.*
Magister generalis magistro Livoniae se rege Poloniae iubente cum ipso contra Turcas profecturum esse significat equumque idoneum ab eo petit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2292. p. 96. **Cf.** ibid. Nr. 2294. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2036. p. 225. — **Reg.** Toeppen, Acten V. Nr. 141. p. 412.

4614. *S. l. post 23. Junii.*
Legati Moscoviae m. duci Iwano de sua apud Maximilianum regem legatione habita referunt nuntiantque eundem regem foedus cum m. duce sanxisse atque ad ipsum servandum iureiurando se obstrinxisse.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 64—65.

4615. *Eperies, 8. Julii.*
Johannis Alberti electi regis Hungariae litterae, quibus fratri suo duci Zeganensi promittit certam pensionem eumque suscipit in tutelam suam cum condicione ab eodem duce praestandi homagii, cett. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 60. ex transsumpto dd. 12. Decembris 1492. — Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 24. p. 656.

4616. *Palotha, 9. Augusti.*
Wladislaus II. r. Boh. et Hung. Bartfensibus post pacem cum Maximiliano exspectandam opem contra J. Albertum se missurum promittit.
Pray, Epistolae I. Nr. 15. p. 26. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 202.

4617. *Palotha, 24. Augusti.*
Idem Cassoviae civitati privilegium quoddam confert deque Johannis Alberti in Hungariam invasione atque de eius ibidem adhaerentibus commemorat.
Katona, Hist. Crit. XVII. p. 204.

4618. *Cassoviae, 16. Septembris.*
Stephanus Zapolya Bartfensibus auxilia contra Johannem Albertum promittit.
Katona, Hist. Crit. XVII. p. 264.

4619. *Radom, 18. Septembris.*
Casimirus rex summam quandam in oppido Szadek Johanni de Ostrorog castellano Posnaniensi inscribit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 312.

4620. *Posnaniae, 22. Octobris.*
Nicolaus de Kutno capitaneus generalis Maioris Poloniae Casimiro duci Tessinensi et Glogoviensi nuntiat fore, ut iter Wratislaviense usque ad diem 23. Aprilis non impediatur litesque in conventione componantur.
Mosbach, Przyczynki p. 116.

4621. *Stum, 30. Octobris.*
Nicolaus von Baisen palatinus Marieburgensis Gedanensibus inter alia de diversis rebus Polonis scribit.
Reg. Hanserecesse, Pars III. Tom. II. Nr. 541. p. 627.

4622. *Cassoviae, 31. Octobris.*
Stephanus Zapolya nobiles civitatesque Scepusienses hortatur, ut legationi cum Johanne Alberto de pace acturae intersint.
Katona, Hist. Crit. XVII. p. 266.

4623. *Kłajpeda, 16. Novembris.*
Commendator de Kłajpeda magistro generali se expeditioni, quam ille cum rege Poloniae contra Turcas suscepturus sit, interesse velle significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2295. p. 96.

4624. *Ex castro Bachiensi, 17. Novembris.*
Petrus archiepiscopus Coloczensis Dominico praeposito Albensi, qui ex Polonia redierit, se nuntio ab eo de pace inter Wladislaum et Johannem Albertum exspectanda allato gaudere significat.
Katona, Hist. Crit. XVII. p. 263.

4625. *S. l. 20. Novembris (a. a m. cr. 7000).*
Georgii Delatorg, Maximiliani regis Rom. legati, apud Iwanum m. ducem Moscoviae altera legatio, in qua Maximilianum, quibus causis ductus filiam m. ducis in matrimonium non duxerit, excusat; regem foedus iureiurando sanxisse significat; opem contra regem Poloniae et regem Daniae Maximiliano et Cruciferis, rebellionem parantibus, ferendam petit; qua via legati ad regem mittendi sint, docet. Sequitur amica responsio Iwani, qui etiam Stephanum Moldaviae palatinum ad bellum se hortaturum legatosque alteros ad regem missurum esse promittit.
Pamiatniki diplom. Snoszenij I. p. 70—82.

4626. *Budae, 30. Novembris.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. Bartfensibus se, cum Johannes Albertus pacem ruperit, pacem cum Maximiliano inire significat, additisque eiusdem pacis condicionibus, ad comitia eos invitat.
Pray, Epistolae I. Nr. 17. p. 30. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 282.

4627. *Cassoviae, s. die.*
Idem contributiones seu biermas, quae ex ditionibus et terris Johanni Alberto fratri suo in regno Bohemiae concessae proveniant, eidem condonat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 60.

4628. *S. l. a. et die.*
Casimiri regis Poloniae ad palatinatum Walachiae de invasione Valachorum in Pokucie legatio missa.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 10. p. 32.

4629. *S. l. (Wilnae) s. a. et die.*
Eiusdem responsum nuntio palatini Moldaviae, liberum transitum Moldaviensibus in Moscoviam euntibus petenti datum, in quo de nuperrima Walachorum in Podoliam invasione conqueritur nuntiosque suos exspectare iubet.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 9. p. 31.

4630. *Lublin, s. die.*
Idem accepta mutuo a Gedanensibus summa 5000 fl. eandem super castro et civitate Pucko ipsis inscribit.
Reg. Rykacz. Invent. p. 97.

4631. *S. l. et die.*
Idem Petro de Kurozwęki capitaneo Oświecimensi permittit eximere omnes villas ad eundem capitaneatum pertinentes. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 233.

1492.

4632. *Sub obsidione civitatis Eperies, 6. Januarii.*
Stephanus Zapolya civibus Cibiniensibus Wladislai II. regis nomine, quod Johanni Alberto adhaeserint, culpam remittit.
Katona, Hist. Crit. XVII. p. 272.

4633. *S. l. 11. Januarii.*
Casimirus rex P. Pskoviensibus praecipit, ut Polocensibus pro iniuriis eis illatis satisfaciant.
Muchanow, Sbornik Nr. 28. p. 42. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 97. p. 113. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2038. p. 225.

4634. *Wilnae, 29. Februarii s. a. Ind. X. (a. 1492?)*
Statutum a Casimiro rege Lithuanis concessum.
Działyński, Zbiór p. 36—55. (ruth. et polon.). — Vide: Nr. 3942.

4635. *Tarnowo, 25. Martii.*
Philippus Callimachus episcopo Wratislaviensi libellum super bello contra Turcas suscipiendo transmittit.
(Zeissberg, Klein. Geschichtsquellen in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LV. p. 72.

4636. *Moscoviae, 6. Maii.*
Iwanus magnus dux Moscoviae apud Maximilianum regem Romanorum legatos suos, Georgium Trachoniotam et Michaëlem Klapyk, auctoritate exornat.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 84.

4637. *S. l. 6. Maii.*
Mandatum ab eodem Iwano eisdem legatis datum.
Pamiatniki dipl. Snoszenij p. 85.

4638. *Moscoviae, 6. Maii.*
Idem eosdem legatos apud Fridericum ducem Saxoniae auctoritate exornat.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 92.

4639. *Coln an der Sprew, 1. Junii.*
Johannes elector Bradenburgensis fratribus de rebus Pomeraniae scribit deque rationibus sibi cum Polonis intercedentibus commemorat.
Riedel, Cod. dipl. Brand., Pars III. Tom. II. Nr. 301. p. 379.

4640. *S. l. a. et die (ineunte Julio).*
Alexander Casimiri regis Poloniae filius duces proceresque Wolhyniae de morte patris sui subsecuta certiores facit atque ad obsequia praestanda hortatur.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 100. (I) p. 115. — Cf. Caro, Gesch. Pol. V. 2. p. 631.

4641. *S. l. a. et die (ineunte Julio).*
Idem senatum regni Poloniae de mortui patris voluntate, ut Johannes Albertus regnum Poloniae, ipse vero magnum ducatum Lithuaniae accipiat, certiorem facit.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 101. (I). p. 116. — Cf. Caro, Gesch. Pol. V. 2. p. 631.

4642. *S. l. a. et die (ineunte Julio).*
Senatus Lithuaniae ad senatum Poloniae de eodem argumento legatio missa.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 101. (II) p. 117.

4643. *S. l. a. et die (ineunte Julio).*
Eiusdem ad duces proceresque Wolhyniae de eodem argumento legatio missa.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 100. (II) p. 115. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2039. p. 225.

4644. *Wilnae, 1. Julii.*
Alexander magnus dux Lithuaniae magistro generali de iniuriis mercatoribus Kownensibus a subditis Ordinis illatis scribit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2042. p. 226.

4645. *Ulm, 7. Julii.*
Maximilianus rex Romanorum Iwano m. duci Moscoviae Michaëlem Snups, quem Sigismundo duce Austriae petente Moscoviam, ut linguam Moscoviticam discat, miserit, commendat.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 108. Cf. litteras Sigismundi ibid. p. 109.

4646. *Wilnae, 27. Julii.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae legatio ad Mendli Girej Tartarorum de Krim imperatorem per Iwanum Gliński missa, qua ei patrem suum mortuum ipsumque dignitatem paternam in Lithuania adeptum esse significat amicitiamque ab eo petit.
Akty Zapadn. Rossyi I. Nr. 102. p. 118. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2041. p. 226.

4647. *Wilnae, 6. Augusti.*
Idem Lithuanis privilegium terrestre confert.
Działyński, Zbiór praw lit. p. 58—66. — Rzyszcz. et Muczk., Codex d. Pol. I. Nr. 194. p. 345. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2044. p. 226.

4648. *Cracoviae, 19. Augusti.*
Johannes Ursinus Philippo Callimacho, quo modo Johannes Albertus rex Poloniae electus sit, describit.
Joh. Ursinus, Modus Epistolandi, ed. ex a. 1522., Cap. XXXV.

4649. *Wilnae, 22. Augusti s. a. (f. 4. in octava Assumptionis B. V. M.).*
Alexander m. dux Lithuaniae privilegium terrestre Samogitis confert.
Działyński, Zbiór praw lit. p. 67—72. (ruth. et lat.). — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 103. (I) p. 120. (ruth.); die 15. Augusti falso soluto.

4650. *Cracoviae, 23. Augusti.*
Johannes Ursinus Nicolao cuidam, quod episcopus Premisliensis electus sit, gratulatur.
Joh. Ursinus, Modus Epistolandi, ed. ex a. 1522., Cap. XXVII.

4651. *S. l. 25. Augusti.*
Legati m. ducis Moscoviae ad Maximilianum regem missi magno duci de sua legatione referunt deque Wladislao II. rege Boh. et Hungariae, qui cum Johanne Alberto dissidens, auxilio Turcarum regnum Poloniae adipisci velit, nuntiant.
Pamiatniki dipl. Snoszenij I. p. 107.

4652. *Kieś, 4. Septembris.*
Magister Livoniae magistro generali inter alia se ad novum m. ducem Lithuaniae super pace perpetua iureiurando sancienda legatos missurum esse significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2304. p. 98. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2048. p. 229.

4653. *S. l. a. et die, (23. Septembris).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae legatio ad Johannem Albertum regem Poloniae missa, qua ei de regno accepto gratulatur, ut ipsum contra Tartaros de Krim adiuvet et ut damna incolis Wolhyniae restituenda curet, ab eo petit.
Akty Zapadn. Rossyi I. Nr. 104. p. 122. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2047. p. 229.

4654. *Romae, 29. Septembris.*
Alexander VI. papa ecclesiam Sambiensem visitantibus indulgentiam prorogat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 283. p. 252.

4655. *S. l. a. et die (in Septembri).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae legatio ad Iwanum m. ducem Moscoviae missa, qua ei m. ducatum Lithuaniae sibi obvenisse nuntiat deque iniuriis quibusdam conqueritur.
Muchanow, Sbornik Nr. 34. p. 54. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 105. p. 123. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2040. p. 225.

4656. *S. l. 25. (?) Octobris (am 5. Tage nach dem Evangelisten Lucas).*
Magister generalis magistro Livoniae inter alia de rege Poloniae Alberto coronato scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2306. p. 99.

4657. *S. l. 2. Novembris.*
Johannes Zabrzeziński praefectus Połocensis Iwano Patrykiewicz de filia m. ducis Moscoviae Alexandro m. duci Lithuaniae desponsanda scribit.
Karamsin, Ist. VI. nota 381. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2049. p. 229.

4658. *S. l. 2. Novembris.*
Mandatum, legatis ordinis Teut., commendatoribus de Kłajpeda et de Ragneta, ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae de amicitia renovanda missis, datum.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2050. p. 229.

4659. *Cracoviae, 8. Novembris.*
Johannes Albertus rex statuit cives Cracovienses nonnisi tributis in conventu generali constitutis obligatos esse.
Piekosiński, Cod. d. Civ. Crac. Vol. I. Nr. 198. p. 281. — Reg. Gołębiowski II. p. 188.

4660. *Kieś, 15. Novembris.*
Magister Livoniae magistro generali inter alia Alexandrum m. ducem Lithuaniae post comitia in Troki habenda legatos suos missurum esse significat.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2309. p. 99. — Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2051. p. 229.

4661. *Wilnae, 22. Novembris.*
Johannes Ursinus Alberto Brucio, Alexandri m. ducis Lithuaniae secretario, scribit Alexandrumque laudat.
Joh. Ursinus, Modus Epistolandi, Cap. XXX.

4662. *Romae, 1. Decembris.*
Alexander VI. papa Ambrosio Pampowsky castellano Rosperiensi eiusque uxori et filiis confessionalis et altaris portatilis usum concedit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 284. p. 253.

4663. *Budae, 5. Decembris.*
Wladislaus II. rex Bohemiae et Hungariae se cum Johanne Alberto rege Poloniae foedus contra Turcas et contra subditos rebellantes iniisse testatur.
Dogiel I. p. 86. — Katona, Hist. Crit. XVII. p. 526. — Reg. Rykacz. Invent. p. 28.

4664. *S. l. 12. Decembris.*
Litterarum sub Nr. 4615. notatarum transsumptum.
Reg. Rykacz. Invent. p. 60.

4665. *S. l. a. et die (exeunte anno).*
Simeon Worotyński dux Alexandro m. duci Lithuaniae significat, quibus causis ductus ab eius officio defecerit et ad m. ducem Moscoviae transierit.
Szczerbatow, Ist. Ross. T. IV. Nr. 3. p. 221. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 106. p. 124.

4666. *S. l. a. et die.*
Johannes Ursinus Petricio Catharinaeque, parentibus suis, de morte Casimiri regis scribit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1002.

4667. *S. l. a. et die.*
J. Ursinus anonymo de Casimiri regis sepultura scribit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1004.

4668. *S. l. a. et die.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Stephanum palatinum Moldaviae legatio, qua ei mors Casimiri regis subsecuta et Alexandri imperii primordia nuntiantur.
(Jabłonowski in) Źródła Dziej. X. App. Nr. 5. p. 60.

4669. *S. l. et die.*
Eiusdem ad principes Masoviae de iuribus Johannis Alberti fratris ad regnum Poloniae pertinentibus legatio missa.
Reg. Gołębiowski III. p. 359.

4670. *S. l. a. et die.*
Eiusdem ad Georgium Hlebowicz praefectum Smoleńscensem legatio missa, qua se contra Moscovitas auxilia ei mittere ipsumque cum exercitu praesto futurum esse significat atque litteras quasdam ad proceres Smoleńscenses transmittit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2052. p. 230. — **Cf.** Nr. 4676.

4671. *S. l. a. et die.*
Mathias Drevetius regis J. Alberti secretarius M. Antonio Mauroceno senatori Veneto de electione Alberti, de Vincentii chronicis, cett., scribit atque Callimachi libellum »De his quae a Venetis« commendat.
Callimachi Orationis (vide Nr. 4595.) et libelli »De his quae a Venetis« editiones, vide: Zeissberg, Dziejopisarstwo II. p. 251. notam 2.

4672. *S. l. et die.*
Baiazetis sultani salvus conductus oratori J. Alberti regis Poloniae ad se venienti pro confirmatione pacis. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 144.

4673. *S. l. et die.*
Włodek, dux de Oświęcim et Zator, Annae coniugi Kęty iure reformatorio inscribit.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. II. Nr. 40. p. 617.

4674. *S. l. a. et die (1492?)*
»Responsio caesareae Maiestatis super articulis, quos M. D. orator S. princ. Wladislai Hung. et Boh. ac Alberti Poloniae regum suae Maiestati proposuit et replicavit.«
Excerpt. Gołębiowski III. p. 372.

4675. *S. l. a. et die (Friburgi, 1492?)*
Aliud »responsum Romanorum regis nec non principum imperii Friburgensis conventus datum solenniter oratoribus Hung. et Pol. regum per doctorem Sturczel, cancellarium regium.«
Excerpt. Gołębiowski III. p. 373.

1493.

4676. *S. l. a. et die (ineunte anno).*
Alexander m. dux Lithuaniae Georgio Hlebowicz praefecto Smoleńscensi se contra Moscovitas ei auxilio proficisci respondet.
Muchanow, Sbornik Nr. 37. p. 57. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 108. p. 125. — Cf. Nr. 4670.

4677. *S. l. a. et die (ineunte anno).*
Idem Mendli Girej Tartarorum imperarori, quod Tartari Lithuaniam invaserint, exprobrat et ut eos coërceat captivosque restituat, ab eo petit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 107. p. 125.

4678. *Moscoviae, 4. Januarii.*
Wassilius, Iwani m. ducis Moscoviae filius, duci Wassilio Michajłowicz Werejski significat se a patre impetrasse, ut ad officia eius venire possit.
Rumiancow, Sobranije Tom. II. Nr. 22.

4679. *Romae, 13. Januarii (Pont. a. I.).*
Alexander VI. papa archiepiscopum Theomoniensem coadiutorem ab archiepiscopi Gnesnensis iurisdictione eximit et sub Beati Petri tutelam suscipit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 285. p. 255.; a. 1492. adscripto.

4680. *Cracoviae, 18. Januarii.*
J. Albertus rex Johanni de Bochin et Johanni Ottha potestatem fodinas metallicas in regno Poloniae instituendi confert.
AGZ. IX. Nr. 103. p. 140.

4681. *Colmar, 3. Februarii.*
Kolmann senatui Francofurtensi de comitiis in Colmar habendis scribit deque legatis »der Wyssen-Russen« ibidem versantibus mentionem facit.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 2. Nr. 716. p. 568.

4682. *S. l. a. et die (Wilnae, 5. Februarii).*
Stephani palatini Moldaviae ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae legatio, in qua dolor ipsius ex Casimiri regis morte declaratur et foedus contra Turcas ineundum petitur.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 6. p. 61.

4683. *S. l. a. et die (post 5. Februarii).*
Alexandri ad legationem supra notatam responsio.
(Jabłonowski in) Źródła Dziej. X. App. Nr. 7. p. 62.

4684. *Wilnae, 6. Februarii s. a. Ind. XI.*
Iwani m. ducis Moscoviae, »Hosudar totius Russiae,« ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae legatio, per Demetrium Dawidow missa,

de ducibus quibusdam, qui ad Iwanum transierunt, deque rebus eorum agens.

Muchanow, Sbornik Nr. 35. p. 55. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 109. (I) p. 126. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 2055. p. 230.

4685. *S. l. 8. Februarii.*
Magister generalis magistro Livoniae nuntiat, quo tempore pax perpetua cum Lithuania renovanda finesque terminandi sint.

Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2312. p. 100. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2056. p. 231.

4686. *Petricoviae, 14. Februarii.*
Johannes Albertus rex litteras civibus Cracoviensibus concessas, sub Nr. 4659. notatas, transsumit ratasque habet.

Piekosiński, Cod. Civ. Crac. Vol. I. Nr. 202. p. 288.

4687. *Petricoviae, 14. Februarii.*
Idem privilegia incolarum regni Poloniae, praecipue terrae Leopoliensis, confirmat.

AGZ. VII. Nr. 100. p. 177. — **Reg.** (Rasp in) Archiv für öst. Gesch. T. XLIII. p. 432.

4688. *Petricoviae, 14. Februarii.*
Idem eodem modo privilegia terrae Sanocensis confirmat.

Reg. Rykacz. Invent. p. 261.

4689. *Petricoviae, 14. Februarii.*
Idem eodem modo privilegia terrae Sandomiriensis confirmat.

Reg. Rykacz. Invent. p. 244.

4690. *Petricoviae, 14. Februarii.*
Idem omnia omnium terrarum regni iura et libertates confirmat.

Reg. Rykacz. Invent. p. 179.

4691. *Wilnae, 20. Februarii s. a. Ind. XI.*
Legatio procerum Lithuanorum ad palatinum Moscoviae Iwanum Patrykiewicz, per Fedko Hawryłowicz missa, legationi m. ducis Moscoviae sub Nr. 4684. notatae responsura, qua eidem proceres inter alia se novum titulum a m. duce Moscoviae assumptum mirari declarant.

Muchanow, Sbornik Nr. 36. p. 57. **Cf.** ibidem Nr. 38. p. 60. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 110 (I et II) p. 129. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 2058. p. 231.

4692. *Wilnae, 20. Februarii.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad eundem de eodem argumento legatio missa.

Muchanow, Sbornik Nr. 36. p. 56. **Cf.** ibidem Nr. 38. p. 59. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 109. (II et III) p. 127. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2057. p. 231. **Cf.** ibid. Nr. 2060. p. 232.

4693. *Petricoviae, post 24. Februarii.*
Johannes Albertus rex praelatos et barones cunctos palatinatus Cracoviensis ab omnibus exactionibus, quae proponuntur, eximit.

Reg. Rykacz. Invent. p. 217.

4694. *Petricoviae, 26. Februarii.*
Idem contributiones in comitiis terrae Leopoliensi impositas iuribus eiusdem terrae derogare negat.
AGZ. VII. Nr. 102. p. 182.

4695. *S. l. a. et die (in Martio).*
Ordines Bohemiae Wladislaum regem Bohemiae, per legatum suum Johannem de Raupow, rogant, ut Glogoviam aliasque terras et castella, quae Poloni possideant, regno Bohemiae conservet.
Archiv Česky V. Nr. 43. p. 448. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. I. Nr. 106. p. 247.

4696. *S. l. (Posnaniae), 1. Aprilis.*
Legatio nomine reipublicae Venetae per Marcum Dandalum coram J. Alberto rege habita, qua de morte patris eius condolet, successionem in regnum ei gratulatur, »gymnasium« Cracoviense, avos eius ipsumque collaudat atque amicitiam ei offert.
Dogiel I. p. 435. — **Excerpt.** Gołębiowski III. p. 369.

4697. *Romae, 13. Aprilis.*
Alexander VI. papa quasdam donationes, ab Uriel episcopo Posnaniensi suo capitulo factas, insertis eiusdem episcopi litteris dd. 15. Novembris a. 1482., confirmat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 286. p. 256.

4698. *Romae, 13. Aprilis.*
Idem archiepiscopo Gnesnensi, episcopo Ameliensi et abbati monasterii S. Vincentii extra muros Wratislavienses, litteras supra notatas exsequendas committit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 286. p. 258.

4699. *Posnaniae, 30. Maii.*
Hans von Tiefen magister generalis o. T. commendatori de Streitberg, quo modo homagium regi Poloniae praestiterit et quo modo ab eo receptus sit, describit.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2059. p. 231.

4700. *Budae, 25. Junii.*
Wladislaus II. rex Bohemiae et Hungariae consulibus Wratislaviensibus de mercatura civium Wratislaviensium in Russia et in Lublin interdicta scribit. *(sic).*
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 116.

4701. *Romae, 8. Augusti.*
Alexander VI. papa proceribus quibusdam Polonis confessionalis et altaris portatilis usum concedit.
Reg. Theiner, MM. Pol. II. N. 284. p. 255.

4702. *Regiomonti, 12. Augusti.*
Magister generalis magistro Livoniae m. ducem Lithuaniae rationem, quae inter Ordinem Livoniae et Moscovitas eius hostes intercedat,

declarandam exposcere significat, quaeque legati Ordinis in Lithuania egerint, ex eo quaerit.

Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2313. p. 100. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2061. p. 232.

4703. *Budae, 27. Augusti.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. consulibus Wratislaviensibus de horreis et de mercatura in Polonia, Lithuania, Russia et Prussia, scribit. *(sic).*

Reg. Mosbach, Przyczynki p. 117.

4704. *S. l. a. et die (ante 16. Septembris?)*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, per Wojtek Kłoczek missa, qua salvus conductus legatis Lithuanis, de pace perpetua et de filia Iwani Alexandro collocanda acturis, expostulatur.

Muchanow, Sbornik Nr. 39. — Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 113. (I) p. 133. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2062. p. 232.

4705. *S. l. a. et die (ante 16. Septembris?)*
Proceres Lithuani Iwanum Juryewicz rogant, ut foederi inter Lithuaniam et Moscoviam ineundo suffragetur.

Muchanow, Sbornik Nr. 39. — Akty Zap. Ross. I. Nr. 113. (II) p. 133.

4706. *S. l. a. et die (post 16. Septembris?)*
Iwani Juryewicz ad litteras supra notatas responsio.

Muchanow, Sbornik Nr. 39. — Akty Zap. Ross. I. Nr. 113. (III) p. 133.

4707. *Regiomonti, 4. Octobris.*
Magister generalis magistro Livoniae causam finium terminandorum propter procerum Lithuanorum absentiam dilatam esse significat.

Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2314. p. 100. — Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2063. p. 233.

4708. *Romae, 18. Octobris.*
Alexander VI. papa Ursum de Ursinis legatum in Hungariam, Bohemiam atque Poloniam mittit.

Theiner, MM. Hungariae II. Nr. 727. p. 541.

4709. *S. l. 1. Novembris.*
Magistri generalis ad magistrum Germaniae legatio missa, in qua de rationibus inter Ordinem Livoniae et inter Moscoviam, Lithuaniam et Sueciam intercedentibus sermo fit.

Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2315. p. 100.

4710. *Wilnae, 6. Novembris s. a. Ind. XII.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae legatio ad Iwanum m. ducem Moscoviae, per Petrum et Stanislaum Janowicz, super foedere ineundo et filia Iwani Alexandro in matrimonium collocanda missa.

Szczerbatow, Istor. Ross. IV. Nr. 3. p. 222. — Karamsin, Istor. Ross. VI. nota 396. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 114. p. 134. — Excerpt. Danil. Skarb. II. Nr. 2066. p. 233.

4711. *Wilnae, in Novembri Ind. XII.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Stephanum palatinum Moldaviae legatio missa, in qua ipse ad foedus ineundum invitatur.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 8. p. 63.

4712. *S. l. et die.*
Excerpta ex libris legationum inter m. ducem Lithuaniae et m. ducem Moscoviae hoc anno habitarum.
Gołębiowski III. p. 406—408.

4713. *S. l. et die (Petricoviae).*
Johannis Alberti regis Statutum Petricoviense.
Bandtkie, Jus Pol. p. 323.

4714. *S. l. a. et die.*
Eiusdem confirmatio statuti Nieszaviensis.
Bandtkie, Jus Pol. p. 331.

4715. *S. l. et die.*
Transsumptum post mortem Johannis episcopi Premisliensis significat regi Johanni Alberto, quod providerit de hoc episcopatu Nicolao. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 5.

4716. *S. l. a. et die.*
Michaël archiepiscopus Rigensis papam rogat, ut episcopum Culmensem Stephanum, sibi iusiurandum metropolitanum denegantem, ad praestandum huiusmodi iusiurandum compellat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 725. p. 586.

1494.

4717. *S. l. a. et die (ineunte a. 1494).*
Actiones inter Iwanum m. ducem Moscoviae et inter Alexandrum m. ducem Lithuaniae de amicitia ineunda et de matrimonio inter Alexandrum et filiam Iwani contrahendo habitae.
Muchanow, Sbornik Nr. 42. p. 68. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 116. p. 137.

4718. *Cracoviae, 27. Januarii.*
Johannes Albertus rex Johanni Goly liberorum Janussii ducis Opaviensis et Ratiboriensis nomine donationem quandam confirmat.
Reg. Cod. dipl. Silesiae VI. Nr. 415. p. 137.

4719. *Moscoviae, 5. Februarii, a. a m. cr. 7002. Ind. XII.*
Pax perpetua inter Iwanum m. ducem Moscoviae et Alexandrum m. ducem Lithuaniae inita (Litterae Iwani).
Muchanow, Sbornik Nr. 41. p. 65. — Narbutt, Dzieje Tom. VIII. App. 4. p. 13.

4720. *S. l. a. et die (7. Februarii).*
Eiusdem pacis litterae Alexandri.
Karamsin, Ist. Tom. VI. nota 396. p. 87. — **Excerpt.** Danil. Skarb. II. Nr. 2067. p. 234.

4721. *Posnaniae, 22. Februarii.*
Johannes Albertus rex Gedanensibus se propter conventionem cum Wladislao fratre habendam nec non propter causam cum Friderico Brandenburgensi sibi intercedentem Gedanum nunc venire non posse significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 275.

4722. *Romae, 8. Martii.*
Achilles de Grassis sacri palatii apostolici auditor Stephanum episcopum Culmensem hortatur, ut, cum iusiurandum metropolitanum archiepiscopo Rigensi praestandum recuset, causas huiusmodi recusationis proponat.
Reg. Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 726. p. 587.

4723. *Moscoviae, s. die (in Martio?)*
Iwani m. ducis Moscoviae ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae legatio, qua ei pactionem foederis et matrimonii initam denuntiat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2068. p. 235.

4724. *In aula soltanicae potestatis, 1. Aprilis.*
Bajazed imperator Turcarum J. Alberto regi se cum legato eius Nicolao pacem trium (quinque?) annorum iniisse nuntiat atque legati sui Chaidari Redchod adventum indicit.
Reg. Gołębiowski III. p. 371. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 144. s. d. — **Cf.** Caro, Gesch. Pol. V. 2. p. 701. notam.

4725. *S. l. 6. Aprilis.*
Eiusdem cum J. Alberto rege Poloniae pactio.
Reg. Gołębiowski III. p. 371.

4726. *Fuessen, 8. Aprilis.*
Litterae Maximiliani caesaris ad Iwanum m. ducem Moscoviae mittendae, quibus legatos suos apud Iwanum auctoritate exornat.
(Chmel, Urkd. z. Gesch. Maximilians I. in) Biblioth. d. Liter. Vereines in Stuttgart, X. Nr. 22. p. 25.

4727. *Wilnae, 24. Aprilis s. a. Ind. XII.*
Alexander m. dux Lithuaniae Georgio Hlebowicz praefecto Smoleńscensi interdicit, ne Josepho episcopo Smoleńscensi Rutheno iniurias faciat.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 118. p. 143.

4728. *Wilnae, 26. Maii.*
Statutum ab Alexandro m. duce Lithuaniae civibus Kijoviensibus collatum.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 120. p. 144.

4729. *Cracoviae, 30. Junii.*
Johannes Albertus rex civibus Wratislaviensibus mercaturam in Polonia concedit, salvis iuribus Cracoviae civitatis.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 117.

4730. *Czirsko, 28. Julii.*
Conradus dux Masoviensis Varsoviae civitati, quae ei advenienti portas clauserit, hanc culpam remittit.
Cod. Masov. Nr. 260. p. 304.

4731. *Cracoviae, 28. Julii.*
Johannes Albertus rex Janussio duci Zeganensi 400 fl. census annui super censibus a Judaeis Posnaniensibus et Gnesnensibus provenientibus confert. *(sic)*
Reg. Rykacz. Invent. p. 291.

4732. *Cracoviae, 29. Julii.*
Idem ducatum Zatorensem emit et regno Poloniae incorporat.
Vol. Leg. I. p. 241. — Sommersberg, SS. rerum Siles. I. p. 811. — Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 41. p. 617.

4733. *S. l. a. et die (13. Augusti).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, quae Moscoviam 13. Augusti advenit et pactionem de foedere et matrimonio ineundo ratam habitam attulit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2069. p. 235.

4734. *Budae, 27. Augusti.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. senatui Wratislaviensi se de mercatura Wratislaviensium in Polonia regi J. Alberto scripsisse significat.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 117.

4735. *Radom, 21. Septembris.*
Johannes Albertus rex una cum ordinibus Poloniae Janussio duci et Barbarae uxori eius ducatum Zatorensem, a regno Poloniae emtum, ad vitae tempora concedit.
Acta Tomiciana Tom. I. App. p. 24. ex transsumpto dd. 3. Maii 1567. — **Excerpt.** Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 42. p. 621.

4736. *Kowno, 26. Octobris.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, per Adam quendam missa, qui litteras matrimonii, emendatis quibusdam condicionibus ad ritum filiae Iwani pertinentibus, transtulit.
Muchanow, Sbornik Nr. 44. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2070. p. 236. — **Cf.** Gołębiowski III. 423.

4737. *Kowno, 26. Octobris.*
Idem Iwano m. duci Moscoviae pollicetur se filiam eius coniugem suam ad ritum latinum amplectendum coacturum non esse.
Muchanow, Sbornik Nr. 45. p. 72. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2071. p. 236.

4738. *S. l. 31. Octobris.*
Terrae Ravensi ius datum.
Reg. Gołębiowski III. p. 365.

4739. *S. l. a. et die (in Octobri vel in Novembri).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae legationes ad m. ducem Moscoviae de ducibus Mezecki missae.
Muchanow, Sbornik II. Nr. 40. sq. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 122. p. 147. — **Reg.** Danil. Skarb. II. NNr. 2073. 2074. p. 236.

4740. *Thorunii, 29. Novembris.*
Johannes Albertus rex privilegia Prussorum confirmat.
Vol. Leg. I. p. 240. — Dogiel IV. p. 186.

4741. *S. l. 14. Decembris (Sonntag nach Luciae).*
Magister generalis magistro Livoniae promittit se regi Thorunii nunc versanti Livoniam, cui Russi immineant, commendaturum esse.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2337. p. 104.; die 18. Decembris soluto. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2072. p. 236.

4742. *S. l. a. et die.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, qua postulat, ut filia m. ducis in matrimonium sibi adducatur.
Muchanow, Sbornik Nr. 40. p. 62. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2073. p. 236.

4743. *S. l. a. et die.*
Idem Alexander magistro generali propter responsionem, eius legato Lithuano, Dobergast Narbutowicz, datam, super Livoniensibus cum hostibus m. ducis foederantibus, super finibus terminandis, cett., scribit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2338. p. 104. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2065. p. 233.

4744. *Romae, s. die.*
Alexander VI. papa in gratiam Johannis Alberti regis binas litteras Sixti IV., ius praesentandi ad quaedam beneficia continentes, confirmat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 6.

4745. *S. l. et die.*
Johannes Albertus rex de vendita sibi et regno Poloniae villa Brzezinki per Sigismundum haeredem pro 1200 hung. fidem facit et eandem venditionem approbat. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 233.

4746. *S. l. et die.*
Investitura Andreae Roża archiepiscopi Leopoliensis ad canonicatum et praebendam Posnaniensem.
Reg. Rykacz. Invent. p. 291.

4747. *S. l. a. et die.*
Iwani m. ducis Moscoviae ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae legatio, qua ei se filiam suam in Lithuaniam mittere nuntiat condicionesque quasdam matrimonii significat; una cum responso Alexandri.
Muchanow, Sbornik Nr. 42. — **Excerpt.** Danil. Skarb. II. NNr. 2077. et 2088. pp. 237. 242.

4748. *S. l. a. et die (1494—1495).*
Eiusdem ad eundem legatio missa, qua se ei contra Mendli Girej auxilio praesto futurum esse significat; una cum responso Alexandri.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 123. p. 147. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2075. p. 236.

1495.

4749. *Marieburgi, primis Januarii.*
Johannes Albertus rex a Luca episcopo Warmiensi pecunias quasdam ex contributione collectas postulat praecipitque ei, ut ad ipsum veniat.
Reg. Gołębiowski III. p. 431. (bis).

4750. *Wilnae, 21. Januarii s. a. Ind. XIII.*
Alexander m. dux Lithuaniae civibus Wladimiriae contributionem »Kapszczyzna« propter cladem a Tartaris eis illatam remittit.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 124. p. 148.

4751. *S. l. 26. Januarii.*
Magister generalis magistro Livoniae se propter regis Poloniae discessum causam inter Livoniam et Moscoviam intercedentem eidem non proposuisse seque timere significat, ne a rege ad expeditionem Turcicam una cum ipso suscipiendam invitetur.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2339. p. 104. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2080. p. 237.

4752. *Wilnae, 26. Januarii s. a.*
Alexander m. dux Lithuaniae aulicis Basko et Kościuszko interdicit, ne canonicis S. Stanislai Wilnensibus iniurias faciant.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2079. p. 237.

4753. *S. l. a. et die (in Februario?)*
Borys Hołochwastow legati m. ducis Moscoviae de Helenae eiusdem m. ducis filiae itinere, receptione nuptiisque cum Alexandro m. duce celebratis relatio.
Staroż. Bibl. Rossyjska Tom. XIV. p. 1—21. — **Excerpt.** Danil. Skarb. II. Nr. 2085. p. 239—241.

4754. *Wilnae, 14. Martii s. a. Ind. XIII.*
Alexander m. dux Lithuaniae Semeno duci Bielski patrimonium fratris eius Theodori, qui in Moscoviam sedes transtulerit, addicit.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 126. p. 149.

4755. *Thorunii, 18. Martii.*
Johannes Albertus rex Sigismundo fratri suo teloneum Posnaniense et Costense in tenutam confert et summam 4300 flor. hung. in iisdem teloneis assecurat.
Raczyński, Codex dipl. Maioris Polon. Suppl. Nr. 169. p. 269. — Reg. Rykacz. Invent. p. 292.

4756. *Wilnae, 11. Aprilis.*
Alexander m. dux Lithuaniae praefecto de Witebsk, Michaëli Zasławski, interdicit, ne civibus de Witebsk iniurias inferat.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 127. p. 150.

4757. *Thorunii, 13. Aprilis.*
Philippus Callimachus episcôpo Wratislaviensi de ratione inter ipsum et regem intercedente, de capituli Glogoviensis causa, scribit nec non suam »Historiolam« ei transmittit.
(Zeissberg, Klein. Geschichtsquellen in) Archiv f. öst. Gesch. Tom. LV. p. 73.

4758. *S. l. a. et die (15—24. Maii).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio missa, qua ei pro filia sibi in matrimonium data gratias agit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2089. p. 243.

4759. *Budae, 8. Junii s. a.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. incolis comitatus Borsodiensis scribit deque regis Poloniae legatis commemorat.
Pray, Epistolae I. Nr. 19. p. 34.

4760. *Koźminek, 15. Junii (poniedziałek po św. Trójcy).*
Johannes Ostrorog, palatinus Posnaniensis et capitaneus generalis Maioris Poloniae, Calissiae horreum mercibus asservandis viasque mercatoribus instituit.
Vers. Teut. Klose, Von Breslau III. 2. p. 473. — **Vers. Pol.** Mosbach, Przyczynki p. 118. ex transsumpto J. Alberti dd. 27. Febr. 1497.

4761. *Wilnae, 5. Julii s. a. Ind. XIII.*
Alexander m. dux Lithuaniae Georgio Hlebowicz praefecto Smolenscensi praecipit, ut Iwano Wiazemski duci villam Przysiolo conferat.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 128. p. 151.

4762. *Wilnae, 27. Julii s. a. Ind. XIII.*
Idem Kmita praefecto de Czerkasy interdicit, ne servitores ducum, procerum, bojarorum ad ius suum vocet, quod cum faciat, privilegio ab ipso terrae Kijoviensi concesso adversetur.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 130. p. 152.

4763. *S. l. a. et die (circa 15. Augusti).*
Idem filias ducis Mstislaviensis parentibus orbatas in praesidium suum suscipit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 131. p. 152.

4764. *Radom, 24. Augusti.*
Johannes Albertus rex Gedano civitati ducis Burgundiae litteras super causa inter Gedanenses et eiusdem ducis subditos intercedente nec non suum responsum transmittit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 275.

4765. *S. l. a. et die (ante 6. Decembris).*
Maximilianus rex Romanorum et electores imperii Gedanum civitatem hortantur, ut imperio fidem servet neve se cuiusquam potestati subiiciat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 269.

4766. *Sandomiriae, 6. Decembris.*
J. Albertus rex senatui Gedanensi, qui ipsi litteras supra notatas transmiserit, respondet.
Reg. Smolka, Archiwa p. 269.

4767. *S. l. 22. Decembris.*
Idem senatui Gedanensi se ad caesarem legatos missurum esse significat hortaturumque eum, ne se in res alienas interponat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 269.

4768. *S. l. a. et die.*
Iwani m. ducis Moscoviae ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae legatio missa, qua eum praemonet, ne Helenam filiam suam ad ritum latinum amplectendum cogat.
Staroż. Bibl. Ross. Tom. XIV. p. 1. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2083. p. 238.

4769. *S. l. a. et die.*
Relatio quaedam de rationibus inter Cruciferos et inter Lithuanos minus amicis intercedentibus.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2082. p. 238.

4770. *S. l. a. et die.*
Alia relatio de rationibus inter Cruciferos ducemque Masoviensem Conradum et inter regem Poloniae intercedentibus.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2081. p. 238.

4771. *S. l. a. et die.*
Wernerus de Drachenfels, in Livoniam legatus missus, cuidam de episcopi et capituli Warmiensis studiis, qui regem Poloniae ad Ordinem in Podoliam transferendum permovere conentur refert.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2076. p. 237.

4772. *S. l. et die.*
Excerpta ex libris legationum inter Alexandrum m. ducem Lith. et Iwanum m. ducem Moscoviae hoc anno habitarum.
Gołębiowski III. p. 411—413.

4773. *S. l. a. et die (a. 1495—1496).*
Alexander m. dux Lithuaniae Iwano m. duci Moscoviae ad legationem de ducissa Bielska respondet, ut legati Iwani per terras

suas ad palatinum Moldaviae transeant, concedit legatosque suos se ad Iwanum missurum significat.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 132. p. 153. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2087. p. 242.

1496.

4774. *In castro Walpo, 18. Januarii (?) (fer. 6. Priscae Virginis).*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. Bartfenses praemonet, ut contra Johannem Corvinum, qui ex Polonia copias colligat, sibi caveant.
Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 29.

4775. *Sandomiriae, 18. Januarii.*
J. Albertus rex Gedanum civitatem propter bellum cum Turcis imminens ad comitia Petricoviae 13. Martii habenda invitat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 272.

4776. *Petricoviae, post 20. Januarii (post f. S. Fabiani).*
Conradus dux Masoviae testatur sibi Warsoviam, Zakroczym, Wyszogrod, Ciechanow, Łomża et Nowygród a J. Alberto rege ad vitae tempus esse concessa.
Reg. Rykacz. Invent. p. 347.

4777. *Posonii, 7. Februarii.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. Bartfensibus contra Johannem Corvinum, qui in Polonia copias colligat, opem promittit.
Pray, Epistolae I. Nr. 20. p. 39.

4778. *Sandomiriae, 7. Februarii.*
J. Albertus rex Lucam episcopum Warmiensem rogat, ut notario suo Andreae Prawda de Gorowo canonicatum Warmiensem conferat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 733. p. 592.

4779. *Posonii, 16. Februarii.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. Cibinienses hortatur, ut contra Polonos, qui Hungariam invaserint, se arment et circa Stephanum Zapolya congregentur.
Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 30.; a. 1491. adscripto.

4780. *Rosemberk, 6. Martii.*
Stephanus Zapolya Bartfensibus hostes (Polonos?) e regno eiectos esse nuntiat.
Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 31.

4781. *S. l. (Wratislaviae), 9. Martii.*
Senatus Wratislaviensis vias mercatoribus Wratislavia in Prussiam euntibus a rege Poloniae concessas promulgat.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 117.

4782. *S. l. in Martio.*
Homagium Conradi ducis Masoviae. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 366.

4783. *S. l. a. et dic (in Martio).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, qua crimen sibi obiectum, quod coniugem ad ritum latinum amplectendum cogat, diluit.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 134. p. 154.

4784. *S. l. a. et die (9. Aprilis sq.).*
Eiusdem legatio ad J. Albertum regem, Elisabeth matrem fratresque missa, qua ad rogationes eorum, ut Sigismundo fratri terram quandam in Lithuania vel summam pecuniae assignet, respondet.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 135. (I—VI) p. 156—161.

4785. *Petricoviae, 20. Aprilis.*
J. Albertus rex Conrado duci Masoviensi terram Czersk iure feudali confert.
Codex Masov. Nr. 261. p. 305. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 366.; die: 14. Aprilis notato.

4786. *Petricoviae, 20. Aprilis.*
Idem eidem terras Warsoviensem, Wyszogrodensem, Zakroczymensem, Ciechanoviensem, Łomżensem, Nowogrodensem ad vitae tempus confert.
Codex Masov. Nr. 262. p. 308. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 366.; die: 14. Aprilis notato. — **Cf.** Nr. 4776.

4787. *Petricoviae, 20. Aprilis.*
Conradus dux Masoviensis J. Alberto regi se in Lublin iusiurandum praestiturum esse pollicetur.
Cod. Masov. Nr. 263. p. 310.

4788. *S. l. a. et die (19. Maii).*
Iwani m. ducis Moscoviae ad Helenam filiam, m. ducissam Lithuaniae, legatio missa, qua eam hortatur, ut coniugem suum a terra Kijoviensi Sigismundo fratri conferenda abstineat.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 136. p. 161.

4789. *S. l. a. et die (post 19. Maii).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae responsum, legato Iwani m. ducis Moscoviae, Jeropkin, qui 19. Maii Wilnam missus est petiitque, ut imperator Tartarorum Mendli Girej et palatinus Walachiae ad pacem admittantur, datum.
Excerpt. Danił. Skarb. II. Nr. 2096. p. 245.

4790. *S. l. a. et die (exeunte Maio).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. d. Moscoviae legatio, ad conventionem communem legatorum utriusque partis proponendam missa.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 137. p. 162.

4791. *Petricoviae, 1. Junii.*
J. Alberti regis statutum nobilibus Polonis collatum.
Vol. Leg. I. p. 246—281.; dato: f. 4. post Urbani adscripto. — Bobrzyński, Ustawod. Nieszaw. p. 114. sq. — Diem ex originali in archivo Czartorysciano invento correxi.

4792. *Lobaviae, 25. Junii.*
Johannes Smolle a Luca episcopo Warmiensi petit, ut sibi nuntios Roma de Culmensi ecclesia et eius electo mittat, »caristiam gravem Cracoviae et in Russia, praesertim in frumentis ferri« nuntiat et regis adventum in has partes exspectari iubet.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 734. p. 592.

4793. *Wilnae, 1. Julii.*
Alexander m. dux Lithuaniae Siemien duci de Możajsk oppida Czernichow, Starodub, Homin et die 6. Julii Karaczew confert.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 139. (I. II.) p. 163. 164.

4794. *Romae, 7. Julii.*
Alexander VI. papa Nicolaum Kościelecki canonicum Posnaniensem Petro Wspynok praeposito Cracoviensi coadiutorem constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 291. p. 262.

4795. *S. l. 8. Augusti Ind. XIV.*
Index donorum, quae ab Alexandro m. duce Lithuaniae per Caspar Harmanowicz imperatori Tartarorum de Perekop missa sunt.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 142. p. 165.

4796. *Cracoviae, 11. Augusti.*
Pacta matrimonialia inter J. Albertum regem P. nomine Barbarae sororis suae et inter Albertum ducem Saxoniae nomine Georgii filii sui inita. (Litterae J. Alberti).
Dogiel I. p. 441. — Reg. Rykacz. Invent. p. 39.

4797. *Cracoviae, 17. Augusti.*
J. Albertus Gedanum civitatem hortatur, ut litteras Maximiliani caesaris, quibus eos ad ius suum vocet, aspernentur.
Reg. Smolka, Archiwa p. 270.

4798. *Cracoviae, 17. Augusti.*
Idem Maximiliano caesari de eodem argumento scribit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 270.

4799. *Regiomonti, 29. Augusti.*
Recessus conventionis ordinum Prussiae et magistri generalis, in qua idem ad rogationem regis Poloniae super auxiliis contra Turcas mittendis respondit.
Toeppen, Acten V. Nr. 145. p. 420.

4800. *Troki, 10. Septembris (a. 1496?) Ind. II.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Stephanum palatinum Moldaviae de foedere ineundo legatio, per Woytech Kuczakowicz et Fedko Hawryłowicz missa.
(Jabłonowski in) Źródła Dziej. X. App. Nr. 14. p. 68.; a. 1496. adscripto.

4801. *Romae, 25. Septembris.*
Alexander VI. papa Michaëlem de Prasmaw archidiaconum Plocensem in accoliti pontificii locum recipit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 292. p. 263.

4802. *Musnyky, 29. Septembris.*
Nicolaus Radziwiłł palatinus Wilnensis Conrado duci Masoviensi pro filia sua ei collocanda 20.000 aur. dotis nomine promittit.
Cod. Masov. Nr. 264. p. 312.

4803. *Sandomiriae, 12. Octobris (wtorek w oktawie Ephraima).*
J. Albertus rex consulibus Wratislaviensibus de libera mercatura in Polonia a Cracoviensibus violata scribit.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 117.; die ut supra soluto.

4804. *Sandomiriae, 18. Octobris.*
Idem Leopolim civitatem onere unius currus bellici ad instantem expeditionem bellicam conferendi liberat.
AGZ. IX. Nr. 107. p. 147.

4805. *Lipsiae, 28. Novembris.*
Albertus dux Saxoniae Barbarae nurui suae, regis Poloniae sorori, dotem inscribit.
Dogiel I. p. 441.

4806. *Romae, 18. Decembris.*
Alexander VI. papa Michaëlem de Prasmaw collectorem denarii S. Petri in Polonia constituit.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 293. p. 264.

4807. *S. l. a. et die.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio rogatioque, ut quaedam terrae bonaque ipsi restituantur, missa.
Excerpt. Danił. Skarb. II. Nr. 2098. p. 246.

4808. *S. l. et die.*
Iwani m. ducis Moscoviae ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae legatio de regis Daniae legato, Moscovia ad marchionem Brandenburgensem per terras Lithuaniae proficiscente, una cum responso Alexandri.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2095. p. 245.

4809. *S. l. a. et die.*
Eiusdem ad eundem legatio de legato Turcico Moscoviam proficiscente, Kiioviae detento, una cum responso Alexandri.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2094. p. 245.

4810. *S. l. et die.*
Excerpta ex libris legationum inter Alexandrum m. ducem Lith. et Iwanum m. ducem Moscoviae hoc anno habitarum.
Gołębiowski III. p. 414—415.

4811. *S. l. a. et die (a. 1496?)*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Stephanum IV. palatinum Moldaviae legatio, qua salvus conductus nuntio Stephani Moscoviam proficiscenti promittitur et de Bracław ab hominibus Stephani concremato satisfactio postulatur.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 9. p. 63.

4812. *S. l. a. et die.*
Stephani IV. palatini Moldaviae ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae super foedere ineundo legatio, per Dżurza et Michaëlem missa.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 11. p. 65.

4813. *S. l. a. et die.*
Alexandri m. ducis Lith. ad legationem supra notatam responsio.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 12. p. 67.

4814. *S. l. a. et die.*
Eiusdem ad eundem legatio, per Fedko Hawryłowicz missa, qua Alexander se foedus cum palatino initurum esse promittit, si ad fines ipsius accessurus sit.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 13. p. 67.

4815. *S. l. a. et die (a. 1496?)*
Stephani IV. ad Alexandrum m. ducem Lith. legatio, ad legationem Alexandri, per Woytech Kuczukowicz et Fedko Hawryłowicz missam (vide Nr. 4800), responsura, qua litterae foederis obsignandae allatae sunt.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 15. p. 69.

4816. *S. l. a. et die (a. 1496?)*
Alexandri m. ducis Lith. ad legationem supra notatam responsio.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 16. p. 71.

4817. *S. l. a. et die (a. 1496?)*
Eiusdem ad eundem legatio, per Petrum Olechnowicz et Fedko Hawryłowicz missa, qua eum hortatur, ut litteras foederis iureiurando confirmet.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 17. p. 71.

4818. *S. l. a. et die (a. 1496?)*
Stephani palatini Moldaviae ad Alexandrum m. ducem Lithuaniae legatio, per Iwanum Isaiewicz et Thomam missa, qua condiciones foederis propositae reiiciuntur.
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 18. p. 72.

4819. *S. l. a. et die (a. 1496?)*
Alexandri m. ducis Lith. ad legationem supra notatam responsio
(Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 19. p. 74.

4820. *S. l. et die.*
Alexander VI. papa officiali Gnesnensi committit, ut Mathiam Drzewicki ad scholasteriam Gnesnensem instituat.
Reg. Rykacz. Invent. p. 6.

4821. *S. l. a. et die.*
Ottaviano di Guecio de Calvani Lattanzio Tedaldi exsequias Philippi Callimachi describit.
Ciampi, Bibl. Crit. I. p. 31. — Coppi, Annali e memorie degli nomini illustri di San Geminiano (ed. a. 1695) p. 119. — **Vers. Pol.** M. Gliszczyński, Rozmaitości naukowe i literackie III. p. 14.

1497.

4822. *Sandomiriae, 27. Februarii.*
J. Albertus rex Johannis Ostrorog litteras dd. 15. Junii 1495. (vide Nr. 4760.) de horreo mercibus asservandis Calissiae instituto confirmat.
Vers. Teut. Klose, Von Breslau III. 2. p. 473. — **Vers. Pol.** Mosbach, Przyczynki p. 117.

4823. *Witebsk, 17. Martii.*
Alexander m. dux Lithuaniae Josepho episcopo Rutheno Smoleńscensi in bonis ei collatis 120 homines ex terris Moscoviae et Twer collocandi concedit facultatem.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 144. (I. II.) p. 166.

4824. *S. l. a. et die (in Martio).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, per Zieńko de Smoleńsk missa, qua postremo petit, ut pro iniuriis sibi satisfiat, gubernatoremque Sueciae, ut apud Iwanum pro indutiis ineundis intercedat, a se petere significat.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 143. p. 165. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2100. p. 247.

4825. *Warsoviae, 2. Aprilis.*
Conradus dux Masoviensis Annae (Radziwiłł) coniugi suae dotem inscribit.
Cod. Masov. Nr. 265. p. 313.

4826. *S. l. 11. Aprilis.*
Nephon patriarcha Constantinopolitanus Josepho metropolitae Russiae ad querelas de episcopis latinis sibi propositas respondet.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 443.

4827. *Sandomiriae, 12. Aprilis.*
J. Albertus rex a Gedano civitate per legatum suum Erasmum Górski pecunias mutuas petit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 275.

4828. *Pragae, 15. Aprilis.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. J. Albertum regem rogat, ne Wratislavienses in mercatura cum Russia, Prussia et Lithuania facienda impediat atque ut Martinum Stiborii, castellanum de Poniedz, damna mercatoribus Wratislaviensibus facta restituere iubeat.
Excerpt. Mosbach, Przyczynki p. 119.

4829. *Romae, 22. Aprilis.*
Alexander VI. papa Joachimum marchionem Brandenburgensem et Elisabeth, Casimiri regis Poloniae filiam, tertio consanguinitatis gradu invicem coniunctos, ut matrimonium contrahere possint, dispensat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 294. p. 265.

4830. *Premisliae, 3. Maii.*
J. Albertus rex Wladislao II. regi Boh. et Hung. de viis et mercatura Wratislaviensium in Polonia scribit.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 119.

4831. *Wormatiae, 5—6. Maii.*
Oratio archiepiscopi Moguntinensis, in qua de litteris quibusdam ordinis Teutonici super m. ducis Moscoviae in terris Ordinis successibus reportatis commemorat.
Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 2. Nr. 767. p. 604.

4832. *Premisliae, 9. Maii.*
J. Albertus rex Johannem de Ostrorog, castellanum Posnaniensem et capitaneum Maioris Poloniae, expeditione bellica indicta liberat.
Pawiński, Jan Ostrorog, App. III. p. 196.

4833. *Pragae, 31. Maii.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. ordinibus Bohemis pollicetur se apud fratrem regem Poloniae impetraturum, ut castella quaedam Silesiae, praecipue Glogovia, regno Bohemiae restituantur.
Archiv Česky V. p. 472. — **Reg.** Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. I. Nr. 109. p. 249.

4834. *S. l. 31. Maii.*
Magister generalis magistro Livoniae inter alia nuntiat, quo tempore contra Turcas profecturus sit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2359. p. 108. **Cf.** ibidem Nr. 2360.

4835. *Leopoli, 17. Junii.*
J. Albertus rex consulibus Leopoliensibus libram regiam usque ad hoc tempus donat, quo Kapha, Kilia et Białogród christianis reddentur.
AGZ. IX. Nr. 111. p. 152. — **Reg.** (Rasp in) Archiv für österr. Gesch. Tom. XLIII. p. 432.

4836. *Leopoli, 18. Junii.*
Idem Gedanensibus se eos, ne in iudicio imperii Romanorum in contumaciam condemnentur, defensurum esse significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 270.

4837. *Leopoli, 19. Junii.*
Idem Nicolaum Siedlewski et plebanum in Szczebrzeszyn propter summam certam in bonis regalibus haerentem, per ipsos dimissam, liberos facit ab onere servitii bellici ad vitae tempora. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 390.

4838. *Wola, 22. Junii.*
Hans von Tiefen magister generalis o. T., ad expeditionem contra Turcas proficiscens, J. Albertum regem rogat, ut ipsi necessaria suppeditari iubeat.
(Liborius Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 292.

4839. *Leopoli, 24. Junii.*
Idem eundem rogat, ut, cum Russi Livoniam invadere minitentur, ipsum domum dimittat.
(Liborius Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 308.

4840. *In castris circa Gologorii, 27. Junii.*
J. Albertus rex magistro generali ad litteras dd. 22. Junii (vide Nr. 4838.) respondet rogationique eius se satisfacturum negat.
(L. Naker in) SS. res. Pruss. V. p. 292.

4841. *S. l. a. et die (in Junio).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, qua ab eo contra paganos opem petit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 150. p. 173.

4842. *Bischkowitz, 2. Julii.*
Magister generalis Wilhelmo de Eyszenburgk suo gubernatori inter alia scribit, ut, cum rex Poloniae, quominus necessaria ipsi suppeditentur, recuset, ipsi opem ferat pecuniamque mittat.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 293.

4843. *Mogylnytza, 20. Julii.*
J. Albertus rex magistro generali concedit, ut se in civitatem Halicz conferre possit.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 296.

4844. *S. l. a. et die (26. Julii?)*
Officiales quidam magistri generalis J. Albertum regem interrogant, quid porro exercitui Ordinis faciendum sit.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 297.

4845. *S. l. a. et die (ante 28. Julii).*
J. Albertus rex ad litteras supra notatas respondet.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 298.

4846. *Prope Michaliz, 8. Augusti.*
Idem Stenzell Haliczky praecipit, ut exercitum suum ad ipsum, penes Halicz, traiiciat.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 300.

4847. *In campo ante Halicz, 13. Augusti.*
Magister generalis apud J. Albertum regem, quod propter valetudinem Leopoli remansurus sit, se excusat hominesque, quos ei mittit, commendat.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 304.

4848. *In castris post (!) fluvium Nyesche, 15. Augusti (fer. 3. diem (!, festum Assumptionis Mariae).*
J. Albertus rex magistro generali praecipit, ut, cum hostis adventus nuntiatus sit, ad ipsum cum exercitu veniat aut, si aegrotet, homines suos mittat.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 305.

4849. *Prope fluvium Dniester, 16. Augusti.*
Nicolaus de Tęczyn, palatinus et capitaneus generalis terrae Russiae, Hieronymum Wysocki rege iubente instanti expeditione liberat.
AGZ. IX. Nr. 115. p. 157.

4850. *Leopoli, 22. Augusti.*
Officiales Ordinis T. commendatori Osterodensi praecipiunt, ut, cum Livoniae Russi minitentur et magister generalis aegrotet, ad regem se conferat eumque roget, ut copiae Ordinis domum dimittantur.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 308.

4851. *Leopoli, 24. Augusti.*
Magister generalis regem Poloniae iterum rogat, ut Livoniam contra Russos defensurus domum redire possit.
Reg. Napiersky, Index II. Nr. 2361. p. 108. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2101. p. 247.

4852. *S. l. a. et die (26. Augusti).*
Commendator de Holland regi Poloniae mortem magistri generalis subsecutam denuntiat rogatque eum, ut domum redire possit.
(L. Naker in) SS. rer. Pruss. V. p. 309.

4853. *Lublin, 1. Septembris.*
Conradus dux Masoviensis regi Poloniae pro officialibus suis cavet promittitque eos regi in Zakroczym iusiurandum praestituros esse.
Cod. Masov. Nr. 266. p. 314.

4854. *Lobaviae, 14. Octobris.*
Nicolaus episcopus Culmensis apud Lucam episcopum Warmiensem, quod comitiis proximis non interfuturus sit, se excusat deque consiliis hostilibus quibusdam post mortem magistri generalis captis scribit.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 738. p. 596.

4855. *Moscoviae, 15. Octobris.*
Sophia magna ducissa Moscoviae Helenae filiae m. ducissae Lithuaniae scribit interrogatque eam, verumne sit eam gravidam esse, quoque tempore partum exspectet.
Rumiancow, Sobranije II. Nr. 24. p. 27. — **Reg.** Danil. Skarb. II. Nr. 2102. p. 247.

4856. *Sduni, 11. Decembris.*
Fridericus cardinalis Lucae Watzelrode episcopo Warmiensi ad quasdam rogationes respondet novasque res nuntiat.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1005.

4857. *Romae, s. die.*
Alexander VI. papa Alexandrum m. ducem Lithuaniae hortatur, ut ad generalem expeditionem contra Turcas excitandam oratores Romam mittat.
Theiner, MM. Pol. II. Nr. 295. p. 266.

4858. *S. l. et die.*
Excerpta ex libris legationum inter Alexandrum m. ducem Lith. et Iwanum m. ducem Moscoviae hoc anno habitarum.
Gołębiowski III. p. 416—417.

4859. *S. l. a. et die (1497?)*
Wladislai II. regis Boh. et Hung. mandatum, legato, ad Baiazet sultanum Turcarum propter cladem a Turcis J. Alberto illatam misso, datum.
Pray, Ann. IV. p. 274. — Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 39.

1498.

4860. *Wratislaviae, 13. Januarii.*
Duces Silesiae in causa Casimiri ducis Tessinensis et Johannis ducis Zatorensis de quodam aere alieno sententiam dicunt.
Grünhagen et Markgraf, Leh. u. Besitzurkd. II. Nr. 19. p. 571.

4861. *Grodno, 5. Februarii.*
Alexander m. dux Lithuaniae contributiones a clero Wilnensi Rutheno metropolitae Kiioviensi solvendas constituit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 152. p. 174.

4862. *Petricoviae, 16. Februarii.*
J. Albertus rex Gedanensibus, quae consilia propter proscriptionem a caesare in eos latam ceperit, significat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 270.

4863. *S. l. a. et die (post Februarium).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, qua legationi ab Iwano Teleszew allatae respondetur quaque Alexander se excusat, quibus ex causis legatus m. ducis Moscoviae Constantinopolim missus in Putywl oppido retentus sit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 154. p. 176.

4864. *Cracoviae, 15. Martii.*
J. Albertus rex Stanislao Koniecpolski pro servitiis in bello Moldavico sibi praestitis bona quaedam, quae Dębieński cuidam pro servitiis in hoc bello recusatis adimuntur, confert.
AGZ. IX. Nr. 121. p. 163.

4865. *Cracoviae, 14. Aprilis.*
Idem Gedanenses de litteris quorundam principum imperii sibi scriptis certiores facit, quibus eidem principes ipsi promiserint se proscriptione in Gedanenses lata postposita eos non persecuturos esse.
Reg. Smolka, Archiwa p. 271.

4866. *S. l. a. et die (ante Maium).*
Fedor Szestakow ducem Borys Oboleński de studiis Alexandri m. ducis Lithuaniae uxoris suae ad ritum latinum convertendae certiorem facit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 155. (I) p. 176.

4867. *S. l. a. et die (ineunte Maio?)*
Borys Oboleński dux Iwano m. duci Moscoviae litteras supra notatas transmittit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 155. (II) p. 177.

4868. *Cracoviae, 19. Maii.*
Johannes Albertus rex consules Wratislavienses rogat, ut sibi bombardarum ad ictum parandarum peritos et pulverem pyrium ad bellum Turcicum mittant.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 119.

4869. *Cracoviae, 19. Maii.*
Idem Gedanenses ad comitia Graudentii 14. Junii celebranda invitat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 272.

4870. *Cracoviae, 24—31. Maii (intra octavam Ascensionis D.).*
J. Albertus rex Lucae episcopo Warmiensi de Friderico duce Saxoniae in locum magistri generalis o. T. eligendo, de Turcis, qui Poloniam invaserint, deque aliis regni negotiis scribit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1006. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 367.

4871. *S. l. (Wratislaviae), 28. Maii.*
Consules Wratislavienses Wladislaum II. regem Boh. et Hung. interrogant, num regis Poloniae rogationi in litteris sub Nr. 4868. propositae indulgendum sit.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 120.

4872. *Cracoviae, 31. Maii.*
J. Alberti regis litterae publicae, quibus legatum suum Nicolaum Rosenberger commendat.
Freheri et Struvii, Rer. Germ. Scriptores II. p. 404.

4873. *Pragae, 15. Junii.*
Ordines Bohemiae inter alia legatos ad regem Poloniae mittere decernunt.
Archiv Česky V. p. 488.

4874. *Wilnae, 18. Junii Ind. I.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae salvus conductus, Stephani palatini Moldaviae legatis Moscoviam proficiscentibus datus.
Muchanow, Sbornik Nr. 17. p. 17. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 156. p. 177. — (Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. Nr. 10. p. 64: anno 1496. adscripto.

4875. *Friburgi, 7. Julii.*
»Litterae credentiales et instructio ambasiotoris regis Poloniae super irruptione Turcarum in suum dominium ad conventum sacri

Romani imperii sub Maximiliano rege in Friburgo exhibitae et praesentatae.«
Reg. Gołębiowski III. p. 387.

4876. *Friburgi, 7. Julii.*
Nicolai Rosenberg, regis Poloniae legati, oratio coram rege Romanorum et coram ordinibus imperii habita, qua de palatino Moldaviae conquerens, opem contra Turcas et Tartaros petit.
Freheri et Struvii, Rer. Germ. Scriptores II. p. 484—488. — **Fragm.** Pray, Ann. IV. p. 290. — **Fragm.** Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 161. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 387. (bis) s. l. a. et die, et die 8. Julii notato.

4877. *Cracoviae, 13. Julii (feria 6. festi S. Margarethae).*
Oratores Hungari foedus inter reges Poloniae et Hungariae atque m. ducem Lithuaniae contra omnes et contra sultanum, quo etiam rex Poloniae Stephanum palatinum Moldaviae in gratiam recipit, constituunt.
Dogiel I. p. 86.; die: 20. Julii soluto. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 379.

4878. *Cracoviae, 13. Julii (feria 6. festi S. Margarethae).*
J. Albertus rex foedus supra notatum ratum habet.
Dogiel I. p. 89.; die: 20. Julii soluto. — Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 163.

4879. *Cracoviae, 14. Julii (in castrino S. Margarethae).*
Proceres regni Poloniae foedus supra notatum ratum habent.
Dogiel I. p. 91.; die: 21. Julii soluto. — Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 172.

4880. *S. l. a. et die (27. Julii).*
Senatus Lithuaniae Alexio Hołochwast, m. ducis Moscoviae legato, qui postulavit, ut iniuriis Moscoviae illatis satisfiat, respondet.
Muchanow, Sbornik Nr. 67. p. 94. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 157. p. 178. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2103. p. 247.; ad a. 1497.

4881. *Budae, 1. Augusti (in f. Petri ad Vincula).*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. foedus sub Nr. 4877. notatum ratum habet.
Dogiel I. p. 92. — Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 173.

4882. *Cracoviae, 9. Augusti.*
J. Albertus rex horreum Thoruniense mercibus asservandis dissolvit.
Reg. Mosbach, Przyczynki p. 120..

4883. *Zdun, 20. Augusti s. a. (w poniedziałek po Wniebowzięciu N. Panny) (a. 1498?)*
Fridericus cardinalis Lucae episcopo Warmiensi scribit, de clade Walachica, de legato, qui ex Suecia redierit, commemorat, »legatorum responsivam, quae post casum, qui contigit in Walachia, facta est ad D. regem Hungariae« ei transmittit.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 384.

4884. *Sandomiriae, 25. Augusti.*
J. Albertus rex Lucae episcopo Warmiensi praecipit, ut Georgium ducem Saxoniae et fratrem eius magistrum generalem per Prussiam proficiscentes honorifice recipi iubeat.
Reg. Gołębiowski III. p. 367.

4885. *Sandomiriae, 29. Augusti.*
J. Albertus rex statutum terrae Chelmensi a patre suo Casimiro rege collatum confirmat.
Bobrzyński, O Ustawodawstwie Nieszaw. p. 114.

4886. *Sandomiriae, post 21. Septembris (post f. S. Matthaei).*
Idem nonnullis regni incolis poenam bonorum confiscationis, quam ob absentiam suam in expeditione bellica traxerant, remittit. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 391.

4887. *S. l. circa 15. Novembris.*
Idem Lucae episcopo Warmiensi praecipit, ut Turcarum causa ad imperatorem proficiscatur et Lipsiae cum altero legato se coniungat.
Exçerpt. Gołębiowski III. p. 387.

4888. *Cracoviae, 20. Novembris.*
Idem Wladislao II. fratri de ducatu Glogoviensi cedit.
Reg. Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. I. Nr. 110. p. 249.

4889. *Budae, 21. Novembris.*
Wladislaus II. rex Boh. et Hung. Bartfensibus praecipit, ut Johanni Ossoliński, haeredi Andreae Balinczki, cui quondam Mathias rex civitatem Bartfensem oppigneraverit, summam debitam singulis annis persolvant.
Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 176.

4890. *Budae, 8. Decembris.*
Idem oratores suos, ad J. Albertum pro pace restauranda missos, auctoritate exornat.
Dogiel I. p. 95. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 28.

4891. *S. l. a. et die.*
Excerpta ex libris legationum inter m. ducem Lithuaniae et m. ducem Moscoviae hoc anno habitarum.
Gołębiowski III. p. 418—420.

4892. *S. l. a. et die.*
Capitulum Posnaniense legatos ad regem super episcopo post Urielis de Górka mortem eligendo mittit.
Reg. Smolka, Archiwa p. 53.

4893. *S. l. a. et die (a. 1498?)*
Mandatum Ludovico de Sanssheim, legato ab Ordine ad Maximilianum caesarem misso, datum, super auxilio Ordini contra Russiam et Poloniam ferendo.
Turgeniew, Suppl. ad Hist. Russ. MM. Nr. 120. p. 309—311. — **Reg.** Napiersky, Index II. Nr. 2368. p. 109.

4894. *S. l. a. et die (a. 1498?)*
Ludovicus de Sanssheim Maximiliano caesari de eodem argumento scribit.
Turgeniew, Suppl. Nr. 121. p. 312.

4895. *S. l. a. et die (1498—1499).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Stephanum palatinum Moldaviae legatio, per Bohussium »diak« missa, qua eum ad bellum contra Iwanum m. ducem una secum suscipiendum hortatur, addito responso Stephani.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 162. p. 183. — (Jabłonowski in) Źródła Dziejowe X. App. NNr. 21. et 22. p. 76—79.

4896. *S. l. a. et die (1498—1499).*
Stephani palatini Moldaviae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, qua eum Alexandro m. duci Lithuaniae reconciliare et ad foedus contra Turcas ineundum adducere conatur.
Muchanow, Sbornik Nr. 16. p. 16. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 161. p. 182. — (Jabłonowski in) Źródła Dziej. X. App. Nr. 20. p. 75.

1499.

4897. *Cracoviae, primis Januarii.*
J. Albertus rex Lucae episcopo Warmiensi comitia propter Turcas Petricoviae 24. Februarii habenda denuntiat praecipitque, ut ipsis intersit.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 393.

4898. *Grodno, primis Januarii.*
»Litterae plenae potestatis Alexandri m. ducis Lithuaniae oratoribus suis ad regem Poloniae delegatis datae.«
Reg. Gołębiowski III. p. 390.

4899. *Cracoviae, 4. Januarii.*
J. Albertus rex Johanni Stephano palatino et mercatoribus Moldaviae dat salvum conductum.
AGZ. IX. Nr. 124. p. 167.

4900. *In castro Locharum, 29. Januarii.*
Ludovicus XII. rex Galliae oratoribus suis foedus cum regibus Hungariae et Poloniae ineundi confert potestatem.
Dogiel I. p. 451. — Dumont, Corps Dipl. Univ. III. 2. Nr. 219. p. 444.

4901. *Grodno, 7. Februarii.*
Alexandri m. ducis Lithuaniae mandatum legatis ad regem Poloniae super rebus Turcarum, Walachorum, cett., missis datum.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 391.

4902. *Thorunii, 2. Martii.*
Johannes Sathkowski, ab ordinibus Polonis in Prussiam missus, Gedanenses ad comitia Petricoviam convocata, sed propter morbum regis tum ipsum Cracoviae celebranda, invitat.
Reg. Smolka, Archiwa p. 272.

4903. *Wilnae, 20. Martii.*
Alexander m. dux Lithuaniae clero Rutheno privilegium, »Swytok Jaroslawl« dictum, confert.
Muchanow, Sbornik Nr. 69. p. 97. — Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 166. (I. II.) p. 189. — (Hrihorowicz) Białoruski Archiv Nr. 3. p. 3. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 2105. p. 249. — **Reg.** Gołębiowski III. p. 444.

4904. *Wilnae, 26. Martii.*
Idem Simeoni duci Możajski patrimonii eius, Starodub, Homel castelli Czernichow, cett., possesionem confirmat.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 167. p. 192.

4905. *Coloniae, in Martio vel Aprili.*
»Legatio a Wladislao rege Boh. et Hung. ac a Johanne Alberto rege Poloniae, germanis fratribus, dicta ad Maximilianum caesarem Coloniae.«
Reg. Gołębiowski III. p. 394.

4906. *Neustadt an der Hardt, 12. Aprilis.*
Maximilianus caesar a senatu Francofurtensi, ut legatis Polonis, qui apud ipsum fuerint, salvus conductus detur, petit.
Reg. Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 2. Nr. 788. p. 636.

4907. *Cracoviae, 15. Aprilis.*
Foedus inter Johannem Albertum Poloniae et Wladislaum II. Boh. et Hung. reges renovatum. (Litterae J. Alberti).
Dogiel I. p. 96. — Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 179.

4908. *Cracoviae, 15. Aprilis.*
Pax inter J. Albertum regem Poloniae et Stephanum palatinum Moldaviae Wladislao II. rege Boh. et Hung. interveniente inita (Litterae J. Alberti).
Dogiel I. p. 603. — (Jabłonowski in) Źródła Dziej. X. App. Nr. 11. p. 33.

4909. *Cracoviae, 16. Aprilis.*
Foederis inter J. Albertum et Wladislaum II. renovati litterae legatorum Hungarorum.
Dogiel I. p. 99. — Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 179.

4910. *S. l. 3. Maii.*
»Litterae Nicolai de Rosemberg Ser. Pol. regis oratoris ad S. D. regem Romanorum in causa belli Helmtiezensis datae.« *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 394.

4911. *S. l. 3. Maii.*
»Oratio Nicolai de Rosemberg equitis Jerosolimitani, Ser. Pol. regis legati, in generali principum imperii Eberburgensi conventu habita.«
Reg. Gołębiowski III. p. 394.

4912. *In conventione generali Cracoviae, 6. Maii.*
»Litterae reversales praelatorum, baronum et procerum inditi regni Poloniae missae ad praelatos, barones et proceres M. D. Lithuaniae«.«
Reg. Gołębiowski III. p. 432.

4913. *S. l. a. et die (ante 10. Maii?)*
Procerum Lithuaniae legationes ad regem Poloniae per Martinum episcopum Samogitiae et palatinum quendam super communibus pactionibus ineundis missae.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 392.

4914. *S. l. ante 10. Maii (?)*
Proceres Poloni proceribus Lithuanis se eis in comitiis Cracoviensibus novas litteras unionis daturos esse significant.
Reg. Gołębiowski III. p. 432.

4915. *Cracoviae, 10. Maii (?) (feria sexta Rogationum!)*
J. Albertus rex ratam habet unionem et confoederationem procerum regni cum proceribus Lithuaniae, absque tamen derogatione iuris tam sui quam Alexandri fratris m. ducis Lithuaniae. *(sic)*
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2109. p. 251. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 384.

4916. *S. l. a. et die (10. Maii?)*
Idem confirmat omnes inscriptiones cum Alexandro m. d. Lithuaniae factas. *(sic).*
Reg. Gołębiowski III. p. 433. — **Reg.** Danił. Skarb. II. Nr. 2108. p. 251.

4917. *Cracoviae, 11. Maii.*
Transsumptum sententiae Gerhardi de Carceribus et Petri Gervasii pro rege Casimiro Magno contra Cruciferos latae, sub nomine et sigillo Friderici cardinalis et capituli extraditum. *(sic).*
Reg. Rykacz. Invent. p. 98.

4918. *Wilnae, 14. Maii.*
Alexander m. dux Lithuaniae rationes inter cives Kiiovienses et eorum palatinos observandas constituit.
Akty Zapadnoj Rossyi I. Nr. 170. p. 194.

4919. *Budae, 15. Maii.*
Foederis inter regna Poloniae et Hungariae renovati (vide Nr. 4907) litterae Wladislai (?).
Reg. Rykacz. Invent. p. 28.

4920. *Budae, 15. Maii.*
Idem foedus proceres regni Hungariae ratum habent.
Dogiel I. p. 103. — Katona, Hist. Crit. XVIII. p. 180. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 29.

4921. *Wilnae, 12. Julii.*
Alexander m. dux Lithuaniae rationes inter civitatem Połocensem et officiales suos observandas constituit.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 175. p. 198.

4922. *Herlow, ante 13. Julii.*
Pacis inter J. Albertum regem et Stephanum Moldaviae palatinum initae (vide Nr. 4908) litterae Stephani.
Reg. Gołębiowski III. p. 394. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 140.

4923. *Leopoli, 23. Julii.*
Petrus Myszkowski capitaneus terrarum Russiae J. Albertum rogat, ut contra Tartaros ipsi minitantes auxilia mittat atque a Constantino duce et a m. duce Lithuaniae opem impetret.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1010.

4924. *Wilnae, 24. Julii.*
Proceres Lithuaniae unionem inter Poloniam et Lithuaniam renovant.
Vol. Leg. I. p. 281—284. — Działyński, Zbiór Praw p. 72—76. (lat. et pol.) — **Reg.** Gołębiowski III. p. 433. — **Reg.** Rykacz. Invent. p. 384. — **Cf.** NNr. 4912—4916.

4925. *Leopoli, 25. Julii.*
Petrus Myszkowski capitaneus terrarum Russiae Spitkoni de Jarosław de rebus bellicis, de Tartaris et Turcis Russiae minitantibus, de victuum penuria, scribit rogatque eum, ut regem ad pecuniam mittendam permoveat.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1021.

4926. *Jaroslaviae, 26. Julii.*
Spitko de Jarosław J. Albertum regem rogat, ut Petro Myszkowski pecuniam opemque nec non litteras »Restium« contra Tartaros mittat.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1011.

4927. *Kamenecz, 27. Julii.*
»Rotmagistri« J. Albertum regem rogant, ut ipsis stipendia persolvantur, legatumque suum Johannem Kalus commendant.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1008.

4928. *Kamenecz, 27. Julii.*
Johannes Sokołowski »rotmagister« aliique militum praefecti J. Alberto de eodem argumento scribunt.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1009.

4929. *S. l. 27. Julii.*
J. Albertus capitaneis quasdam constitutiones de mercatura in Polonia facienda significat.
Klose, Von Breslau III. 2. p. 471. — **Vers. Pol.** Mosbach, Przyczynki p. 120.

4930. *S. l. a. et die (in Julio).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio per Johannem Sapieha missa, qua ab eo opem contra paganos petit.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2110. p. 251.

4931. *Leopoli, 4. Augusti (?) (sabbato (?) in vigilia Mariae Nivis).*
Petrus Myszkowski J. Alberto regi respondet, quae ad Russiam contra Tartaros defendendam fecerit, significat pecuniasque pro mercede militibus solvenda ab eo petit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1020.

4932. *Leopoli, 4. Septembris.*
Idem eundem de Turcarum et Tartarorum motibus certiorem facit pecuniasque et homines contra eos a rege petit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1013.

4933. *Cracoviae, 10. Septembris.*
J. Albertus cives Premislienses propter damna eis a Turcis illata vectigalibus oneribusque quibusdam liberat.
AGZ. IX. Nr. 131. p. 176.

4934. *Chmyelnyk, 21. Septembris (?) (Sabbato in die S. Matthaei?)*
Johannes Strus Petrum Myszkowski de Tartaris in Russia militantibus, de equorum peste exorta, certiorem facit pecuniasque et damna restituenda ab eo petit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1015.; die S. Mathiae = 24. Februarii non apte adscripto.

4935. *Leopoli, 28. Septembris.*
Petrus Myszkowski J. Alberto regi Kolencz cuiusdam in villam archiepiscopi Leopoliensis Rzeszno invasionem denuntiat.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1014.

4936. *Chmyelnyk, 28. Septembris.*
Johannes Strus Petro Myszkowski Tartaros propius Chmielnyk adesse et per »Viam Nigram« tendere nuntiat opemque atque pecunias ab eo petit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1016.

4937. *Leopoli, 28. Septembris.*
Petrus Myszkowski a rege Poloniae pecunias et homines contra Tartaros iterum petit.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1017.

4938. *Leopoli, 1. Octobris.*
Idem eidem, quod Russiam contra Tartaros defendere minus curet et quod eo auctore pedites recedere velint, exprobrat.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1018.

4939. *Leopoli, 4. Octobris.*
Idem ab eodem opem pecuniamque iterum et iterum petit, cum pedites non diutius quam ad 9. Octobris exspectare velint.
Caro, Gesch. Pol. V. 2. Anal. p. 1019.

4940. *Cyazym, 9. Octobris.*
Johannes episcopus Posnaniensis, capituli Wratislaviensis conservator a papa constitutus, ducibus Bregensibus et Lignicensibus super vectigalibus ab eis capitulo Wratislaviensi minus iuste impositis scribit.
Excerpt. (Otto in) Schles. Ztschr. VII. p. 215.

4941. *Cyazym, 9. Octobris.*
Idem capitulo Wratislaviensi de eodem argumento scribit.
Excerpt. (Otto in) Schles. Ztschr. VII. p. 214.

4942. *Cracoviae, 18. Octobris.*
J. Albertus rex Lucae episcopo Warmiensi de legato ad Turcas misso, de suo in Prussiam adventu, de papae contra se animo adverso, scribit.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 431.

4943. *Krumlow, 23. Novembris.*
Petrus de Rosemberg Henrico de Schwamberg scribit deque ratione inter Boguslaum (de Schwamberg?) et inter regem Poloniae intercedente commemorat.
Archiv Česky V. Nr. 66. p. 517.

4944. *Posonii, 27. Novembris.*
Wladislaus II. rex Boh et Hung. Sigismundo fratri suo ducatum Glogoviensem confert.
Gryphius, Glogauische ·Landesprivilegia p. 16. — Grünhagen et Markgraf, Leh. und Besitzurkd. I. Nr. 111. p. 250. **Cf.** ibidem Nr. 112. et p. 251. notam.

4945. *S. l. et die.*
Excerpta ex libris legationum inter m. ducem Lithuaniae et m. ducem Moscoviae hoc anno habitarum.
Gołębiowski III. p. 420—421.

1500.

4946. *S. l. primis Januarii.*
J. Albertus rex Lucam episcopum Warmiensem res quasdam magni momenti deliberandi causa ad se invitat.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 395.

4947. *Cracoviae, 2. Januarii.*
Idem eundem iterum hortatur, ut quam celerrime ad se veniat.
Reg. Gołębiowski III. p. 396.

4948. *Lobaviae, 20. Januarii.*
Nicolaus episcopus Culmensis apud Lucam episcopum Warmiensem, quod curiae regiae non interfuerit, se excusat et ut se visurus veniat, eum invitat.
Woelky, Urkdb. d. Bisth. Culm I. 3. Nr. 745. p. 601.

4949. *Grodno, 28. Februarii, Ind. III.*
Alexander m. dux Lithuaniae legatos suos ad Iwanum m. ducem Moscoviae missos auctoritate exornat.
Reg. Danil. Skarb. II. Nr. 2118. p. 254.

4950. *Cracoviae, 1. Martii.*
Legatio imperatoris Turcarum ad J. Albertum regem de controversiis quibusdam componendis missa.
Excerpt. Gołębiowski III. p. 396.

4951. *Augustae Vindelicorum, 14. Martii.*
Maximilianus I. caesar senatui Argentinensi scribit deque rege Galliae, qui contra ipsum Bohemiae et Poloniae reges excitet, conqueritur.
(M. Koch, Beiträge zur neueren Gesch. in) Denkschriften der Wiener Acad. d. Wiss., Phil. Hist. Classe, Tom. I. 2. p. 97.

4952. *Augustae Vindelicorum, 15. Martii.*
Idem senatui Francofurtensi de eodem argumento scribit.
Reg. Janssen, Frankf. Reichscorr. II. 2. Nr. 795. p. 637.

4953. *S. l. 25. Aprilis.*
Fridericus magister generalis o. T. Alexandro m. duci Lithuaniae scribit deque rebellione quadam in Lithuania exorta, multo labore repressa, commemorat.
Reg. Danił. Skarb. II. Nr. 2120. p. 255.

4954. *S. l. a. et die (exeunte Aprili).*
Alexandri m. ducis Lithuaniae ad Iwanum m. ducem Moscoviae legatio, per Stanislaum Piotrowicz et Fedkonem Hryhorewicz super pace componenda missa, una cum responso Iwani.
Akty Zapadn. Ross. I. Nr. 179. p. 202—207. — **Excerpt.** Danił. Skarb. II. Nr. 2119. p. 254.

